At ſi quis canalem femori ſubjiciat, qui ſpoplitem non excedat, is potius laedat quam proſit. Neque enim corpus neque tibiam ſine femore moveri prohibuerit. Quin popliti adhibitus moleſtiam afferet et ad id quod minime eſt opus impellet. Genu namque flecti minime opus eſt. Si quis enim aut femore devincto aut tibia genu inflectat, is vinculorum rationem totam perturbabit, tum neceſſe erit ut muſculi alias alio habitu collocentur et oſſa fracta dimoveantur. Imprimis igitur conandum ut poples extendatur. Canalis ergo erit uſui qui a coxa ad pedem ſuppoſitus ſimiliter contineat

Ed. Chart. XII. [228. 230. 231.] Foës. I. 766. Ed. Lind. II. (734. 735.)

ὠφελέειν ὑποτιθέμενος, καὶ ἄλλως κατ' ἰγνύην ταινίην χαλαρῶς περιβάλλειν ξὺν τῷ σωλῆνι, ὥσπερ τὰ παιδία ἐν τῇσι κοίτῃσι σπαργανοῦται. εἶτα ἐπὴν ὁ μηρὸς ἐς τὸ ἄνω διαστρέφοιτο ἢ ἐς τὸ πλάγιον, εὐκατασχετώτερον εἴη ἂν ξὺν τῷ σωλῆνι οὕτως. ἢν οὖν διαμπερὲς εἴη ποιητέος ὁ σωλὴν ἢ οὐ ποιητέος. πτέρνης δὲ ἄκρης κάρτα χρὴ ἐπιμελέεσθαι ὡς εὐθέως ἔχοι καὶ ἐν τοῖσι κατὰ κνήμην καὶ ἐν τοῖσι κατὰ μηρὸν κατήγμασιν. ἢν μὲν γὰρ ἀπαιώρηται ὁ ποὺς τῆς ἄλλης κνήμης ἡρματισμένης, ἀνάγκη κατὰ τὸ ἀντικνήμιον τὰ ὀστέα κυρτὰ φαίνεσθαι. ἢν δὲ ἡ μὲν πτέρνη ὑψηλοτέρη ᾖ τοῦ μετρίου ἠρτισμένη, ἡ δὲ ἄλλη κνήμη ὑπομετέωρος ᾖ, ἀνάγκη τῷ ὀστέῳ τούτῳ κατὰ τὸ ἀντικνήμιον τοῦτο κοιλότερον φανῆναι τοῦ μετρίου, προσέτι καὶ ἢν ἡ πτέρνη τυγχάνῃ ἐοῦσα τοῦ ἀνθρώπου φύσει μεγάλη. ἀτὰρ καὶ κρατύνεται πάντα τὰ ὀστέα βραδύτερον, ἢν μὴ κατὰ φύσιν κείμενα ᾖ καὶ τὰ μὴ ἀτρεμέοντα ἐν τῷ αὐτέῳ σχήματι καὶ (735) αἱ πωρώσιες ἀσθενέστεραι. [230] ταῦτα μὲν δὴ ὅσοισι τὰ μὲν ὀστέα κατέηγεν, ἐξέχει δὲ μὴ μηδὲ ἄλλως ἕλκος ἐγένετο. [231] οἷσι

praecipueque ſi ad poplitem cum canali faſcia laxa circumjiciatur, velut infantes in cunis faſciari ſolent. Ubi enim femur in ſuperiorem partem aut ad latus diſtorquebitur, ita cum canali melius detinebitur. Canalis igitur a ſummo ad imum usque aut nullus adhibendus. Caeterum imae calci magna cura adhibenda, ut tum in tibiae tum in femoris fracturis apte collocetur. Etenim ſi pes dependeat, tibia reliqua obſirmata oſſa in anteriore tibiae parte gibba apparere neceſſe eſt. At ſi calce plus aequo ſublimius obſirmato, reliqua tibia aliquartulum dependeat, os in anteriore tibiae parte praeter modum cavum apparere neceſſe eſt, idque eo magis ſi hominis calx ſuapte natura grandior fuerit. Caeterum tardius ſirmantur omnia oſſa imbecillioreque callo obducuntur, niſi naturalem poſitum nacta fuerint aut in eodem habitu immota permanſerint. Atque iſta quidem de oſſis fractura, in qua neque oſſa eminent, neque alioqui ulcus acceſſit, dicta ſint. Quibus vero ſimplici modo et absque

Ed. Chart. XII. [231. 233.] Foës. I. 766. 767. Ed. Lind. II. (735.)

δὲ τὰ ὀστέα κατέηγεν ἁπλῷ τρόπῳ καὶ μὴ πουλυσχιδεῖ, αὐθήμερα ἐμβληθέντα ἢ τῇ ὑστεραίῃ κατὰ χώρην ἱζόμενα καὶ μὴ ἐπίδοξος ἡ ἀπόστασις παρασχίδων ὀστέων ἀπιέναι ἢ καὶ οἷσιν ἕλκος μὲν ἐγένετο, τὰ δὲ ὀστέα κατεηγότα οὐκ ἐξίσχει οὐδ᾽ ὁ τρόπος τῆς κατήξιος τοιοῦτος, οἷος παρασχίδας ὀστέων ἐούσας ἐπιδόξους εἶναι, ἀναπλῶσαι τοὺς τοιούτους.

Οἱ μὲν μήτε μέγα ἀγαθὸν μήτε μέγα κακὸν ποιέοντες ἰητρεύουσι τὰ μὲν ἕλκεα καθαρτικῷ τινὶ ἢ πισσηρὴν ἐπιθέντες ἢ ἔναιμον ἢ ἄλλο τι ὧν εἰώθασιν ποιέειν. ἐπαινέω δὲ τοὺς οἰνηροὺς σπλῆνας ἢ εἴρια ῥυπαρὰ ὁκόσοι ἐπιδέουσιν ἢ || ἄλλο τι τοιοῦτον. ἐπὴν δὲ τὰ ἕλκεα καθαρὰ γένηται καὶ ἤδη ξυμφύηται, τότε τοῖς ὀθονίοισιν συχνοῖσι πειρῶνται ἐπιδεῖν καὶ νάρθηξιν κατορθοῦν. αὕτη μὲν ἡ ἴησις ἀγαθόν τι ποιέει, κακὸν δὲ οὐ μέγα. τὰ μέντοι ὀστέα οὐχ ὁμοίως δύναται ἱδρύεσθαι ἐς τὴν ἑωυτῶν χώρην, ἀλλὰ τινὶ ὀγκηρότερα τὰ σώματα τοῦ καιροῦ ταύτῃ γίνεται. [233] γένοιτο δ᾽ ἂν καὶ βραχύτερα ὧν ἀμφότερα τὰ ὀστέα κατέηγεν ἢ

fragmentis ossa fracta sunt, eodem aut postero die restituta atque in suas sedes reposita nec metuitur ut fragmentum aliquod ab osse abscedat, aut etiam quibus ulcus quidem accessit, ossa tamen fracta non eminent, neque fractura ejusmodi est, ut ossium fragmenta expectari debeant, eos simpliciter curare oportet.

At quidem certe nonnulli qui neque multum prosunt aut obsunt ulceribus medentur, imposito aliquo medicamento purgante aut certe picato, aut medicamento quod cruentis vulneribus adhibetur, aut aliquo quopiam quod componere consueverunt. Ego vero eos qui splenia vino imbuta aut lanam succidam vel id genus aliquid devinciunt laudo. At ubi ulcera pura evaserint aut jam coaluerint, tunc pluribus linteis adhibitis devincire et ferulis dirigere conantur. Haec sane curandi ratio ut aliquid confert, ita neque multum laedit. Ossa tamen non perinde suis sedibus firmantur, verum aliquanto plus quam par sit ea parte corpora intumescunt. Quin etiam breviora redduntur quibus utraque aut

Ed. Chart. XII. [233. 234.] Foës. I. 767. Ed. Lind. II. (735. 736.)

πήχεος ἢ κνήμης. ἄλλοι δ᾽ αὖ τινες εἰσὶν οἳ ὀθονίοισιν τὰ τοιαῦτα ἰητρεύουσιν εὐθέως καὶ ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐπιδέουσιν τοῖς ὀθονίοισιν, κατὰ δὲ τὸ ἕλκος αὐτὸ διαλείπουσιν καὶ ἐῶσιν ἀνεψύχθαι. ἔπειτα ἐπιτιθέασιν ἐπὶ τὸ ἕλ(736)κος τῶν καθαρτικῶν τι καὶ σπλήνεσιν οἰνηροῖσιν ἢ εἰρίοισιν ῥυπαροῖσι θεραπεύουσιν. αὕτη ἡ ἴησις κακὴ καὶ εἰκὸς τοὺς οὕτως ἰητρεύοντας τὰ μέγιστα ἀσυνετέειν καὶ ἐν τοῖσιν ἄλλοισι κατήγμασιν καὶ ἐν τοῖσι τοιούτοισι. μέγιστον γάρ ἐστιν τὸ γινώσκειν καθ᾽ ὁποῖον τρόπον χρὴ τὴν ἀρχὴν βάλλεσθαι τοῦ ὀθονίου καὶ καθ᾽ ὁποῖον μάλιστα πεπιέχθαι καὶ οἷά τε ὠφελέονται, ἢν ὀρθῶς τις βάλληται τὴν ἀρχὴν καὶ πιέζῃ ᾗ μάλιστα χρὴ καὶ οἷα βλάπτονται, ἢν μὴ ὀρθῶς [234] τις βάλληται μηδὲ πιέζῃ ᾗ μάλιστα χρή, ἀλλὰ ἔνθεν καὶ ἔνθεν. εἴρηται μὲν οὖν καὶ ἐν τοῖσι πρόσθεν γεγραμμένοισιν ὁποῖα ἐφ᾽ ἑκατέρων ἀποβαίνει. μαρτυρεῖ δὲ καὶ αὐτὴ ἡ ἰητρική. ἀνάγκη γὰρ τῷ οὕτως ἐπιδεομένῳ τὸ οἶδος ἐξαείρεσθαι ἐς αὐτὸ τὸ ἕλκος, καὶ γὰρ εἰ ὑγιὴς χρὼς ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐπιδεθείη, ἐν μέσῳ δὲ διαλειφθῇ, μάλιστα κατὰ τὴν

cubiti aut tibiae ossa fracta sunt. Rursus nonnulli hujusmodi fracturis linteis statim medentur, atque utrimque fascias convolvunt, ulcus vero nudum relinquunt et perfrigerari sinunt. Deinde ad ulcus adhibito aliquo medicamento purgante tum spleniis vino imbutis ac lana succida curationem instituunt. At prava est haec curandi ratio eaque qui utuntur, cum in his tum etiam in reliquis fracturis plurimum a recta intelligentia aberrare probabile est. Inprimis enim confert nosse qua ratione fasciae initium injiciendum sit, et qua parte maxime comprimendum, quantum item conferat, si quis fasciae initium recte circundet et qua parte maxime convenit comprimat, tum quantum detrimenti sequatur, si neque quis probe fasciae initium circumjiciat, neque qua maxime parte convenit, sed hinc et inde comprimat. Ac sane quidem quid ex utrisque contingat, in superioribus dictum est, et ipsa quoque medela ejus rei testimonium adfert. Sic enim devincto tumorem ad ulcus assurgere necesse est. Nam si sane carnosa pars hinc atque hinc

Ed. Chart. XII. [234. 235.] Foës. I. 767. Ed. Lind. II. (736. 737.)

διάληψιν οἰδήσειεν ἂν καὶ ἀχροιήσειεν. πῶς οὖν οὐχὶ ἕλκος γε ταῦτα ἂν πάθοι; ἀναγκαίως οὖν ἔχει ἄχροον μὲν καὶ ἐκπεπιεσμένον τὸ ἕλκος εἶναι, δακρυῶδες δὲ καὶ ἀνεκπύητον εἶναι, ὀστέα δὲ καὶ μὴ μέλλοντα ἀποστῆναι ἀποστατικὰ γενέσθαι, [235] σφυγμῶδές τε καὶ πυρετῶδες τὸ ἕλκος ἂν εἴη. ἀναγκάζονται δὲ διὰ τὸ οἶδος ἐπικαταπλάσσειν. ἀσύμφορον δὲ καὶ τοῦτο τοῖσιν ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐπιδεομένοισιν. ἄχθος γὰρ ἀνωφελὲς πρὸς τῷ ἄλλῳ σφυγμῷ ἐπιγίνεται. τελευτῶντες δὲ ἀπολύουσι τὰ ἐπιδέσματα, ὁπότ᾽ ἄν σφιν παλιγκοτέῃ, καὶ ἰητρεύουσι τὸ λοιπὸν ἄνευ ἐπιδέσιος. οὐδὲν δ᾽ ἧσσον καὶ ἤν τι ἄλλο τρῶμα τοιοῦτο λάβωσι, τῷ αὐτῷ τρόπῳ ἰητρεύουσιν. (737) οὐ γὰρ οἴονται τὴν ἐπίδεσιν τὴν ἔνθεν καὶ ἔνθεν καὶ τὴν ἀνάψυξιν τοῦ ἕλκεος αἰτίην, ἀλλ᾽ ἄλλην τινὰ ἀτυχίην. οὐ μέντοι γε ἂν ἔγραφον περὶ τουτέου τοσαῦτα, εἰ μὴ εὖ μὲν ᾔδειν ἀσύμφορον ἐοῦσαν τὴν ἐπίδεσιν, συχνοὺς δὲ οὕτως ἰητρεύοντας, ἐπίκαιρον δὲ τὸ ἀπομάθημα. μαρτύριον δὲ τοῦ ὀρθῶς γεγράφθαι τὰ πρόσθεν γε-

devincta intermedio quodam ſpatio relicto, praecipue juxta illud intermedium ſpatium intumeſcat, ac decolor reddatur, cur non iſta in ulcere contingent? Neceſſario igitur ulcus decolor ac labris expanſis evadet lachrimoſumque ac minime ſuppurans reddetur, et oſſa alioqui minime abſceſſura abſceſſum facient, ne n on ulcus pulſu ac igneo calore affligetur. Coguntur item inſuper propter tumorem cataplaſmata imponere, quod etiam iis qui hinc atque inde devinciuntur incommode cedit, cum ad reliquum pulſum pondus etiam inutile accedat. Tandem vero vincula reſolvunt ubi malum recruduerit, ac de reliquo curationem absque vinculo perſequuntur. Nihilominus autem etſi aliud vulnus nacti fuerint, eandem curandi rationem adhibent. Neque enim deligationem hinc et inde adhibitam et ulceris perfrigerationem, verum aliud quoddam inſortunium cauſam reputant. Neque ſane ad tam multa ea de re ſcribenda adductus eſſem, niſi mihi liquido conſtaret et inutilem eſſe hanc deligationem et a plurimis iſtam medendi

Ed.Chart. XII. [235. 236.] Foës. I. 767. 768. Ed. Lind. II. (735.)

γραμμένα, εἴτε μάλιστα πιεστέα τὰ κατήγματα εἴτε ἥκιστα. χρὴ δὲ ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰρῆσθαι οἷσιν ἂν μὴ ἐπίδοξος ᾖ ἡ τῶν ὀστέων ἀπόστασις ἔσεσθαι, τὴν αὐτὴν ἰητρείην ἰητρεύειν, ὥσπερ ἂν οἷσιν ὀστέα μὲν κατεηγότα εἴη, ἕλκος δὲ μὴ ἔχοντα. τάς τε γὰρ κατατάσιας καὶ κατορθώσιας τῶν ὀστέων τὸν αὐτὸν τρόπον ποιέεσθαι, τήν τε ἐπίδεσιν παραπλησίαν. ἐπὶ μὲν γὰρ αὐτὸ τὸ ἕλκος πισσηρὴν κηρωτὴν χρίσαντα, σπλῆνα λεπτὸν διπλόον ἐπιδεθῆναι, τὰ δὲ πέριξ κηρωτῇ λεπτῇ χρίειν. τὰ δὲ ὀθόνια καὶ τὰ ἄλλα πλατύτερα τινὶ ἐσχισμένα ἔστω ἢ εἰ μὴ ἕλκος εἶχεν, καὶ ᾧ ἂν πρώτῳ ἐπιδέηται, συχνῷ ἔσται τοῦ ἕλκεος πλατύτερον. τὰ γὰρ στενώτερα τοῦ ἕλκεος ζώσαντα ἔχει τὸ ἕλκος. τὸ δὲ οὐ χρή. || ἀλλ᾽ ἡ πρώτη περιβολὴ ὅλον κατεχέτω τὸ ἕλκος [236] καὶ ὑπερεχέτω τὸ ὀθόνιον ἔνθεν τε καὶ ἔνθεν. βάλλεσθαι μὲν οὖν χρὴ τὸ ὀθόνιον κατ᾽ αὐτὴν τὴν ἴξιν τοῦ ἕλκεος. πιέζειν δὲ ὀλίγῳ ἧσσον ἢ εἰ μὴ ἕλκος εἶχε. ἐπινέμεσθαι δὲ τῇ ἐπιδέσει ὥσπερ καὶ πρόσθεν εἴρηται, τὰ δὲ ὀθόνια αἰεὶ μὲν τοῦ

rationem usurpari, operaeque pretium futurum ut ista dediscerent. Atque ea quae supra sunt exposita recte fuisse tradita testantur, quae vel maxime vel minimum comprimendae sunt fracturae. Oportet autem, ut breviter dicam, quibus nulla ossis abscessio futura est, eandem medendi rationem adhibere, quae ubi quidem ossa absque ulcere fracta sunt, cum distentiones aptationesque ossium tum etiam eandem deligationem admovere. Ulceri namque splenium tenue duplex cerato picato illitum circumdandum proximaeque partes cerato liquido inungendae. Fasciae vero reliquaque aliquanto latius fissa esse debent, quam si ulcus non adesset, et quo primum deligatur, multo latius sit quam ulcus. Quae enim ulcere angustiora sunt, ulcus ipsum cingunt, quod minime convenit, sed prima convolutione totum ulcus comprehendendum, ita ut superiore ac inferiore parte linteum excedat. Linteum igitur e directo ulceri injiciendum pauloque minus quam si citra ulcus esset arctandum, deligatioque quo supra dictum est

τρόπου τοῦ μαλθακοῦ ἴστωσαν. μᾶλλον δέ τι δεῖ ἐν τοῖσι τοιού(736)τοισιν ἢ εἰ μὴ ἕλκος εἶχεν. πλῆθος δὲ τῶν ὀθονίων μὴ ἐλάσσω ἔστω τῶν πρότερον εἰρημένων, ἀλλὰ τινὶ καὶ πλείω. ἢν δὲ ἐπιδεθῇ, δοκείτω τῷ ἐπιδεδεμένῳ ἡρμόσθαι μὲν, πεπιέχθαι δὲ μὴ, φάτω δὲ κατὰ τὸ ἕλκος μάλιστα ἡρμόσθαι. τοὺς δὲ χρόνους τοὺς αὐτοὺς μὲν χρὴ εἶναι ἐπὶ τὸ μᾶλλον δοκέειν ἡρμόσθαι. τοὺς αὐτοὺς δὲ ἐπὶ τὸ μᾶλλον δοκέειν χαλᾷν, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖσιν πρόσθεν εἴρηται. μετεπιδεῖν δὲ διὰ τρίτης πάντα μεταποιέοντα ἐς τοὺς τρόπους τοὺς παραπλησίους, ὥσπερ καὶ πρόσθεν εἴρηται, πλὴν ἐς τὸ σύμπαν ἧσσον τινὶ πιέζειν ταῦτα ἢ ἐκεῖνα. καὶ ἢν κατὰ λόγον τὰ εἰκότα γένηται, ἰσχνότερον μὲν αἰεὶ εὑρεθήσεται τὸ κατὰ τὸ ἕλκος, ἰσχνὸν δὲ καὶ τὸ ἄλλο πᾶν τὸ ὑπὸ τῆς ἐπιδέσιος κατεχόμενον, καὶ αἵ τε ἐκπυήσιες ἔσονται θάσσους ἢ τῶν ἄλλων [237] ἰητρευμένων ἑλκέων. ὅσα τε σαρκία ἐν τῷ τρώματι ἐμελάνθη καὶ ἐθανατώθη, θᾶσσον περιῤῥήγνυται καὶ ἐκπίπτει ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἰητρείῃ ἢ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν. ἐς ὠτειλάς τε θᾶσσον ὁρμᾶται τὸ ἕλκος οὕτως ἢ ἄλλως ἰητρευ-

modo circumagenda. Sint autem semper lintea ac praecipue in his molliora quam si integra cutis esset, neque pauciora quam prius dictum est, quin etiam aliquanto plura. Ei vero qui deligatus est ita accommodentur, ut obfirmata non autem appressa videantur, praecipueque qua parte ulcus est, ea obfirmata esse asserunt. Eademque tempora esse debent quibus firmius adaptata et quibus laxiora esse sentiat, velut supra dictum est. Deinde tertio quoque die resolvenda rursusque devincienda eademque omnia quae supra facienda, nisi quod in totum haec quam illa aliquanto minus comprimenda sunt. Ac si ratione consentanea fiant, ulceris quidem locus reliquaque omnia quae vinculo continentur, semper graciliora deprehendentur celerioresque suppurationes erunt quam in alia ulcerum curatione. Caruncuae quoque quae in vulnere nigrescunt et emoriuntur, celerius sub hac curatione abruptae excidunt, ulcusque hoc modo quam aliter curatum maturius ad cica-

Ed. Chart. XII. [237. 238.] Foës. I. 768. Ed. Lind. II. (736. 737.)

μένον. πάντων δὲ τούτων αἴτιον ὅτι ἰσχνὸν μὲν τὸ κατὰ τὸ ἕλκος χωρίον γίνεται, ἰσχνὰ δὲ τὰ περιέχοντα. τὰ μὲν οὖν ἄλλα πάντα παραπλησίως χρὴ ἰητρεύειν, ὥστε ἄνευ ἑλκωσίων ὀστέα κατηγνύμενα. τοὺς δὲ νάρθηκας οὐ χρὴ προστιθέναι. διὰ τοῦτο καὶ τὰ ὀθόνια χρὴ τούτοισιν πλείω εἶναι ἢ τοῖσιν ἑτέροισιν, ὅτε ἧσσον πιέζεται, ὅτι τε οἱ νάρθηκες βραδύτερα προστίθενται, ἢν μέντοι τοὺς νάρθηκας προστιθῇς, μὴ κατὰ τὴν ἴξιν τοῦ ἕλκεος προστιθέναι, ἀλλ᾽ (737) ὥστε καὶ χαλαρῶς προστιθέναι, προθυμευμένοις ὅκως μηδεμία σφίγξις μεγάλη ἔσται ἀπὸ τῶν ναρθήκων. εἴρηται δὲ τοῦτο καὶ ἐν τοῖσι πρότερον γεγραμμένοισιν. τὴν μέντοι δίαιταν ἀκριβεστέρην καὶ πλείω χρόνον χρὴ ποιέεσθαι οἷσιν ἐξ ἀρχῆς ἕλκεα γίνεται καὶ οἷσιν ὀστέα ἐξίσχει. καὶ τὸ ξύμπαν δὲ εἰρῆσθαι ἐπὶ τοῖσιν ἰσχυροτάτοισιν τρώμασιν ἀκριβεστέρην καὶ πουλυχρονιωτέρην εἶναι χρὴ τὴν δίαιταν. [238] ἡ αὐτὴ δὲ ἰητρείη τῶν ἑλκέων καὶ οἷσιν ὀστέα μὲν κατέηγεν, ἕλκος δὲ ἐξ ἀρχῆς μηδὲν ᾖ, ἢν δὲ ἐν τῇ ἰητρείῃ ἕλκος γένηται ἢ τοῖσιν ὀθονίοισιν μᾶλλον πιεχθέντος ἢ ὑπὸ νάρθηκος ἐνέδρης

tricem devenit. Horum autem omnium causa est, quod pars quidem vulnerata et quae circum vicinae sunt graciles redduntur. In reliquis quidem omnibus eadem curatio quae in fracturis absque ulcere adhibenda, ferulae tamen neutiquam sunt admovendae. Propereaque hic quoque quam alibi copiosioribus linteis opus est, tum quod minus comprimantur tum quia ferulae tardius adhibeantur. Quas tamen si admoveris, advertendum ut ne e regione ulceris, sed ut laxiores adhibeantur, neque ut ulla magna ab iis abstrictio fiat, quod in his quoque quae prius scripta sunt dictum est. Accuratam autem victus rationem eamque longiore tempore iis instituere oportet, quibus circa initia ulcus accedit et quibus ossa eminent. Ac, ut in summa dicam, quo graviora vulnera sunt, eo accuratiore et longiore victus ratione utendum. Eadem autem curatio ulceribus instituenda, quae quidem ossibus fractis circa initia non insunt, verum aut ex nimia linteorum compressione ant ferularum insessione aut alia quapiam ex causa

ἢ ὑπὸ ἄλλης τινὸς προφάσιος. γινώσκεται μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα ἢν ἕλκος ὑπῇ τῇ τε ὀδύνῃ καὶ τοῖσι σφυγμοῖσιν, καὶ τὸ οἴδημα τὸ ἐν τοῖσιν ἄκροισιν σκληρὸν γίνεται τῶν τοιουτέων, καὶ εἰ τὸν δάκτυλον ἐπαγάγοις, ἐξαείρεται, ἀτὰρ καὶ αὖθις ὑποτρέχει ταχέως. ἢν οὖν τι τοιοῦτον ὑποπτεύῃς λύσαντα χρὴ, ἢν μὲν ᾖ κνησμὸς, κατὰ τὰς ὑποδεσμίδας ἢ ἐπὶ τὸ ἄλλο τὸ ἐπιδεδεμένον, πισσηρῇ κηρωτῇ ἀντὶ τῆς ἑτέρης χρῆσθαι. ἢν δὲ τούτων μὲν μηδὲν ᾖ, αὐτὸ δὲ τὸ ἕλκος ἠρεθισμένον εὑρίσκεται μέλαν ἐπὶ πουλὺ ἢ ἀκάθαρτον, καὶ τῶν μὲν σαρκῶν ἐκπυησομένων, τῶν δὲ νεύρων προσεκπεσουμένων τουτέους οὐδὲν χρὴ ἀναψύχειν παντάπασιν, οὐδέ τι φοβεῖσθαι τὰς ἐκπυήσιας ταύτας, ἀλλ' ἰητρεύειν τὰ μὲν ἄλλα παραπλήσιον τρόπον, ὥσπερ καὶ οἷσιν ἐξ ἀρχῆς ἕλκος ἐγένετο. τοῖσι δὲ ὀθονίοισιν ἄρχεσθαι χρὴ ἐπιδέοντα ἀπὸ τοῦ οἰδήματος τοῦ ἐν τοῖς ἀκραίοις πάνυ χαλαροῖσιν, καὶ ἔπειτα ἐπινέμεσθαι τῇ ἐπιδέσει αἰεὶ ἐς τὸ ἄνω καὶ (738) πεπιέχθαι μὲν μηδαμῇ, || ἡρμόσθαι δὲ μάλιστα κατὰ τὸ ἕλκος, τὰ δὲ ἄλλα ἐπὶ ἧσσον. τὰ δὲ ὀθόνια τὰ πρῶτα, ταῦτα μὲν

ſub ipſa curatione oriuntur. Ulcus certe ſubeſſe ex dolore et pulſu cognoſcitur, tum ſi tumor qui in extremis partibus eſt indureſcit appreſſoque digito exprimitur, cito tamen recurrit. Solvere igitur, ſi quid tale ſuſpiceris, oportet: ac ſi quidem ſub primis faſciis aut alia quapiam devincta parte pruritus fuerit, cerato picato in alterius vicem utendum. Quod ſi nihil horum quidem contingat, ulcus autem ipſum irritatum nigrum admodum aut ſordidum deprehendatur, futurumque ſit ut carnes ſuppurent nervique inſuper excidant, hos neque ex toto refrigerare, neque quicquam iſtas ſuppurationes vereri oportet, ſed de caetero quidem eodem modo curare velut eos quibus circa initia ulcus acceſſit. Lintea autem admodum laxa tumori qui in extremis partibus exiſtit primum injici debent, ac deinde circumagendo ſenſum ſemper tendere, ac nullo quidem modo comprimi, verum ita aptari ut maxime ulceri obfirmata, minus autem reliquis partibus ſentiantur.

Ed. Chart. XII. [238. 239.] Foës. I. 769. Ed. Lind. II. (738.)

καθαρὰ ἔστω καὶ μὴ στενὰ, τὸ δὲ πλῆθος τῶν ὀθονίων ἔστω ὅσον περ καὶ ἐν τῇσι νάρθηξιν εἰ ἐπιδέοιτο ἢ ὀλίγῳ ἔλασσον, [239] ἐπὶ δὲ αὐτὸ τὸ ἕλκος ἱκανὸν σπληνίον τῇ λευκῇ κηρωτῇ κεχρισμένον. ἤν τε γὰρ σὰρξ ἤν τε νεῦρον μελανθῇ, προσεκπεσεῖται. τὰ γὰρ τοιαῦτα οὐ χρὴ δριμέσιν ἰητρεύειν, ἀλλὰ μαλθακοῖσιν ὥσπερ τὰ πυρίκαυτα, μετεπιδεῖν δὲ διὰ τρίτης, νάρθηκας δὲ μὴ προστιθέναι. ἀτρεμέειν δὲ ἐπὶ μᾶλλον ἢ τὸ πρόσθεν καὶ ὀλιγοσιτέειν. εἰδέναι δὲ χρὴ εἴτε σὰρξ εἴτε νεῦρον τὸ ἐκπεσούμενόν ἐστιν, ὅτι οὕτω πολλῷ μὲν ἧσσον νέμεται ἐπὶ πλεῖον, πολλῷ δὲ θᾶσσον ἐκπεσεῖται, πολλῷ δὲ ἰσχνότερα τὰ περιέχοντα ἔσται ἢ εἴ τις ἀπολύσας τὰ ὀθόνια ἐπιθείη τι τῶν καθαρτικῶν φαρμάκων ἐπὶ τὸ ἕλκος. καίτοι καὶ ἢν ἐκπέσῃ τὸ ἐκπυησόμενον, θᾶσσόν τε σαρκοῦται ἐκείνως ἢ ἑτέρως ἰητρευόμενον καὶ θᾶσσον ὠτειλοῦται. πάντα μήν ἐστιν ταῦτα ὀρθῶς ἐπιδεῖν καὶ μετρίως ἐπίστασθαι. προσσυμβάλλεται δὲ καὶ τὰ σχήματα ἢν οἷα χρὴ εἶναι καὶ ἡ ἄλλη δίαιτα καὶ τῶν ὀθονίων ἡ ἐπιτη-

Haec autem prima lintea munda neque angusta sunto eaque copia quanta si cum ferulis deligatio fiat aut paulo minor. Ulceri vero splenium impositum cerato albo illitum abunde est. Caro namque aut nervus ubi nigritiem conceperint, ut praeterea etiam decidant necesse est. Neque enim acribus talia, sed lenibus velut ambusta curare oportet. Tertio etiam quoque die solvere ac rursus deligare convenit, ferulas autem non apponere, tum magis etiam quam antea conquiescere et cibo abstinere. Animadvertendum quoque est, ubi aut caro aut nervus excidere debeant, hoc modo multo minus late serpere multoque citius decidere, ac proximas partes longe graciliores fieri, quam si resolutis linteis ulcus quopiam ex medicamentis purgantibus nutriatur. Quin etiam si quid suppuraturum est exciderit, citius sub illa curatione quam sub alia tum carne replebitur tum celerius cicatrice obducetur. Haec quidem in eo vertuntur omnia ut rectam et moderatam deligationem instituas. Ad quod etiam insuper conferunt convenientes habitus et reliqua victus ratio ac linteorum habili-

Ed.Chart.XII.[240.241.] Foës. I.769.770. Ed.Lind.II. (738.739.)

δειότης. [240] ἢν δ' ἄρα ἐξαπατηθῇς ἐν τοῖς νεοτρώτοισι μὴ οἰόμενος ὀστέων ἀπόστασιν ἔσεσθαι, τὰ δ' ἐπίδοξα ᾖ ἀναπλῶσαι, οὐ χρὴ ὀῤῥωδέειν τὸν τρόπον τῆς ἰητρείης. οὐδὲν γὰρ ἂν μέγα φλαῦρον γένοιτο, ἢν μοῦνον οἷος ἔσῃ τῇ χειρὶ τὰς ἐπιδέσιας ἀγαθὰς καὶ ἀσινέας ποιέεσθαι. σημεῖον δὲ τόδε, ἢν μέλλῃ ὀστέων ἀπόστασις ἔσεσθαι ἐν τῷ τρόπῳ τούτῳ τῆς ἰητρείης. πῦον γὰρ (739) συχνὸν ῥεῖ ἐκ τοῦ ἕλκεος καὶ ὀργᾷν φαίνεται. πυκνότερον οὖν μετεπιδέεσθαι διὰ τὸν πλάδον, ἐπεὶ ἄλλως τε καὶ πυρετοὶ γίνονται, καὶ ἢν μὲν κάρτα πιέζωνται ὑπὸ τῆς ἐπιδέσιος, καὶ τὸ ἕλκος καὶ τὰ περιέχοντα ἰσχνά.

|| *Ὅσα μὲν οὖν λεπτῶν πάνυ ὀστέων ἀποστάσιες οὐδεμιῆς μεγάλης μεταβολῆς δέονται, ἀλλ' ἢ χαλαρωτέρως ἐπιδεῖν, ὡς μὴ ἀπολαμβάνηται τὸ πῦον, ἀλλ' [241] εὐαπόῤῥυτον ᾖ καὶ πυκνότερον μετεπιδεῖν ἔστ' ἂν ἀποστῇ τὸ ὀστέον καὶ νάρθηκας μὴ προστιθέναι. ὁκόσοισι δὲ μείζονος ὀστέου ἀπόστασις ἐπίδοξος γένηται, ἤν τε ἐξ ἀρχῆς προγνῷς ἤν τε καὶ ἔπειτα μεταγνῷς, οὐκ ἔτι τῆς αὐτῆς ἰητρείης δεῖται, ἀλλὰ*

tas. Quod si sane recenti vulnere deceptus ossium abscessum futurum non existimaveris, quae tamen educi debere spes est, nullo modo formidandus est hic curationis modus. Nullum enim magnum incommodum continget, si modo rectam et innoxiam deligationem manu accommodaveris. Sub hac autem curatione os abscessurum indicatur, ubi pus copiosius ab ulcere profluit et pars affecta impetu ad excretionem ferri videtur. Crebrius igitur ob redundantem humiditatem religare oportet, cum et alias febres excitentur, et siquidem admodum vinculis comprimantur, tum ulcus tum proximae partes graciles efficiuntur.

At quibuscunque quidem tenuia admodum ossa abscedunt, in his haud multa mutatione opus est, tantum laxior vinctura adhibenda, ut ne pus intercludatur, sed facile effluat saepiusque dum os abscesserit resolvenda nullaeque ferulae apponendae. Quibus vero os grandius abscedere speras, sive id per exordia praesenseris sive etiam postea cognoveris, non amplius eadem medela opus est. Verum

Ed. Chart. XII. [241. 243. 244.] Foës. I. 770. Ed. Lind. II. (739. 740.)

τὰς μὲν κατατάσιας καὶ τὰς διορθώσιας οὕτω ποιέεσθαι, ὥσπερ εἴρηται. σπλῆνας δὲ χρὴ διπλοῦς, πλάτος μὲν ἡμισπιθαμιαίους μὴ ἐλάσσους. ὁκοῖον δὲ ἄν τι καὶ τρῶμα ᾖ, πρὸς τοῦτο τεκμαίρεσθαι. μῆκος δὲ βραχυτέρους μὲν ὀλίγῳ ἢ ὥστε δὶς περικνέεσθαι περὶ τὸ σῶμα τὸ τετρωμένον, μακροτέρους δὲ συχνῷ ἢ ὥστε ἅπαξ περικνέεσθαι. πλῆθος δὲ ὁκόσους ἂν ξυμφέρει ποιησάμενον, τούτους ἐν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ βρέχοντα χρὴ ἐκ μέσου ἀρχόμενον ὡς ἀπὸ δύο ἀρχῶν ὑπόδεσμος ἐπιδεῖται, περιελίσσειν. κἄπειτα σκεπαρνηδὸν παραλλάσσοντα τὰς ἀρχὰς ἀφιέναι. [243] ταῦτα κατά τε αὐτὸ τὸ ἕλκος ποιέειν καὶ κατὰ τὸ ἔνθεν καὶ ἔνθεν τοῦ ἕλκεος, καὶ πιέχθω μὲν μὴ, ἀλλ' ὅσον ἑρμασμοῦ ἕνεκεν τοῦ ἕλκεος προσκείσθω. [244] ἐπὶ δὲ αὐτὸ τὸ ἕλκος ἐπιτιθέναι χρὴ πισ(740)σηρὴν, ἤ τι τῶν ἐναίμων ἤ τι τῶν ἄλλων φαρμάκων ὅ τι ξύντροφόν ἐστιν ἐπιτέγξει καὶ ἢν μὲν ἡ ὥρη θερινὴ ᾖ, ἐπιτέγγειν τῷ οἴνῳ τοὺς σπλῆνας πυκνὰ, ἢν δὲ χειμερινὴ ἡ ὥρη ᾖ, εἰρία πολλὰ ῥυπαρὰ νενοτισμένα οἴνῳ

memborum quidem in directum tenſiones, eodem quo ſupra dictum eſt modo faciendae. Splenia vero duplicata ſunto latitudine quidem ſemidodrantali neque minora, conjectura ad id tamen ex vulnere cujusmodi fuerit ſumpta. Longitudine autem paulo quidem breviora quam ut ſuo circumactu membrum laeſum bis comprehendant, multo tamen longiora quam ut ſemel circumducantur. At multitudine tot facere oportet, quot res poſtulat. Haec vino nigro auſtero intincta ex medio initio facto velut faſcia quae ex duobus capitibus primum circumdatur, convolvenda ac deinde alternatis capitibus aſciae modo incurva dimittenda. Atque haec ſupra ulcus et hinc atque hinc adhibenda ſunt, ac ne comprimi quidem, verum eatenus ulceri adhaereſcere ut obfirmentur debent. Ulceri autem ceratum quod picem habeat imponendum, aut aliquod ex iis quae cruentis vulneribus adhibentur, aut aliud aliquod medicamentum quod perfuſioni ſit accommodatum. Ac aeſtate quidem ſplenia vino ſubinde imbui debent, hieme autem lanae multae ſuccidae

Ed. Chart. XII. [244. 245.] Foës. I. 770. 771. Ed. Lind. II. (740.)

καὶ ἐλαίῳ ἐπικείσθω. ἰξάλην δ᾽ αἰγὸς χρὴ ὑποτετάσθαι καὶ εὐαπόῤῥητα ποιέειν, φυλάσσοντα τοὺς ὑποῤῥόους, [245] μεμνημένον ὅτι οἱ τόποι οὗτοι ἐν τοῖσιν αὐτοῖσι σχήμασιν πολλὸν χρόνον κείμενοι ἐκτρίμματα δυσάκεστα ποιέουσιν.

|| Ὅσους δὲ μὴ οἷόν τε ἐπιδέσει ἰήσασθαι διά τινα τούτων τῶν εἰρημένων τρόπων ἢ τῶν εἰρησομένων, τούτους περὶ πλείονος χρὴ ποιέεσθαι, ὅκως εὐθέτως σχήσωσιν τὸ κατεηγὸς τοῦ σώματος κατ᾽ ἰθυωρίην προσέχοντα τὸν νόον, καὶ τῷ ἀνωτέρω δὲ μᾶλλον ἢ κατωτέρω. εἰ δέ τις μέλλοι καλῶς καὶ εὐχερῶς ἐργάζεσθαι, ἄξιον καὶ μηχανοποιήσασθαι ὅκως κατάτασιν δικαίην καὶ μὴ βιαίην σχήσῃ τὸ κατεηγὸς τοῦ σώματος, μάλιστα δὲ ἐν κνήμῃ ἐνδέχεται μηχανοποιέειν. εἰσὶ μὲν οὖν τινὲς οἳ ἐπὶ πᾶσι τοῖς τῆς κνήμης κατήγμασιν, καὶ τοῖσι ἐπιδεομένοισι καὶ τοῖσι μὴ ἐπιδεομένοισι, τὸν πόδα ἄκρον προσδέουσιν πρὸς τὴν κλίνην ἢ πρὸς ἄλλο τι ξύλον παρὰ τὴν κλίνην κατορύξαντες. οὗτοι μὲν οὖν πάντα κακὰ ποιέουσιν, ἀγαθὸν δὲ οὐδέν. οὔτε γὰρ τοῦ κατατείνεσθαι ἄκος ἐστὶ τὸ προσδεδέσθαι τὸν πόδα, οὐδέν τε ἧσσον τὸ

vino atque oleo madentes superimponendae. Pellis vero caprina substernenda et ut humores facile effluant, defluvia observanda, mente reputans loca haec, si longo tempore eodem habitu perseverent, curatu difficiles attritus contrahere.

At qui non ullo ex antedictis modis aut ex iis qui postea referentur sub vinculis sanari queunt, eos maximam curam adhibere oportet, ut partem corporis fractam recte atque e directo collocatam habeant, ea animadversione ut excitetur potius quam dependeat. Quod si cui recte atque expedite opus exercere in animo est, is machinas adhibere necesse habet, quo justa ac minime violenta distentione pars corporis fracta intendatur, quod praecipue in tibia facere licet. Quidam igitur crure fracto, sive vinculum aliquod sive nullum adhibeatur, pedem summum ad lectum aut aliquod aliud lignum juxta lectum defossum devinciunt. At hi quidem ut nihil utile afferunt, ita plane nocent. Neque enim haec pedis vinctura quicquam ad extensionem con-

Ed. Chart. XII. [245. 246.] Foës. I. 771. Ed. Lind. II. (740. 741.)

ἄλλο σῶμα προσχωρήσει πρὸς τὸν πόδα, καὶ οὕτως οὐκ ἂν ἔτι τείνοιτο, οὔτ' ἂν ἐς τὴν ἰθυωρίην οὐδὲν ὠφελέει, ἀλλὰ καὶ βλάπτει. στρεφομένου γὰρ (741) τοῦ ἄλλου σώματος ἢ τῇ ἢ τῇ οὐδὲν κωλύσει ὁ δεσμὸς τὸν πόδα καὶ τὰ ὀστέα τῷ ποδὶ προσηρτημένα ἐπακολουθέειν τῷ ἄλλῳ σώματι. εἰ δὲ μὴ προσεδέδετο, ἧσσον ἂν διεστρέφετο. [246] ἧσσον γὰρ ἂν ἐγκατελείπετο ἐν τῇ κινήσει τοῦ ἄλλου σώματος. εἰ δέ τις σφαίρας δύο ῥάψαιτο ἐκ σκύτεος Αἰγυπτίου τοιαύτας οἵας φοροῦσιν οἱ ἐν τῇσι μεγάλῃσι πέδῃσιν πολλὸν χρόνον πεπεδημένοι, αἱ δὲ σφαῖραι ἔχοιεν ἔνθεν καὶ ἔνθεν χιτῶνας, τοὺς μὲν πρὸς τοῦ τρώματος βαθυτέρους, τοὺς δὲ πρὸς τῶν ἄρθρων βραχυτέρους, εἶεν δὲ ὀγκηραὶ μὲν καὶ μαλθακαὶ, ἁρμόζουσαι δὲ ἡ μὲν ἄνωθεν τῶν σφυρῶν, ἡ δὲ κάτωθεν τοῦ γόνατος, ἐκ δὲ πλαγίης ἑκατέρῃ διττὰ ἑκατέρωθεν ἔχοι προσηρτισμένα ἢ ἁπλοῦ ἱμάντος ἢ διπλόου, βραχύτερα ὥσπερ ἀγκύλας τὰ μέν τι τοῦ σφυροῦ ἑκατέρωθεν, τὰ δέ τι τοῦ γούνατος, καὶ ἡ ἄνωθεν σφαῖρα ἕτερα τοιαῦτα ἔχοι κατὰ τὴν ἰθυωρίην τὴν αὐτήν. κἄπειτα κραναΐνας ῥάβδους

fert, cum reliquum corpus nihilominus ad pedes defluat, eaque de causa non amplius extenditur, ac neque quicquam ad directionem conducit, quin etiam obest. Converso namque in hanc vel illam partem reliquo corpore, nihil prohibebit vinculum quo minus pes et annexa illi ossa reliquum corpus sequantur. Quin si alligatus non fuerit, minor fiet perversio, cum in reliqui corporis motione minus deseratur. Possunt autem duo orbes ex corio Aegyptio consui, quales gestare consueverunt qui diu in magnis compedibus detenti sunt, sintque hi undique tunicis cincti, qua quidem vulnus est altioribus, ad articulos autem brevioribus. Sint praeterea tumidi quidem et molles atque ita acommodati, ut unus quidem supra malleolos, alter vero infra genu collocetur. A latere vero utroque habeat bina utrimque appensa retinacula breviora velut ansas ex simplici aut duplici loro, partim quidem ex utroque malleolo, partim vero ex utroque genu. Ac superior orbis altera eadem habeat eodem modo e directo respondentia. Deinde virgae corneae sumantur ae-

Ed.Chart.XII.[246—248.] Foës.I.771.772. Ed. Lind.II.(741.742.)

λαβὼν ἴσον τὸ μέγεθος ἀλλήλῃσιν ἐχούσας, πάχος μὲν ὡς δακτυλιαίας, μῆκος δὲ ὡς κεκαμμέναι ἐναρμόζωσιν ἐς τὰ ἀπαιωρήματα, [247] ἐπιμελεόμενος ὅκως τὰ ἄκρα τῶν ῥάβδων μὴ ἐς τὸν χρῶτα, ἀλλ' ἐς τὰ ἄκρα τῶν σφαιρέων ἐγκέλσῃ. εἶναι δὲ χρὴ ζεύγεα τρία τῶν ῥάβδων καὶ πλέω καὶ τινὶ μακροτέρας τὰς ἑτέρας τῶν ἑτέρων, καὶ τινὶ καὶ βραχυτέρας καὶ μικροτέρας, ὡς καὶ μᾶλλον διατείνειν ἢν βούληται. || ἔστωσαν δὲ αἱ ῥάβδοι ἑκάτεραι ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῶν σφυρῶν. [248] ταῦτα τοίνυν εἰ καλῶς μηχανοποιηθείη, τήν τε κατάτασιν δικαίην παρέχοι καὶ ὁμαλὴν κατὰ τὴν ἰθυωρίην καὶ τῷ (742) τρώματι πόνος οὐδεὶς ἂν εἴη. τὰ γὰρ ἀποπιέσματα, εἴ τι καὶ ἀποπιέζοιτο, τὰ μὲν ἂν ἐς τὸν πόδα ἀπάγοιτο, τὰ δὲ ἐς τὸν μηρόν. αἵ τε ῥάβδοι εὐθετώτεραι αἱ μὲν ἔνθεν, αἱ δὲ ἔνθεν τῶν σφυρῶν, ὥστε μὴ κωλύεσθαι τὴν θέσιν τῆς κνήμης. τό τε τρῶμα εὐκατάσκηπτον καὶ εὐβάστακτον. οὐδὲ γὰρ ἐμποδὼν εἴ τις ἐθέλοι τὰς δύο τῶν ῥάβδων τὰς ἀνωτέρω αὐτὰς πρὸς ἀλλήλας ζεῦξαι, καὶ ἤν τις κούφως βούλοιτο ἐπιβάλλειν, ὥστε τὸ ἐπιβαλλόμενον μετέωρον ἀπὸ τοῦ τρώματος εἶναι. εἰ μὲν οὖν αἵ τε

quali inter ſe magnitudine, craſſitudine quidem digitali, ea vero longitudine, ut inflexae ad ſuſpenſa retinacula apte conveniant, eo adhibito ſtudio, ut ſummi virgarum ſines non in corpus, ſed in extremas orbium eminentias incumbant. Tria vero aut plura virgarum paria eſſe debent et aliae aliis aliquanto longiores et breviores ac minores, quo, ſi lubet, magis diſtendere poſſis. Virgaeque hinc et inde ex utraque malleorum parte collocentur. Haec igitur ſi crebro molitus fueris, et juſtam intenſionem et ex directo aequabilem praeſtabunt, vulnerique nullum dolorem afferent. Nam ſi quae fiunt expreſſiones, partim quidem ad pedem, partim vero ad femur ablegantur, virgaeque hinc atque inde a malleolis rectius collocantur, ut ne tibiae ſitum impediant, ac probe vulnus decumbat et ſuſtineatur. Neque vero quicquam prohibet duas ſuperiores virgas, ſi quis velit, inter ſe jungere ac leve aliquid, ſi lubet injicere, ita ut injectum ſublime ſupra vulnus extet. Orbes igitur ſi lenes,

Ed. Chart. XII. [248. 249] Foës. I. 772. Ed. Lind. II. (742. 743.)

σφαῖραι προσηνέες καὶ καλαὶ καὶ μαλθακαὶ καὶ κεναὶ ῥαφεῖεν καὶ ἡ ἔντασις τῶν ῥάβδων χρηστῶς ἐνταθείη, ὥσπερ ἤδη εἴρηται, εὔχρηστον τὸ μηχάνημα. εἰ δέ τι τουτέων μὴ καλῶς ἕξει, βλάπτοι ἂν μᾶλλον ἢ ὠφελέοι. χρὴ δὲ καὶ τὰς ἄλλας μηχανὰς ἢ καλῶς μηχανᾶσθαι ἢ μὴ μηχανᾶσθαι. αἰσχρὸν γὰρ καὶ ἄτεχνον μηχανοποιέοντα ἀμηχανοποιέεσθαι.

[249] Τοῦτο δὲ οἱ πλεῖστοι τῶν ἰητρῶν τὰ κατήγματα καὶ τὰ ξὺν ἕλκεσιν καὶ τὰ ἄνευ ἑλκέων, τὰς πρώτας τῶν ἡμερέων ἰητρεύουσιν εἰρίοισιν ῥυπαροῖσιν καὶ οὐδέν τι ἄτεχνον δοκοίη τοῦτο εἶναι. ὅσοι μὲν ἀναγκάζονται ὑπὸ τῶν αὐτίκα νεοτρώτων ἐόντων μὴ ἔχοντες ὀθόνια, εἰρίοισι παρασκευάσασθαι, τουτέοισι πλείστη συγγνώμη. οὐ γὰρ ἄν τις ἔχοι ἄνευ ὀθονίων ἄλλο τι πολλῷ βέλτιον εἰρίου ἐπιδῆσαι ἐπὶ τὰ τοιαῦτα. εἶναι δὲ χρὴ πάμπολλα καὶ πάνυ καλῶς εἰργασμένα καὶ μὴ τραχέα. τῶν γὰρ ὀλίγων καὶ φλαύρων ὀλίγη καὶ ἡ δύναμις. ὅσοι δὲ ἐπὶ μίαν ἢ δύο ἡμέρας εἴρια ἐπιδέειν δικαιέουσι, (743) τρίτῃ δὲ καὶ τετάρτῃ ὀθονίοισιν ἐπιδέοντες πιεζέουσι καὶ καταιείνουσιν, τότε μάλιστα οὗτοι

molles, firmi et recenter consuti fuerint, virgarumque intensio, velut jam dictum est, recte facta sit, optimum erit commentum. Sin horum quicquam non recte procedat, oberit magis quam profuerit. Caetera autem artificia aut recte aut nullo modo molienda sunt. Turpe enim et ab arte abhorrens aliquid molientem in ipso artificio deficere.

Fracturas porro tam cum ulcere quam sine ulcere plerique medici primis diebus lana succida curant, neque id ab arte alienum videtur. Qui sane ad recenter vulnerata, linteorum inopia, lanam comparatam habere coguntur, iis magna venia debetur. Neque enim in linteorum penuria, quicquam lana longe melius ad haec deliganda adhiberi potest. Ea vero quam plurima tum probe carpta neque aspera esse debet. Pauca namque et prava parum habet virium. At qui uno aut altero die lanam deligare aequum esse putant, tertio vero et quarto injectis linteis comprimunt, tumque plurimum distendunt, ii in eo quod in re

Ed. Chart. XII. [249. 250.] Foës. I. 772. Ed. Lind. II. (743.)
πουλύ τι ἰητρικῆς καὶ κάρτα ἐπίκαιρον ἀσυνετέουσιν. ἥκιστα γὰρ χρὴ τῇ τρίτῃ καὶ τετάρτῃ στυφελίζειν πάντα τὰ τρώματα. ὡς ἐν κεφαλαίῳ δὲ εἰρῆσθαι καὶ μηλώσιας δὲ πάσας φυλάττεσθαι χρὴ ἐν ταύτῃσι τῇσιν ἡμέρῃσιν καὶ ὁκόσοισιν ἄλλοισι τρώμασιν ἠρέθισται. τὸ ἐπίπαν γὰρ ἡ τρίτη καὶ ἡ τετάρτη ἡμέρη ἐπὶ τοῖσι πλείστοισιν τῶν τρωμάτων τίκτει τὰς παλιγκοτήσιας καὶ ὅσα ἐς φλεγμονὴν καὶ ἀκαθαρσίην ὁρμᾷ καὶ ὅσα ἂν ἐς πυρετοὺς ἴει. καὶ μάλα πολλοῦ ἄξιον τοῦτο μάθημα, εἴπερ τι καὶ ἄλλο. τίνι γὰρ οὐκ ἐπικοινωνέει τῶν ἐπικαιροτάτων ἐν ἰητρικῇ, οὐ κατὰ τὰ ἕλκεα μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ ἄλλα πολλὰ νουσήματα; εἰ μή τις φήσειε καὶ τἄλλα νοσήματα ἕλκεα εἶναι. ἔχει γάρ τινα καὶ οὗτος ὁ λόγος ἐπιείκειαν. [250] πολλαχῇ δὲ ἠδέλφισται τὰ ἕτερα τοῖσιν ἑτέροισιν. ὁκόσοι μέντοι δικαιέουσιν εἰρίοισιν χρῆσθαι, ἔστ᾽ ἂν ἑπτὰ ἡμέραι παρέλθωσιν, ἔπειτα κατατείνειν τε καὶ κατορθοῦν καὶ ὀθονίοισιν ἐπιδεῖν, οὗτοι οὐκ ἂν ἀσύνετοι ὁμοίως φανεῖεν. καὶ γὰρ τῆς φλεγμονῆς τὸ ἐπικαιρότατον παρελήλυθεν καὶ τὰ ὀστέα χαλαρὰ καὶ εὔθετα μετὰ ταύτας τὰς

medica imprimis est advertendum, admodum inscienter se gerunt. Tertio namque et quarto die duriter et aspere vulnerata minime tractari debent et, ut uno verbo complectar, iis diebus omni specilli demissione aliisque quibus vulnera irritantur abstinendum. In totum enim pleraque vulnera tertio ac quarto die recrudescere consueverunt, tum quae ad inflammationem et sordes tendunt tum quae ad febres deveniunt. Atque hoc praeceptum, si quod aliud, magnum est operae pretium attendere. Quid enim est praecipui in re medica usus non in ulceribus modo, verum etiam multis in aliis morbis, cum quo communionem non habeat? Nisi si quis alios quoque morbos ulcera esse dixerit. Quae sane oratio quandam habet probabilitatem. Multis enim modis alii cum aliis cognationem habent. At qui lanis uti aequum censent, quoad septem dies praeterierint, deinde tum intendere tum componere et fasciis devincire, ii non perinde inscientes videri debent. Nam et maxime accommodatum inflammationi tempus praeterierit, et ab his diebus ossa la-

Ed.Chart.XII. [250. 252.] Foës. I. 772. 773. Ed. Lind.II. (743. 744.)
ἡμέρας ἂν εἴη. πολλῷ μέντοι ἡσσᾶται καὶ αὕτη ἡ μελέτη τῆς ἐξ ἀρχῆς τοῖσιν ὀθονίοισιν ἐπιδέσιος. κεῖνος μὲν γὰρ ὁ τρόπος ἑβδομαίους ἐόντας ἀποδείκνυσιν καὶ παρασκευάζει νάρθηξιν τελέως ἐπιδεῖν· οὗτος δὲ ὁ τρόπος πολὺ ὑστεροῖ. [251] βλάβας δέ τινας καὶ ἄλλας ἔχει, ἀλλὰ μακρὸν ἂν εἴη πάντα γράφειν.

|| Ὁκόσοισι δὲ τὰ ὀστέα κατεηγότα (744) καὶ ἐξίσχοντα μὴ δύνηται ἐς τὴν ἑωυτῶν χώρην καθιδρύεσθαι, ἥδε ἡ κατάτασις. [252] σιδήρια χρὴ ποιέεσθαι ἐς τοῦτον τὸν τρόπον ὅνπερ οἱ μοχλοὶ ἔχουσιν, οἷς οἱ λατύποι χρέονται τὸ μέν τι πλατύτερον, τὸ δέ τι στενώτερον. εἶναι δὲ χρὴ καὶ τρία καὶ ἔτι πλείω ὡς τοῖς μάλιστα ἁρμόζουσιν τις χρήσαιτο. ἔπειτα τουτέοισι χρὴ ἅμα τῇ κατατάσει μοχλεύειν ὑποβάλλοντα, πρὸς μὲν τὸ κατώτερον τοῦ ὀστέου ἐρείδοντα, πρὸς δὲ τὸ ἀνώτερον τῷ ἀνωτέρῳ τοῦ σιδηρίου, ἁπλῷ δὲ λόγῳ, ὥσπερ εἰ λίθον τις ἢ ξύλον μοχλεύοι ἰσχυρῶς. ἔστω δὲ σθεναρὰ τὰ σιδήρια ὡς οἷόν τε, ὡς μὴ κάμπτηται. αὕτη

xari et bene coaptari poterunt. Ista tamen curandi ratione longe potior est quae per exordia fascias devincit. Haec enim septimo die efficit uti deligationi per ferulas suscipiendae plane idonei reddantur, quod in illa multo posterius contingit. Sed et alias quasdam habet noxas, quas longum esset percensere.

At quibus ossa fracta cute eminentia in suam sedem collocari non possunt, ea hoc modo reconduntur. Ferramenta facienda ad vectium similitudinem, quibus in lapidicinis utuntur, hac quidem parte latiora, altera vero angustiora. Tria autem aut etiam plura esse debent, quo maxime accommodata in usum adhibeantur. His deinde suppositis una inter extendendum ita molitionem aggredi oportet, ut ima sui parte inferiori ossi, summa vero superiori innitantur, non secus, ut uno verbo complectar, quam si quis ad lapidem aut lignum commovendum validam vectis molitionem adhibeat. Sint autem ferramenta quam maxime fieri potest valida, ne inflectantur. In eoque magnum est subsidium, si et ferramenta sint idonea et

Ed. Chart. XII. [252. 253.] Foës. I. 773. Ed. Lind. II. (744. 745.)
μεγάλη τιμωρίη, ἤν τε τὰ σιδήρια ἐπιτήδεια ᾖ καὶ μοχλεύηταί τις ὡς χρή. ὁκόσα γὰρ ἀνθρώποις ἄρμενα μεμηχάνηται, πάντων ἰσχυρότατά ἐστι τρία ταῦτα, ὄνου τε περιαγωγὴ καὶ μόχλευσις καὶ σφήνωσις. ἄνευ δὲ τούτων ἢ ἑνός δή τινος ἢ πάντων οὐδὲν τῶν ἔργων τῶν ἰσχυροτάτων οἱ ἄνθρωποι ἐπιτελέουσιν. οὔκουν ἀτιμαστέη αὕτη ἡ μόχλευσις· ἢ γὰρ οὕτως ἐμπεσεῖται τὰ ὀστέα, ἢ οὐκ ἄλλως. ἢν δ᾽ ἄρα τοῦ ὀστέου τὸ ἄνω παρηλλαγμένον μὴ ἐπιτήδειον ἔχῃ ἐνέδρην τῷ μοχλῷ, ἀλλὰ παροξὺ ὃ παραφέρει, παραγλύψαντα χρὴ τοῦ ὀστέου ἐνέδρην τῷ μοχλῷ ἀσφαλέα ποιῆσαι. μοχλεύειν δὲ χρὴ καὶ τείνειν αὐθήμερα ἢ δευτεραῖα, τριταῖα δὲ μὴ, τεταρταῖα δὲ ὡς ἥκιστα, καὶ πεμπταῖα. καὶ γὰρ μὴ ἐμβάλλοντι, (745) ὀχλήσαντι δὲ, ἐν ταύτῃσιν τῇσιν ἡμέρῃσιν φλεγμονὴν ἂν ποιήσειε καὶ ἐμβάλλοντι οὐδὲν ἧσσον. [253] σπασμὸν μέντοι ἐμβάλλοντι πουλὺ ἂν μᾶλλον ποιήσειεν ἢ ἀπορήσαντι ἐμβαλεῖν. ταῦτα εὖ χρὴ εἰδέναι, καὶ γὰρ εἰ ἐπιγένοιτο σπασμὸς ἐμβάλλοντι, ἐλπίδες μὲν οὐ πολλαὶ σωτηρίης, λυσιτελέει

convenientem quis molitionem adhibeat. Ex omnibus namque machinamentis, quae convenienter ad usum homines comminiscuntur, violentissima haec tria existunt, aselli circumactio, per vectem molitio et cunei adactio. Ac nisi aut unum aliquod, aut omnia adhibueris, nihil ex his omnibus, quae magna vi nituntur, persici possit. Quare negligenda non est haec per vectes molitio. Hac siquidem ratione, aut nulla alia, ossa in suas sedes reconduntur. Quod si sane pars ossis, quae super aliud effertur, minime idoneam vecti sedem exhibet, sed acutum quid prominet, illud scalpro utrimque limandum, quo firmius vecti insideat. Eodem autem die aut postero molitionem et extensionem adhibere convenit, sed non tertio, quarto vero et quinto minime. His etenim diebus lacessita ossa, etiam si suis sedibus restituta non sint, inflammatione tentantur, ac nihilominus etiam ubi restituta fuerint. Quin etiam reposito osse multo magis excitabitur nervorum distentio quam non reposito, quod probe nosse convenit. Et enim si re-

δὲ ὀπίσω ἐμβάλλειν τὸ ὀστέον εἰ οἷόν τε εἴη ἀόχλως. οὐ γὰρ ἐπὶ τοῖσιν χαλαρωτέροισι τοῦ καιροῦ σπασμοὶ καὶ τέτανοι ἐπιγίνονται, ἀλλ' ἐπὶ τοῖσιν ἐντεταμένοισι μᾶλλον, περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος. οὐ χρὴ οὖν ἐνοχλέειν ἐν τῇσι προειρημένῃσιν ἡμέρῃσιν ταύτῃσιν, ἀλλὰ μελετᾷν ὅκως ἥκιστα φλεγμαίνῃ τὸ ἕλκος καὶ μάλιστα ἐκπυήσῃ. ἐπὴν δὲ ἑπτὰ ἡμέραι παρέλθωσιν ἢ ὀλίγῳ πλείους, ἢν ἀπύρετος ᾖ καὶ μὴ φλεγμαίνῃ τὸ ἕλκος, τότε ἧσσον κωλύειν ἢ πειρῆσθαι ἐμβάλλειν, ἢν ἐλπίζῃς κρατήσειν. ἢν δὲ μὴ, οὐδὲν δεῖ μάτην ὀχλέειν καὶ ὀχλέεσθαι. ἢν μὲν οὖν ἐμβάλῃς τὰ ὀστέα ἐς τὴν ἑωυτῶν χώρην, γεγράφαται ἤδη οἱ τρόποι τοῦ ὡς χρὴ ἰητρεύειν, ἤν τε ἐλπίζῃς ὀστέα ἀποστήσεσθαι ἤν τε μή. χρὴ δὲ ἢν μὲν ἐλπίζῃς ὀστέα ἀποστήσεσθαι, ὡς ἔφην, τῷ τρόπῳ τῶν ὀθονίων ἐπὶ πᾶσι τοῖσι τοιουτέοισι τὴν ἐπίδεσιν ποιέεσθαι ἐκ μέσου τοῦ ὀθονίου ἀρχόμενον, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ὡς ἐπὶ δύο ἀρχέων ὑποδεσμὶς ὑποδεῖται. [254] τεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ πρὸς

posito osse nervorum distentio supervenit, in angusto spes est. Praestatque, si id sine molestia fieri possit, os retro compellere. Neque enim his quae plus justo laxiora sunt nervorum distentiones et rigores accedunt, sed his quae magis intenduntur, qua de re nunc agitur. His igitur praedictis diebus nullam molestiam exhibere oportet, sed operam dare ut ulcus quam minime inflammatione tentetur, maximeque ad pus perveniat. Elapsis vero septem diebus, aut etiam paulo pluribus, si febris absit neque ulcus inflammatione vexetur, tunc minus obstat quo minus reponere tentemus, si id nos consequi posse non diffitemur. Alioqui nil opus est frustra aut sibi molestiam aut alteri exhibere. Ubi igitur ossa in suam sedem compuleris, discessionem factura sint necne, quaenam ad ea curandi ratio accommodari debeat, jam est expositum. Ac si quidem discessura ossa speraveris, in his omnibus deligatio ex linteis, quo dixi modo, ut plurimum a mediis orsa instituenda est, velut quae ex duobus initiis primum fascia circumdatur. Ulceris autem forma in considerationem ad-

Ed. Chart. XII. [254. 255.] Foës. I. 773. 774. Ed. Lind. II. (745. 746.)

τὴν μορφὴν τοῦ ἕλκεος, ὅκως ἥκιστα σεσηρὸς καὶ ἐκπεπληγμένον ἔσται παρὰ τὴν ἐπίδεσιν. [255] τοῖσι μὲν γὰρ ἐπὶ δεξιὰ ἐπιδεῖν ξυντρόφως ἔχει, τοῖσι δὲ ἐπ' ἀριστερὰ, τοῖσι δὲ ἀπὸ δύο ἀρχέων. ὁκόσα δὲ κατηπο(746)ρήθη || ὀστέα ἐμπεσεῖν. ταῦτα αὐτὰ εἰδέναι χρὴ ὅτι ἀποστήσεται καὶ ὅσα τελέως ἐψιλώθη τῶν σαρκῶν. ψιλοῦται δὲ ἐνίων μὲν τὸ ἄνω μέρος, μετεξετέρων δὲ κύκλωθεν ἀμφιθνήσκουσιν αἱ σάρκες. καὶ τῶν μὲν ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου τρώματος σεσάπρισται ἔνια τῶν ὀστέων, τῶν δ' οὒ, καὶ τῶν μὲν μᾶλλον, τῶν δ' ἧσσον, καὶ τὰ μὲν σμικρὰ, τὰ δὲ μεγάλα. διὰ οὖν ταῦτα τὰ εἰρημένα οὐκ ἔστιν ἑνὶ ὀνόματι εἰπεῖν ὁκότε τὰ ὀστέα ἀποστήσεται. τὰ μὲν γὰρ διὰ μικρότητα, τὰ δὲ διὰ τὸ ἐπ' ἄκρου ἔχεσθαι θᾶσσον ἀφίσταται, τὰ δὲ διὰ τὸ μὴ ἀφίστασθαι, ἀλλὰ λεπιδοῦσθαι καταξηρανθέντα καὶ σαπρὰ γενόμενα. πρὸς δὲ τούτοις διαφέρει τε καὶ ἰητρείης. ὡς μὲν οὖν τὸ ἐπίπαν τάχιστα τουτέων ὀστέα ἀφίσταται, ὧν τάχισται μὲν αἱ ἐκπυήσιες, τάχισται δὲ καὶ κάλλισται αἱ σαρκοφυΐαι. καὶ

hibenda est, quo quam minimum hiantibus ac diductis labris sub vinculo existat. Interdum etenim accommodate vinculum ad dexteram ducitur, interdum vero ad sinistram, aliis etiam ex duobus initiis ortum habet. At quae suis sedibus ossa restitui non potuerunt, ea discessionem esse factura nosse convenit, necnon quae prorsus carne nudata sunt. Nudantur vero quibusdam parte superiore, nonnullis quoque in orbem quoquoversus carnes emoriuntur. Et nonnullis quidem sub diuturno vulnere ossa quaedam cariem experta sunt, aliis vero minime, et his quidem magis, illis autem minus, ac partim quidem parva, partim etiam magna. Ob relatas igitur causas uno verbo explicari non potest, quo tempore ossa discessionem sint factura. Quaedam etenim ob parvitatem, nonnulla etiam quod in summo contineantur, celerius discedunt. Alia vero minime, verum arefacta et cariem sentientia desquamantur. Ad haec etiam multum inter se curandi ratio differt. His igitur in totum celerrime ossa abscedunt, quibus citissime pus coit, celerri-

γὰρ αἱ ὑποφυόμεναι σάρκες κατὰ τὸ σιναρὸν αὗται μετεωρίζουσιν τὰ ὀστέα ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ. ὅλος μὲν ὁ κύκλος τοῦ ὀστέου, ἢν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν ἀποστῇ, καλῶς ἀποστήσεται, ἔνια γὰρ εἰς ἑξήκοντα ἡμέρας ἀφικνεῖται. τὰ μὲν [256] γὰρ ἀραιότερα τῶν ὀστέων θᾶσσον ἀφίσταται, τὰ δὲ στερεώτερα βραδύτερον, τὰ δὲ ἄλλα τὰ μείω πολλὸν ἐνδοτέρω, ἄλλα δ' ἄλλως.

Ἀποπρίειν δ' ὀστέον ἐξέχον ἐπὶ τῶνδε τῶν προφασίων χρὴ, ἢν μὴ δύνηται ἐμβάλλειν, μικροῦ δέ τινος αὐτῷ δοκέῃ δεῖν παρελθεῖν καὶ οἷόν τε ᾖ παραιρεθῆναι, ἤν τε ἀσηρὸν ᾖ καὶ θραῦόν τι τῶν σαρκίων καὶ δυσαισθησίην παρέχει, ψιλὸν δὲ τυγχάνει ἐὸν καὶ τὸ τοιοῦτον ἀφαιρέειν χρή. τὰ δ' ἄλλα οὐδὲν μέγα διαφέρει, οὔτε ἀποπρῖσαι οὔτε μὴ ἀποπρῖσαι. σαφέως γὰρ (747) εἰδέναι χρὴ ὅτι ὀστέα ὅσα τελέως στερέεται τῶν σαρκῶν καὶ ἐπιξηραίνεται, ὅτι πάντα τελέως ἀποστήσεται. ὅσα δὲ ἀπολεπιδοῦσθαι μέλλει, ταῦτα οὐ χρὴ ἀποπρίειν. τεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ ἀπὸ τῶν τεταγμένων σημείων

meque etiam atque optime caro producitur. Quae enim in laesa parte caro subnascitur, ea fere in sublime ossa attollit. Totus quidem testae ossis ambitus, si quadraginta diebus discessionem facit, recte abscedere existimandus est, cum tamen quaedam sexagesimum attingant. Rariora quidem certe ossa citius, solidiora tardius, quaeque etiam minora sunt, multum infra hoc spatium atque alia aliter discedunt.

His autem de causis os eminens praecidi debet, si in suam sedem compelli nequit, ac tantum non reponi posse videatur, si detrahi queat, si noxium fuerit et carnem aliqua ex parte vulneret, sensusque molestiam afferat. Quin si denudatum fuerit, id quoque auferri debet. Reliqua praecidantur necne non multum refert. Prorsus enim constat quae carne in totum privantur et aresiunt, ea penitus quoque discessionem esse factura. At quae in squamas resolvi sperantur, ea praecidi non debent. Ex propositis autem indiciis conjiciendum est quaenam penitus discessionem fa-

τὰ τελέως ἀποστησόμενα. ἰητρεύειν δὲ τοὺς τοιούτους σπλήνεσι καὶ τῇ οἰνηρῇ ἰητρείῃ, ὥσπερ καὶ πρόσθεν γέγραπται, τῶν ἀποστησομένων ὀστέων. φυλάσσεσθαι δὲ χρὴ μὴ καταψυχροῖσι τέγγειν τὸν πρῶτον χρόνον. ῥιγέων γὰρ πυρετωδέων κίνδυνος. κίνδυνος δὲ καὶ σπασμῶν. προκαλέεται γὰρ ὑεὶ σπασμὸν τὰ ψυχρὰ, ποτὲ δὲ καὶ ἕλκη. εἰδέναι δὲ χρὴ ὅτι περ ἀνάγκη βραχύτερα τὰ σώματα ταύτῃ γενέσθαι, ὧν ἀμφότερα τὰ ὀστέα κατεηγότα καὶ παρηλλαγμένα ἰητρεύηται καὶ οἷς ὅλως καὶ ὁ κύκλος τοῦ ὀστέου ἀπέστη. [257] ὅσοις δὲ μηροῦ ὀστέον ἢ βραχίονος ἐξέσχεν, οὗτοι οὐ μάλα περιγίνονται. τὰ γὰρ ὀστέα μεγάλα καὶ πολλυμύελα καὶ πολλὰ καὶ ἐπίκαιρα τὰ συντιτρωσκόμενα νεῦρα καὶ μύες καὶ φλέβες. καὶ ἢν μὲν ἐμβάλλοις, σπασμοὶ φιλέουσιν ἐπιγίνεσθαι· μὴ ἐμβληθεῖσι δὲ πυρετοὶ ὀξέες καὶ ἐπίχολοι καὶ λιγνυώδεες καὶ ἐπιμελαίνονται. περιγίνονται δὲ οὐχ ἧσσον οἷσι μὴ ἐμβληθῇ, μηδὲ πειρηθῇ ἐμβάλλεσθαι. ἔτι δὲ μᾶλλον περιγίνονται οἷσι τὸ κάτω μέρος τοῦ ὀστέου ἐξέσχεν ἢ οἷσι τὸ

ctura ſint, ad eaque hujusmodi curatio per ſplenia et vini perfuſionem, velut in abſceſſuris oſſibus ante ſcriptum eſt, adhibenda. Cavendumque ne frigidis per exordia perfundantur, horroris enim cum febre nervorumque diſtentionis metus impendet. Frigida namque nervorum diſtentionem accerſunt, quandoque vero etiam exulcerant. Noſſe autem convenit illic brevius neceſſario membrum fieri, ubi utrumque os fractum et aliud ſuper aliud excedens curatum fuerit, cuique totus etiam teſtae oſſis ambitus diſceſſerit. At quibus femoris aut brachii os eminens eſt, ii aegre ſuperſunt. Nam cum oſſa grandiora ſunt et medulloſa, tum vero multi et inſignes nervi ſimul vulnerantur, et muſculi et venae. Ac ſi quidem repoſueris, nervorum diſtentiones ſupervenire conſueverunt, non repoſitis autem febres acutae, bilioſae, cum ſingultu et nigritie. Nihilo autem minus ſuperſunt quibus neque in ſuas ſedes ſunt condita, neque ut reconderentur tentatum eſt. Potius vero ſuperſunt quibus oſſis pars inferior quam quibus ſuperior eminet. Supereſſe

ἄνω. περιγίνονται δ᾽ ἄν καὶ οἷσιν ἐμβληθείη, σπανίως γε μήν. μελέται γὰρ μελετέων μέγα διαφέρουσιν καὶ φύσιες φυσίων τῶν σωμάτων εἰς εὐφορίην. διαφέρει δὲ μέγα καὶ (748) ἢν ἔσω τοῦ βραχίονος καὶ τοῦ μηροῦ τὰ ὀστέα ἐξέχῃ. πολλαὶ γὰρ καὶ ἐπίκαιροι κατατάσιες φλεβῶν ἐν τῷ ἔσω μέρει, ὧν ἔνιαι τιτρωσκόμεναι σφάγιαί εἰσιν. εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τῷ ἔξω μέρει, ἧσσον δέ. ἐν τοῖσιν οὖν τοιούτοισιν τρώμασιν τοὺς μὲν κινδύνους οὐ χρὴ λήθειν, ὁκοῖοί τινές εἰσιν, καὶ προλέγειν χρὴ πρὸς τοὺς καιρούς. εἰ δὲ ἀναγκάζοιο μὲν ἐμβαλεῖν, ἐλπίζοις δὲ ἐμβάλλειν, καὶ μὴ πολλὴ ἡ παράλλαξις ᾖ τοῦ ὀστέου καὶ μὴ ξυνδεδραμήκοιεν οἱ μύες, φιλέουσι γὰρ ξυνδεῖν, ἡ μόχλευσις καὶ τούτοισι μετὰ τῆς κατατάσιος εὖ ἂν ξυλλαμβάνοιτο.

Ἐμβάλλοντα δὲ ἐλλέβορον μαλθακὸν προπῖσαι χρὴ αὐθημερὸν, ἢν αὐθημερὸν ἐμβληθῇ, εἰ δὲ μὴ, οὐδ᾽ ἐγχειρέειν χρή. τὸ δὲ ἕλκος ἰητρεύειν χρὴ οἵη περ κεφαλῆς ὀστέα κατεηγυίης καὶ ψυχρὸν μηδὲν προσφέρειν. σιτίων δὲ στερῆσαι

etiam poffunt, fed raro quidem quibus intro funt condita. Curationes enim et corporum naturae, quod ad ferendi levitatem attinet, longe aliis aliae praeftant. Multum quoque refert an interiore parte brachii ac femoris offa eminent. Multae enim et infignes venarum productiones per interiorem partem feruntur, quarum nonnullae, fi vulnerentur, hominem jugulant. Sunt et exteriore parte quaedam, verum pauciores. Quare in hujusmodi cafibus quodnam periculum impendeat non eft ignorandum, idque in tempore praedicendum. Quod fi in fuam fedem compellere cogeris, idque te confequi poffe fperes, neque multum offa inter fe cesferunt, mufculique in feipfos non contrahuntur, quod faepe fieri affolet, his per vectem molitio cum diftentione bene contulerit.

Ubi reftitueris, veratrum molle eodem die propinare convenit, fi eodem die reftitueris, alioqui ne tentare quidem oportet. Ulcus autem eodem modo quo capitis offa fracta curandum eft, neque frigidi quicquam admovendum, ac

Ed. Chart. XII. [258. 259.] Foës. I. 775. Ed. Lind. II. (748. 749.)

τελέως, [258] καὶ ἢν μὲν πικρόχολος φύσει ἦ, ὀξύγλυκυ εὐῶδες ὀλίγον ἐπὶ ὕδωρ ἐπιστάζοντα τουτέῳ διαιτᾷν, ἢν δὲ μὴ πικρόχολος ᾖ, ὕδατος πόματι χρῆσθαι· καὶ ἢν μὲν πυρεταίνῃ ξυνεχῶς, τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέραις τὸ ἐλάχιστον οὕτω διαιτᾷν, ἢν δὲ ἀπύρετος ᾖ, ἑπτὰ ἡμέρῃσιν. [259] ἔπειτα ἐκ προσαγωγῆς κατὰ λόγον φαύλην δίαιταν ἄγειν. καὶ οἷσιν ἂν μὴ βληθῇ τὰ ὀστέα, καὶ τὴν φαρμακείην χρὴ τοιαύτην ποιέεσθαι καὶ τῶν ἑλκέων τὴν μελέτην καὶ τὴν δίαιταν ὡσαύτως, καὶ τὸ ἀπαιωρεύμενον τοῦ σώματος μὴ κατατείνειν, (749) ἀλλὰ καὶ προσάγειν μᾶλλον, ὥστε χαλαρώτερον εἶναι τὸ κατὰ τὸ ἕλκος. τῶν δὲ ὀστέων ἀπόστασις χρονίη, ὥσπερ καὶ πρόσθεν εἴρηται. μάλιστα δὲ χρὴ τὰ τοιαῦτα διαφυγεῖν. ἀλλ' ἤν τις καλὴν ἔχῃ τὴν ἀποφυγὴν, αἵ τε γὰρ ἐλπίδες ὀλίγαι καὶ οἱ κίνδυνοι πολλοὶ, καὶ μὴ ἐμβάλλων ἄτεχνος ἂν δοκέοι εἶναι, καὶ ἐμβάλλων ἂν ἐγγυτέρω τοῦ θανάτου ἀγάγοι ἢ σωτηρίης. τὰ δὲ ὀλισθήματα τὰ κατὰ γούνατα καὶ τὰ διακινήματα τῶν ὀστέων εὐηθέστερα πουλὺ τῶν κατ' ἀγκῶνα

cibo penitus interdicendum. Ac fi quidem aeger natura biliofus fuerit, nonnihil mellae odoratae in aquam inftillando eo victu fuftinendus eft. Si vero bile non abundet, aquae potione utendum. Quod fi febre continenti detineatur, diebus quatuordecim ut minimum eo victu tolerari debet, fin febre vacet, feptem diebus. Deinde fenfim progreffu facto pro ratione ad fimplicem victus rationem revocandus. At quibus offa intro condita non fuerint, tum eadem medicamenti potio adhibenda, tum eodem modo ulcus nutriendum, atque eodem victu perfeverandum. Itidemque elatam corporis partem diftendere non oportet, quin potius contrahere, quo laxior qua parte ulcus eft efficiatur. Offium quoque difceffio longiore tempore fit, quemadmodum etiam ante dictum eft. Taliaque praecipue vitanda funt, fi quis modo id honefte facere poteft, cum et fpes in angufto fit et pericula multa impendeant, ac nifi repofueris, imperitiae artis exiftimatio tibi fubeunda fit, fin repofueris, aegrum potius ad mortem praecipites quam ad fanitatem reducas. Ubi offa ex toto fuis fedibus moventur, aut pau-

Ed.Chart.XII.[259.260.262-264.] Foes.I.775.776. Ed.Lind.II.(749.)

κότος τοῦ ἄρθρου ἐς τὸ κάτω τοῦ χωρίου. παραξύνεσιν μὲν καὶ ἐν τούτῳ ἔχει τινὰ, ἀλλ' ὕστερον περὶ αὐτοῦ γεγράψεται, ἄξιον γὰρ γραφῆς ἐστι. τοῦτο δὲ τοῦ ἐκπεπτωκότος ὁ ἀγκὼν φαίνεται ἀφεστεὼς μᾶλλον ἀπὸ τῶν πλευρέων ἢ τοῦ ἑτέρου. εἰ μέντοι τις προσαναγκάζοι, προσάγεται μὲν, ἐπιπόνως δέ. [312] *τοῦτο δὲ ἄνω τὴν χεῖρα ἆραι εὐθεῖαν παρὰ τὸ οὖς ἐκτεταμένου τοῦ ἀγκῶνος οὐ μάλα δύνανται, ὥσπερ τὸν ὑγιέα, οὐδὲ παράγειν ἔνθα καὶ ἔνθα ὁμοίως. τά τε οὖν σημήϊα ταῦτά ἐστιν ὤμου ἐκπεπτωκότος, αἵ τε ἐμβολαὶ αἱ γεγραμμέναι αἵ τε ἰητρεῖαι αὗται. ἐπάξιον δὲ τὸ μάθημα ὡς χρὴ ἰητρεύειν τοὺς πυκνὰ ἐκπίπτοντας ὤμους. πολλοὶ μὲν γὰρ ἤδη ἀγωνίης ἐκωλύθησαν διὰ ταύτην τὴν ξυμφορὰν, τἄλλα πάντα ἀξιό*(767)*χρεοι ὄντες. πολλοὶ δὲ ἐν πολεμικοῖσιν ἀχρήϊοι ἐγένοντο καὶ διεφθάρησαν διὰ ταύτην τὴν ξυμφοράν. ἅμα τε ἐπάξιον καὶ διὰ τοῦτο, ὅτι οὐδένα οἶδα ὀρθῶς ἰητρεύοντα, ἀλλὰ τοὺς μὲν μηδὲ ἐγχειρέοντας, τοὺς δὲ τἀναντία τοῦ ξυμφέροντος φρονέοντάς τε καὶ ποιέοντας. συχνοὶ γὰρ ἤδη ἰητροὶ ἔκαυσαν ὤμους ἐκπίπτοντας κατά τε τὴν*

ierit, extare conſpicitur. In quo quidem aliqua etiam hallucinatio ſubeſt, de qua, cum memoratu digna ſit, poſtea ſcribetur. In eo praeterea quod excidit, cubiti gibbus magis a latere recedere quam in altero videtur. Ac ſi quis vi admota adducat, iſtud quidem non ſine dolore fieri poſſit. Ad haec neque cubito extento rectam manum ſurſum ad aurem attollere admodum poteſt, neque hac vel illac perinde ac ſanum traducere. Atque haec quidem ſunt humeri prolapſi indicia ac reponendi modi qui ſcripti ſunt curationesque eaedem. At eorum curatio quibus humeri frequenter elabuntur cognitione digna eſt, cum multi alioqui ad omnia idonei a certaminibus prohibiti fuerint, multi quoque ad res bellicas inutiles evaſerint, eoque caſu perierint. Simul quoque eam ob cauſam res conſideratione digna eſt, quod neminem qui iis recte medeatur videam, verum partim ad curationem ne aggredi quidem, partim vero contra quam conveniat tum ſentire tum facere. Frequenter enim medici ad prolapſos humeros in ſuperiore

Ed. Chart. XII. [312. 313.] Foës. I. 787. 788. Ed. Lind. II. (767.)

ἐπωμίδα κατά τε τὰ ἔμπροσθεν, ᾗ ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος ἐξογκέει, κατά τε τὸ ὄπισθεν ὀλίγον τῆς ἐπωμίδος. αὗται οὖν αἱ καύσιες εἰ μὲν εἰς τὸ ἄνω ἐξέπιπτεν ὁ βραχίων ἢ ἐς τοὔμπροσθεν ἢ ἐς τοὔπισθεν, ὀρθῶς ἂν ἔκαιον. νῦν δὲ δὴ ὅτε ἐς τὸ κάτω ἐκπίπτει, ἐκβάλλουσιν αὗται αἱ καύσιες μᾶλλον ἢ κωλύουσιν. ἀποκλείουσι γὰρ τῆς ἄνω εὐρυχωρίης τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος. χρὴ δὲ ὧδε καίειν ταῦτα. ἀπολαβόντα τοῖσι δακτύλοισι κατὰ τὴν μασχάλην τὸ δέρμα ἀφελκύσαι κατ᾽ αὐτὴν τὴν ἴξιν μάλιστα, καθ᾽ ἣν ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος ἐκπίπτει. [313] ἔπειτα δὲ οὕτως ἀφελκυσμένον τὸ δέρμα διακαῦσαι ἐς τὸ πέρην. σιδηρίοισι δὲ χρὴ τὰ τοιαῦτα καίειν μὴ παχέσι μηδὲ λίην φαλακροῖσιν, ἀλλὰ προμήκεσι. ταχυπορώτερα || γὰρ καὶ τῇ χειρὶ ἐπερείδειν. χρὴ δὲ διαφανέσι καίειν, ὡς ὅτι τάχιστα περαιωθῇ κατὰ δύναμιν. τὰ γὰρ παχέα βραδέως περαιούμενα πλατυτέρας τὰς ἐκπτώσιας τῶν ἐσχαρῶν ποιέεται, καὶ κίνδυνος ἂν εἴη ξυῤῥαγῆναι τὰς ὠτειλὰς, καὶ κάκιον μὲν οὐδὲν ἂν εἴη, αἴσχιον δὲ καὶ ἀτεχνότερον. ὅταν δὲ διακαύσῃς ἐς τὸ πέρην, τῶν μὲν

humeri parte et anteriore, qua brachii caput eminet, et posteriore quoque paulum juxta superiorem humeri partem ustionem adhibuerunt. Quae quidem recte adhibita fuisset, si brachium vel in superiorem vel anteriorem vel posteriorem partem prolapsum fuisset. Nunc vero cum in inferiorem partem elabatur, propellit potius quam prohibeat. Superiore enim capacitate brachii caput excludit. Sic vero ustione utendum, ut cutis sub ala digitis apprehensa secundum eam rectitudinem potissimum, in quam brachii caput prolabitur, attrahatur, sic deinde attracta cutis candenti ferramento trajiciatur. Ferramentis autem ad id utendum, non crassis neque admodum rotundis, sed oblongis. Manu enim impulsa celerius penetrant. Candentibus quoque adurendum, quo quam celerrime fieri potest penetrent. Crassiora namque cum tardius penetrent, latiores crustas resolvunt, periculumque est ne ulcera abrumpant. Quod etsi nihilo deterius est, deforme tamen magis et ab arte abhorrens censetur. Ubi vero adurendo ferramentum trajeceris,

πλείστων ἱκανῶς ἂν ἔχοι τῷ κάτω μέρεϊ τὰς ἐσχάρας ταύτας μούνας θεῖναι. ἢν δὲ μὴ (768) κίνδυνος φαίνηται εἶναι ξυῤῥαγῆναι τὰς ὠτειλὰς, ἀλλὰ πολὺ τὸ διὰ μέσου ἔῃ, ὑπάλειπτρον χρὴ λεπτὸν διέρσαι διὰ τῶν κατηγμάτων, ἔτι ἀναλελαμμένου τοῦ δέρματος. οὐ γὰρ ἂν ἄλλως δύναιο διέρσαι. ἐπὴν δὲ διέρσῃς, ἀφεῖναι τὸ δέρμα, ἔπειτα μεσηγὺ τῶν ἐσχαρῶν ἄλλην ἐσχάρην ἐμβάλλειν λεπτῷ σιδηρίῳ καὶ διακαῦσαι, ἄχρις ἂν τῷ ὑπαλείπτρῳ ἐγκύρσῃ. ὁκόσον δέ τι χρὴ τὸ δέρμα τὸ ἀπὸ τῆς μασχάλης ἀπολαμβάνειν, τοῖσι δὲ χρὴ τεκμαίρεσθαι. ἀδένες ὕπεισιν ὑπὸ τῇ μασχάλῃ, πολλαχῇ δὲ καὶ ἄλλῃ τοῦ σώματος. [314] ἀλλὰ ἐν ἄλλῳ λόγῳ περὶ ἀδένων οὐλομελίης γεγράψεται, ὅτι τέ εἰσι καὶ οἷα ἐν οἵοισι σημαίνουσί τε καὶ δύνανται. τοὺς μὲν οὖν ἀδένας οὐ χρὴ προσεπιλαμβάνειν, οὐδ᾽ ὅσα ἐσωτέρω τῶν ἀδένων. μέγας γὰρ ὁ κίνδυνος. τοῖσι γὰρ ἐπικαιροτάτοισι τόνοισι γειτονεύονται. ὅσον δὲ ἐξωτέρω τῶν ἀδένων ἐπιπλεῖστον ἀπολαμβάνειν. ἀσινέα γάρ. γινώσκειν δὲ χρὴ ὅτι εἰ μὲν ἰσχυρῶς τὸν βραχίονα

in plerisque abunde erit inferiori duntaxat parti crustas inurere. Quod si periculum minime esse videatur ut ulcera abrumpantur, sed magnum spatium sit interjectum, tenue specillum, quo ad illinendum utimur, per ambusta foramina trajicere oportet, cute adhuc digitis apprehensa, neque enim alias trajicere possis. Quo trajecto cutis laxanda est, deinde inter utramque crustam alia tenui ferramento, donec specillo occurrat, inducenda et inurenda. Ex his autem conjicias quatenus cutis sub ala apprehendi debeat. Glandulae sub ala, ut et multis aliis corporis partibus, sitae sunt. Verum integra glandularum natura alias tractabitur, quodque existant et quae in quoque indicent, quamque vim habeant. Has igitur neque quae his interiora subsunt prehendere oportet. Magnum namque periculum imminet, quod cum valde insignibus nervis propinquitatem habeant. Quod vero extra glandulas est, id cum extra noxam sit, quam plurimum apprehendendum. Illud autem animadvertere oportet, summe quidem sursum sublato brachio ni-

Ed.Chart.XII.[314—317.] Foës. I. 788. 789. Ed. Lind. II. (768. 769)

ἀνατείνοις, οὐ δυνήσῃ τοῦ δέρματος ἀπολαβεῖν οὐδὲν τοῦ ὑπὸ τῇ μασχάλῃ ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου κατατεῖναι. [315] σιμοῦται γὰρ ἐν τῇ ἀνατάσει. οὐδ᾽ αὖ τόνους οὐδεμιῇ μηχανῇ δεῖ τιτρώσκειν. οὗτοι γὰρ πρόχειροι γίνονται καὶ κατατεταμένοι ἐν τούτῳ τῷ σχήματι. εἰ δὲ μικρὸν ἐπάρῃς τὸν βραχίονα, πολὺ μὲν τοῦ δέρματος ἀπολήψῃ· οἱ δὲ τόνοι ὧν δεῖ προμηθέεσθαι εἴσω καὶ πρόσω τοῦ χειρίσματος γίνονται. ἆρ᾽ οὖν οὐκ ἐν πάσῃ τῇ τέχνῃ περὶ παντὸς χρὴ ποιέεσθαι τὰ δίκαια σχήματα ἐξευρίσκειν ἐφ᾽ ἑκάστοισι; [316] ταῦτα μὲν κατὰ τὴν μασχάλην καὶ ἱκαναὶ αὗται αἱ κατα(769)λήψιες, ἢν ὀρθῶς τεθῶσιν αἱ ἐσχάραι.

|| Ἔκτοσθεν δὲ τῆς μασχάλης δισσὰ μόνα ἐστὶ χωρία ἵνα ἄν τις ἐσχάρας θείη, τιμωρεούσας τῷ παθήματι. μίαν μὲν ἐν τῷ ἔμπροσθεν μεσηγὺ τῆς κεφαλῆς τοῦ βραχίονος καὶ τοῦ τένοντος τοῦ κατὰ τὴν μασχάλην, [317] καὶ ταύτῃ τὸ μὲν δέρμα τελέως διακαίειν χρή. βαθύτερον δὲ οὐ χρή. φλὲψ γὰρ παχείη πλησίη καὶ νεῦρα, ὧν οὐδέτερα θερμαντέα. ὄπισθεν δ᾽ αὖ ἄλλην ἐσχάρην ἐνδέχεται ἐνθεῖναι ἀνωτέρω μὲν συχνῷ τοῦ τένοντος τοῦ κατὰ τὴν μασχάλην, κατωτέρω

hil ex cute ſub ala quod extenſione dignum ſit apprehendi poſſe. Conſumitur enim ac reſimatur cum ſurſum brachium porrigitur. Neque vero nervi ulla ratione vulnerandi ſunt, qui eo habitu intenti ſunt et expoſiti. At paulum ſublato brachio multum quidem de cute apprehendes, cum nervi quibus cautio adhibenda eſt, intus ac ultra id quod apprehenditur ſiti ſint. An non vero in omni arte imprimis elaborandum eſt ut juſtus in unoquoque habitus inveniatur? Atque haec quidem circa alam fieri debent, ſatisque ita cutem apprehendere ut recte uſtiones adhibeantur.

Extra alam vero duobus tantum locis inurere licet, quo morbo ſuccurratur. Uno quidem anteriore parte, inter brachii caput et tendonem, qui circa alam eſt. Eaque parte cutis penitus candenti ferramento, non tamen altius perurenda. Proxima enim eſt vena craſſa et nervus, quorum neutrum igne tentari debet. Rurſus autem exteriore parte alteram uſtionem adhibere licet, multum quidem ſupra ten-

Ed. Chart. XII. [317—319.] Foes. I. 789. Ed. Lind. II. (769.)

δὲ ὀλίγῳ τῆς κεφαλῆς τοῦ βραχίονος. καὶ τὸ μὲν δέρμα τελέως χρὴ διακαίειν. βαθεῖαν δὲ μηδὲ κάρτα ταύτην ποιέειν. πολέμιον γὰρ τὸ πῦρ νεύροισιν. [318] *ἰητρεύειν μὲν οὖν χρὴ διὰ πάσης τῆς ἰητρείης τὰ ἕλκεα, μηδέποτε ἰσχυρῶς ἀνατείναντα τὸν βραχίονα, ἀλλὰ μετρίως ὅσον τῶν ἕλκεων ἐπιμελείης εἵνεκα. ἧσσον μὲν γὰρ ἂν διαψύχοιτο. ξυμφέρει γὰρ πάντα τὰ καύματα σκέπειν, ὡς καὶ ἐπιεικῶς ἰητρεύεσθαι. ἧσσον δ᾽ ἂν ἐκπλήσσοιτο. ἧσσον δ᾽ ἂν αἱμοῤῥαγοίη. ἧσσον δ᾽ ἂν σπασμὸς ἐπιγένοιτο. ὅταν δὲ δὴ καθαρὰ γένηται τὰ ἕλκεα, ἐς ὠτειλάς τε ἴῃ, τότε δὴ καὶ παντάπασι χρὴ αἰεὶ τὸν βραχίονα πρὸς τῇσι πλευρῇσι προσδεδέσθαι καὶ νύκτα καὶ ἡμέρην.* [319] *ἀτὰρ καὶ ὅταν ὑγιέα γένηται τὰ ἕλκεα, ὁμοίως ἐπὶ πολὺν χρόνον χρὴ προσδεῖν τὸν βραχίονα πρὸς τὰς πλευράς· οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα ἐπουλωθείη καὶ ὑπολειφθείη ἡ εὐρυχωρίη καθ᾽ ἣν μάλιστα ὀλισθαίνει ὁ βραχίων. ὅσοισι δ᾽ ἂν ὦμος καταπορηθῇ ἐμβληθῆναι, ἢν μὲν ἔτι ἐν αὐξήσει ἔωσιν, οὐκ ἐθέλει συναύξεσθαι τὸ ὀστέον τοῦ βρα-*

donem qui ad alam est, paulum vero infra brachii caput. Ac cutis quidem penitus candenti ferramento adurenda, non tamen alte admodum infligenda plaga est. Ignis namque nervis est noxius. Mederi igitur ulceribus per totam curationem convenit, brachium nunquam vehementer, verum mediocriter, quantum ad ulcerum curationem opus est, attollendo, ut minus frigore tententur. Ambusta namque omnia tegi debent, quo et moderatam curationem recipiant ac minus oras diducant, minorque cum profluvii sanguinis tum convulsionis metus accedat. Ubi vero pura evaserint ulcera et ad cicatricem pervenerint, tunc sane omnino brachium die ac nocte ad costas semper alligatum esse oportet. Quin etiam sanatis ulceribus eodem modo longo tempore brachium ad latus alligandum est. Hac enim potissimum ratione cicatrice obducetur et contrahetur laxitas ea, in quam maxime brachium prolabitur. At quibus humerus in suum locum recondi minime potuit, si quidem adhuc crescunt, os brachii non aeque ac integrum augeri consuevit,

χίονος ὁμοίως τῷ ὑγιεῖ. ἀλλὰ αὔξεται μὲν ἐπί τι, βραχύτε-(770)ρον δὲ τοῦ ἑτέρου γίνεται. [320] καὶ οἱ καλεόμενοι δὲ ἐκ γενεῆς γαλιάγκωνες διὰ δισσὰς ξυμφορὰς ταύτας γίνονται. ἤν γέ τι τοιοῦτον αὐτοὺς ἐξάρθρημα καταλάβη ἐν γαστρὶ ἐόντας, διά τε ἄλλην συμφορὴν, περὶ ἧς ὕστερόν ποτε γεγράψεται, ἀτὰρ καὶ οἷσιν ἔτι νηπίοισιν ἐοῦσι κατὰ τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος βαθεῖαι καὶ ὑποβρύχιοι ἐκπυήσιες γίνονται, καὶ οὗτοι πάντες γαλιάγκωνες γίνονται, καὶ ἤν τε τμηθῶσιν ἤν τε καυθῶσιν ἤν τε αὐτόματόν σφιν ἐκραγῇ, εὖ εἰδέναι χρὴ ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει. χρέεσθαι μέντοι τῇ χειρὶ δυνατώτατοί εἰσιν οἱ ἐκ γενεῆς γαλιάγκωνες, οὐ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνοί γε ἀνατεῖναι παρὰ τὸ οὖς τὸν βραχίονα ἐκτανύσαντες τὸν ἀγκῶνα δύνανται, ἀλλὰ πολὺ ἐνδεεστέρως ἢ τὴν ὑγιέα χεῖρα. οἷσι δ' ἂν ἤδη ἀνδράσιν ἐοῦσι ἐκπέσῃ ὁ ὦμος καὶ μὴ ἐμβληθῇ, ἡ ἐπωμὶς ἀσαρκωτέρη γίνεται καὶ ἡ ἕξις λεπτὴ ἡ κατὰ τοῦτο. ὅταν μέντοι ὀδυνώμενοι παύσωνται, ὁκόσα μὲν δεῖ ἐργάζεσθαι ἐπάραντας τὸν ἀγκῶνα ἀπὸ τῶν πλευρέων ἐς τὸ πλάγιον, ταῦτα μὲν οὐ δύνανται ἅπαντα ὁμοίως

verum ut aliqua ex parte augeatur, altero tamen brevius evadit. Idem vero experiuntur qui a primo ortu muſtelae cubito praediti, Graecis γαλιάγκωνες dicuntur, et duplici ex noxa tales evadunt, ſive quod in utero tali luxatione teneantur, ſive aliam ob noxam poſtea ſcribendam. Quin etiam quibus adhuc tenellis circa brachii caput profundae altaeque demerſae ſuppurationes contingunt, ii quoque omnes juſto brevius et tenuius brachium habent et γαλιάγκωνες evadunt, et ſive ſecentur ſive urantur ſive iis pus ſponte erumpat, rem ita ſe habere compertum eſt. Manu quidem validiſſime uti poſſunt qui muſtelae cubito ab ortu ſunt praediti, ii tamen brachium ad aurem attollere extento cubiti gibbo non valent, idque multo minus quam manum integram. At ubi jam in homines evaſerint, neque humerus prolapſus reſtitutus fuerit, iis gracilis ſuperior humeri pars redditur, eaque parte habitus tenuatur. Neque tamen ubi dolor quieverit, ea quidem omnia, quae requiruntur ad ſublatum cubiti gibbum a coſtis ad latera adducendum, ſimiliter praeſtare

ἐργάζεσθαι. ὁκόσα δὲ δεῖ ἐργάζεσθαι, παραφέροντας τὸν βραχίονα παρὰ τὰς πλευρὰς ἢ ἐς τοὐπίσω ἢ ἐς τοὔμπροσθεν, ταῦτα δὲ δύνανται ἐργάζεσθαι, καὶ γὰρ ἂν ἀρίδα ἑλκύσαιεν καὶ πρίονα, καὶ πελεκύσαιεν ἂν καὶ σκάψαιεν ἂν, μὴ κάρτα ἄνω αἴροντες τὸν ἀγκῶνα καὶ τἄλλα ὅσα τῶν τοιούτων σχημάτων ἐργάζονται.

[321] || Ὅσοισι δ᾽ ἂν τὸ ἀκρώμιον ἀποσπασθῇ, τουτέοισι φαίνεται ἐξέχον τὸ ὀστέον τὸ ἀνεσπασμένον. ἔστι δὲ τοῦτο ὁ σύνδεσμος (771) τῆς κληῗδος καὶ τῆς ὠμοπλάτης. ἑτεροίη γὰρ φύσις ἀνθρώπου ταύτῃ ἢ τῶν ἄλλων ζώων. οἱ οὖν ἰητροὶ μάλιστα ἐξαπατέονται ἐν τούτῳ τῷ τρώματι. ἅτε γὰρ ἀνασχόντος τοῦ ὀστέου τοῦ ἀποσπασθέντος ἡ ἐπωμὶς φαίνεται χαμαιζήλη καὶ κοίλη, ὥστε καὶ προμηθεῖσθαι τῶν ὤμων τῶν ἐκπεπτωκότων. πολλοὺς οὖν οἶδα ἰητροὺς τἄλλα οὐ φλαύρους ἐόντας, οἳ πολλὰ ἤδη ἐλυμήναντο, ἐμβάλλειν πειρώμενοι τοὺς τοιούτους ὤμους, οὕτως οἰόμενοι ἐκπεπτωκέναι, καὶ οὐ πρόσθεν παύονται πρὶν ἢ ἀπογνῶναι ἢ ἀπορῆσαι δοκέοντας αὐτοὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐμβαλέειν τὸν ὦμον.

possunt. Quae vero brachio ad latus vel in priorem partem vel in posteriorem adducto effici possunt, ad ea tractanda valent. Nam et scobinam et serram trahere, securi item caedere et ligone fodere queunt, dum ne nimium cubiti gibbum attollant, ad aliaque omnia quae hujusmodi habitus postulat efficienda, idonei habentur.

Quibus summus humerus avulsus est, iis os avulsum extare cernitur. Est autem id juguli et lati scapularum ossis ligamentum. Hac enim in parte hominis a caeterarum animantium natura distat. Medici igitur hoc in casu plurimum falli consueverunt. Avulso enim osse extante superior humeri pars depressa et cava conspicitur, ita ut quasi humeris prolapsis curationem instituant. Equidem complures novi medicos, alioqui minime contemnendos, qui hujusmodi humeros excidisse rati dum restituere conarentur, magnam noxam aegris inferrent neque prius desisterent quam vel spe vel opinione reponendi humeri se frustratos

Ed. Chart. XII. [321. 323.] Foes. I. 790. Ed. Lind. II. (771. 772.)

τούτοισι ἰητρείη μὲν ἥ περ καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν τοῖσι τοιούτοισι, κηρωτὴ καὶ σπλῆνες καὶ ὀθόνια καὶ ἐπίδεσις τοιαύτη. καταναγκάζειν μέντοι τὸ ὑπερέχον χρὴ καὶ τοὺς σπλῆνας κατὰ τοῦτο τιθέναι πλείστους καὶ πιέζειν ταύτῃ μάλιστα καὶ τὸν βραχίονα πρὸς τῇσι πλευρῇσι προσηρτημένον ἐς τὸ ἄνω μέρος ἔχειν. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα πλησιάζοιτο ἀνεσπασμένον. τὰ δὲ μὴν εὖ εἰδέναι χρὴ καὶ προλέγειν ὡς ἀσφαλέα εἰ ἄλλως ἐθέλοις, ὅτι βλάβη μὲν οὐδεμίη οὔτε μικρὴ οὔτε μεγάλη τῷ ὤμῳ γίνεται ἀπὸ τούτου τοῦ τρώματος, αἴσχιον δὲ τὸ χωρίον. οὐδὲ γὰρ τοῦτο τὸ ὀστέον ἐς τὴν ἀρχαίην ἕδρην ὁμοίως ἂν ἱδρυνθείη, ὥσπερ ἐπέφυκεν, ἀλλ' ἀνάγκη πλέον ἢ ἔλασσον ὀγκηρότερον εἶναι ἐς τὸ ἄνω. οὐδὲ γὰρ ἄλλο ὀστέον οὐδὲν ἐς τὸ αὐτὸ καθίσταται ὅ τι ἂν κοινωνέον ἐστὶν ἑτέρῳ ὀστέῳ καὶ προσπεφυκὸς ἀποσπασθῇ ἀπὸ τῆς ἀρχαίης φύσιος. ἀνώδυνον δὲ τὸ ἀκρώμιον ἐν ὀλίγῃσιν ἡμέρῃσιν γίνεται, ἢν χρηστῶς ἐπιδέηται.

[323] Κληῒς δὲ καταγεῖσα, ἢν μὲν ἀτρεκέως ἀποκαυλισθῇ εὐιητο(772)τέρη ἐστί· ἢν δὲ παραμηκέως, δυσιητοτέρη.

intelligerent. His quidem ea eſt curatio, quae caeteris hujusmodi, ceratum, ſplenia, faſciae et eadem vinciendi ratio. Os tamen quod ſupereminet deorſum urgendum eſt, eique plurima ſplenia admovenda et hac parte maxime apprimenda, brachiumque lateri annexum ſuperiore parte detinendum. Hac enim ratione os avulſum proxime adduci poterit. Haec autem probe noſſe et ſi tibi alioqui videatur certo praedicere licet, hoc caſu nullum quidem neque parvum neque magnum humero detrimentum contingere, locum tamen deſormen reddi. Nunquam enim os illud in priſtinam ſedem, quale natura eſſe conſueverat, reſtituitur, ſed plus aut minus ſuperiore parte turgeſcere neceſſe eſt. Nam neque aliud os ullum, quod cum altero communionem et cohaerentiam habet, ubi a naturali ſede avulſum fuerit, in priſtinum locum revertitur. Summus vero humerus ſi probe vinciatur, paucis diebus dolore liberatur.

Jugulum ſi quidem ex toto transverſum fractum fuerit, facilius curatur, ſi vero per longitudinem, aegrius. Contra-

Ed. Chart. XII. [323. 324.] Foës. I. 790. 791. Ed. Lind. II. (772.)

τἀναντία δὲ τούτοις ἐστὶν ἢ ὥς ἄν τις οἴοιτο. τὴν μὲν γὰρ ἀτρεκέως ἀποκαυλισθεῖσαν προσαναγκάσειεν ἄν τις μᾶλλον ἐς τὴν φύσιν ἐλθεῖν, καὶ εἰ πάνυ προμηθηθείη τὸ ἀνωτέρω, κατωτέρω ἂν ποιήσειε. σχήμασί τε ἐπιτηδείοισι καὶ ἐπιδέσει ἁρμοζούσῃ. εἰ δὲ μὴ τελέως ἱδρυνθείη, ἀλλ' οὖν τὸ ὑπερέχον γε τοῦ ὀστέου οὐ κάρτα ὀξὺ γίνεται. ὧν δὲ ἂν παράμηκες τὸ ὀστέον κατεαγῇ, ἰκέλη ἡ ξυμφορὴ γίνεται τοῖσιν ὀστέοισιν τοῖσιν ἀπεσπασμένοισιν, περὶ ὧν πρόσθεν γέγραπται. οὔτε γὰρ ἱδρυνθῆναι αὐτὸ πρὸς ἑωυτὸ κάρτα ἐθέλει, ἥ τε ὑπερέχουσα ἀκρὶς τοῦ ὀστέου ὀξεῖα γίνεται κάρτα. τὸ μὲν οὖν σύμπαν εἰδέναι χρὴ ὅτι βλάβη οὐδεμίη τῷ ὤμῳ οὐδὲ τῷ ἄλλῳ σώματι γίνεται διὰ τὴν κάτηξιν τῆς κληῗδος, ἢν μὴ ἐπισφακελίσῃ. ὀλιγάκις δὲ τοῦτο γίνεται. [324] αἶσχός γε μὴν προσγίνεται περὶ τὴν κάτηξιν τῆς κληῗδος καὶ τούτοισι τὸ πρῶτον αἴσχιστον. ἔπειτα μὴν καὶ || ἧσσον γίνεται. συμφύεται δὲ ταχέως κληῒς καὶ τἄλλα πάντα ὅσα χαῦνα ὀστέα. ταχεῖαν γὰρ τὴν ἐπιπώρωσιν ποιέεται τὰ τοιαῦτα. ὅταν μὲν οὖν νεωστὶ κατεαγῇ, οἱ τετρωμένοι σπουδάζουσιν

que id contingit quam quis existimet. Quod enim ex toto transversum fractum est, citius quis in suam sedem compellere et si diligenter prospexerit, ac idoneum habitum convenientemque deligationem adhibuerit, quod supra est infra adducere possit. Ac etiam si prorsus in suam sedem non collocatur, non tamen eminens ossis pars admodum acuta redditur. Quibus vero oblongum os frangitur, simile malum contingit iis quibus ossa quaedam avulsa sunt, ut ante scriptum est. Ipsum si quidem secum ipsum collocari non admodum potest, eminens tamen ossis summitas valde acuta redditur. Omnino certo scire convenit, nullam ex jugulo fracto neque humero neque reliquo corpori noxam afferri, nisi, quod raro accidit, praeterea siderari contingat. Ad jugulum tamen fractum deformitas accedit, idque primum turpissimum, deinde vero minus turpe sit. Jugulum vero ut et reliqua omnia ossa, quae laxa sunt, prompte coalescit. Talia namque callum celeriter obducunt. Ubi igitur recens est fractura, vulnerati malum re ipsa gravius esse rati, so-

Ed. Chart. XII. [324.] Foës. I. 791. Ed. Lind. II. (772. 773.)

οἰόμενοι μεῖζον τὸ κακὸν εἶναι ἢ ὅσον ἐστίν. οἵ τε ἰητροὶ προθυμέονται δῆθεν ὀρθῶς ἰῆσθαι. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου οἱ τετρωμένοι, ἅτε οὐκ ὀδυνώμενοι οὔτε κωλυόμενοι οὔτε ὁδοιπορίης οὔτε ἐδωδῆς καταμελέουσιν, οἵ τε αὖ ἰητροὶ, ἅτε οὐ δυνάμενοι κατὰ τὰ χωρία ἀποδεικνύναι, ἀποδιδράσκουσι καὶ οὐκ ἄχθονται τῇ ἀμελείῃ τῶν τετρωμένων. ἐν τούτῳ δὲ ἡ ἐπιπώρωσις συνταχύνεται. (773) ἐπιδέσιος μὲν οὖν τρόπος καθέστηκε παραπλήσιος τοῖσι πλείστοισι, κηρωτῇ καὶ σπλήνεσι καὶ ὀθονίοισι μαλθακοῖσιν ἰητρεύειν, καὶ τάδε δεῖ προσιητρεύειν καὶ τάδε δεῖ προσξυνιέναι, καὶ μάλιστα ἐν τούτῳ τῷ χειρίσματι, ὅτι τούς τε σπλῆνας πλείστους κατὰ τὸ ἐξέχον χρὴ τιθέναι, καὶ τοῖσι ἐπιδέσμοισι πλείστοισι καὶ μάλιστα κατὰ τοῦτο χρὴ πιέζειν. εἰσὶ δὲ δή τινες οἳ ἐπεψηφίσαντο ἤδη μολίβδιον βαρὺ προσεπικαταδεῖν, ὡς καταναγκάζειν τὸ ὑπερέχον. ξυνίασι μὲν οὖν ἴσως οὐδὲ οἱ ἁπλῶς ἐπιδέοντες. ἀτὰρ δὴ οὐδ᾽ οὗτος ὁ τρόπος κληῗδος κατήξιός ἐστιν. οὐ γὰρ δυνατὸν τὸ ὑπερέχον καταναγκάζεσθαι, οὐδὲν

licitudinem adhibent et medici quoque rectam curandi rationem magno ſtudio ſuſcipiunt. Procedente vero tempore vulnerati, cum neque dolore tententur neque aut cibum capere, aut iter facere prohibeantur, rem negligunt, itemque medici, cum nihil his in locis praeſtare queant, diffugientes laborantium incuriam non iniquo animo ferunt, interimque callus celeriter obducitur. Deligandi autem ratio eadem quae plerisque adhibetur, curatioque cerato, ſpleniis et mollibus linteis inſtituitur. Ac praeter iſtam curationem, imprimis in hac manuum tractatione providendum et inſuper eſt animadvertendum, ut quam plurima ſplenia qua os extat imponantur, et plurimae faſciae ea praecipue parte adſtringantur. Nonnulli vero jam ſolerter excogitarunt, ut plumbum aliquod grave ſuperalligaretur, quo deorſum cogeretur quod extat. At neque forte prudenter ſe gerunt qui ſimpliciter deligant. Quin etiam ſane hic modus jugulo fracto non eſt accommodatus. Neque enim quod eminet eſſatu memorabilem aliquam depreſſionem habere poteſt.

Ed. Chart. XII. [324.] Foës. I. 791. Ed. Lind. II. (773. 774.)

ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου. ἄλλοι δ᾽ αὖ τινές εἰσιν οἵτινες καταμαθόντες τοῦτο, ὅτι αὗται αἱ ἐπιδέσιες παράφοροί εἰσι καὶ οὐ κατὰ φύσιν καταναγκάζουσι τὰ ὑπερέχοντα. ἐπιδέουσι μὲν οὖν αὐτοὺς σπλήνεσι καὶ ὀθονίοισι χρώμενοι, ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι. ζώσαντες δὲ τὸν ἄνθρωπον ταινίῃ τινὶ ᾗ εὐζωστότατος αὐτὸς ἑωυτοῦ ἐστιν, ὅταν ἐπιθῶσι τοὺς σπλῆνας ἐπὶ τὰ ὑπερέχοντα τοῦ κατήγματος, ἐξογκώσαντες ἐπὶ τὰ ἐξέχοντα, τὴν ἀρχὴν τοῦ ὀθονίου προσέδησαν πρὸς τὸ ζῶσμα ἐκ τοῦ ἔμπροσθεν, καὶ οὕτως ἐπιδέουσιν τὴν ἴξιν τῆς κληῖδος ἐπιτανύοντες ἐς τοὔπισθεν ἄγοντες κἄπειτα περιβαλόντες περὶ τὸ ζῶσμα, ἐς τοὔμπροσθεν ἄγουσι, καὶ αὖθις ἐς τοὔπισθεν. οἱ δέ τινες οὐχὶ περὶ τὸ ζῶσμα περιβάλλουσι τὸ ὀθόνιον, ἀλλὰ περὶ τὸ περινεόν τε καὶ παρ᾽ αὐτὴν τὴν ἕδρην καὶ παρὰ τὴν ἄκανθαν κυκλεύοντες τὸ ὀθόνιον, οὕτω πιέζουσι τὸ κάταγμα. ταῦτα γοῦν ἀπείρῳ μὲν ἀκοῦσαι φαίνεται ἐγγὺς τοῦ κατὰ φύσιν εἶναι, (774) χρεομένῳ δὲ ἄχρηστα. οὔτε γὰρ μόνιμα οὐδένα χρόνον, οὐδ᾽ εἰ κατακέοιτό τις καίτοι ἐγγυτάτω ἂν οὕτως, ἀλλ᾽ ὅμως εἰ κατακείμενος ἢ τὸ σκέλος συγκάμψειεν ἢ αὐτὸς καμφθείη, πάντα ἂν τὰ ἐπι-

Alii rursus intelligentes hujusmodi deligationes huc et illuc vitiose ferri, neque quae eminent in naturalem locum cogere, ipsos quidem certe devinciunt, spleniis et linteis utentes perinde atque alii. Verum fascia quadam homine accincto, qua parte aptissime cingi solet spleniis ad fracturae eminentia adhibitis, ut ea parte extuberent, fasciae caput ad cingulum anteriore parte alligant, atque ita productum in juguli directum vinculum, in posteriorem partem agunt, deinde cingulo advolutum in anteriorem partem ducunt, rursusque in posteriorem reducunt. Quidam vero fasciam cingulo non obvolvunt, sed ea ad interfoemineum ipsamque sedem et juxta spinam circumdata, eo modo fracturam comprimunt. Haec igitur ubi audiuntur, inexperto quidem prope ad id quod secundum naturam est accedere videntur, verum si quis ad usum accommodet, inutilia comperiet. Neque enim ullam unquam firmitatem habent, ne si quis decumbat quidem, quanquam sic proxime ad firmitatem

Ed. Chart. XII. [324. 325. 326.] Foëſ. I. 791. Ed. Lind. II. (774.)
δέσματα κινέοιτο, ἄλλως τε ἀσηρὴ ἡ ἐπίδεσις. [325] ἥ τε γὰρ ἕδρη ἀπολαμβάνεται, ἀθρόα τε τὰ ὀθόνια ἐν ταύτῃ τῇ στενοχωρίῃ γίνεται. τά τε αὖ περὶ τὴν ζώνην περιβαλλόμενα οὐχ οὕτως ἰσχυρῶς ἔζωσται, ὡς οὐκ ἀναγκάσαι ἐς τὸ ἄνω τὴν ζώνην ἐπανιέναι, καὶ οὕτως ἀνάγκη ἂν εἴη πάντα χαλεῖν τὰ ἐπιδέσματα. ἄγχιστα δ' ἄν τις δοκέῃ ποιέειν, καίπερ οὐ μεγάλα ποιέων, εἰ τοῖσι μέν τισι τῶν ὀθονίων περὶ τὴν ζώνην περιβάλλοι, τοῖσι δὲ πλείστοισι τῶν ὀθονίων τὴν ἀρχαίην ἐπίδεσιν ἐπιδέοι. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τὰ ἐπιδέσματα μόνιμά τε εἴη καὶ ἀλλήλοισι τιμωρέοι. τὰ μὲν οὖν πλεῖστα εἴρηται, ὅσα καταλαμβάνει τοὺς τὴν κληῗδα καταγνυμένους. προσξυνιέναι δὲ καὶ τόδε χρὴ, ὅτι κληῒς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ κατάγνυται, ὥστε τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ στήθεος πεφυκὸς ὀστέον ἐς τὸ ἄνω μέρος ὑπερέχειν, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ἀκρωμίης πεφυκὸς ὀστέον ἐν τῷ κάτω μέρει εἶναι. αἴτια δὲ τούτων τάδε, ὅτι τὸ μὲν στῆθος οὔτε κατωτέρω ἂν πολὺ οὔτε ἀνωτέρω χωρήσειεν. μικρὸς γὰρ ὁ κιγκλισμὸς τοῦ ἄρθρου ἐν τῷ στήθει. [326] αὐτὸ γὰρ ἑωυτῷ συνεχές ἐστι τὸ στῆθος

accedant: verum ſi decumbens aut crus inflectat, aut ipſe incurvetur, faſciae omnes movebuntur, et alioqui moleſta eſt haec vinciendi ratio. Nam et ſedes intercluditur et faſciae in hac loci anguſtia univerſae colliguntur. Rurſus quae cingulo obvolvuntur, non adeo firmiter huic accincta ſunt, quin cingulum ſurſum ferri cogatur, atque ita neceſſe ſit vinculo omnia relaxari. Quam proxime autem res confieri poſſe videatur, etſi nihil magni quis praeſtiterit, ſi quibusdam faſciis ad cingulum convolutis, plurimas alias ad priorem deligationem admoveat. Hac enim ratione tum maxime ſtabiles faſciae fuerint, tum ſibi mutuo opem ferant. Plurima igitur quae jugulum fractum conſequuntur dicta ſunt. Sed et id quoque praeterea advertendum eſt, jugulum plerumque ita frangi ſolere, ut os quod eſt a pectore in ſuperiorem partem emineat, quod eſt a ſummo humero in inferiorem partem deprimatur. Horumque ea eſt ratio, quod pectus quidem neque infra neque ſupra admodum procedat. Articuli enim in pectore levis eſt agitatio. Pectus namque

καὶ τῇ ῥάχει. ἄγχιστα μὲν ἡ κληῒς πρὸς τὸ τοῦ ὤμου ἄρθρον πλωώδης ἐστίν. || ἠνάγκασται γὰρ πυκινοκίνητος εἶναι, διὰ τὴν τῆς ἀκρωμίης σύζευξιν. ἄλλως τε ὅταν τρωθῇ, φεύγει ἐς τὸ ἄνω (775) μέρος τὸ πρὸς τῷ στήθει προσεχόμενον, καὶ οὐ μάλα ἐς τὸ κάτω μέρος ἀναγκάζεσθαι ἐθέλει. καὶ γὰρ πέφυκε κοῦφον καὶ ἡ εὐρυχωρίη αὐτῷ ἄνω πλείων ἢ κάτω, ὁ δὲ ὦμος καὶ ὁ βραχίων καὶ τὰ προσηρτημένα τούτοισι εὐαπόλυτά εἰσιν ἀπὸ τῶν πλευρέων καὶ τοῦ στήθεος, καὶ διὰ τοῦτο δύναται καὶ ἀνωτέρω πολὺ ἀνάγεσθαι καὶ κατωτέρω. ὅταν γοῦν καταγῇ κληῒς, τὸ πρὸς τῷ ὤμῳ ὀστέον ἐς τὸ κατωτέρω ἐπιῤῥέπει. ἐς τοῦτο γὰρ ἐπιτροχώτερον αὐτὸ ἅμα τῷ ὤμῳ καὶ τῷ βραχίονι κάτω ῥεῦσαι μᾶλλον ἢ ἐς τὸ ἄνω. ὁπότε οὖν ταῦτα τοιαῦτά ἐστιν, ἀξυνετέουσιν ὅσοι τὸ ὑπερέχον τοῦ ὀστέου ἐς τὸ κάτω καταναγκάσαι οἴονται εἶναι. ἀλλὰ δῆλον ὅτι τὸ κάτω πρὸς τῷ ἄνω προσακτέον ἐστί. τοῦτο γὰρ ἔχει κίνησιν, τοῦτο γάρ ἐστι καὶ τὸ ἀποστὰν ἀπὸ τῆς φύσιος. δῆλον οὖν ὅτι ἄλλως μὲν οὐδαμῶς ἔστιν ἀναγκάσαι τοῦτο. αἵ τε γὰρ ἐπιδέσιες οὐδέν τι μᾶλλον

tum ſibi ipſi, tum ſpinae continenter coaptatum eſt. Sed jugulum quidem proxime ad humeri articulum fluitat. Cogitur namque ſaepiſſime moveri, propter eam quam cum ſummo humero habet connexionem. Adde quod ubi vulneratum fuerit, pars ea quae pectori inhaeret ſurſum elabitur, neque fere deorſum deprimi ſolet, cum et natura levis ſit, eique ſupra quam infra major inanitas pateat. At humerus brachium et quae his connectuntur, facile a pectore et coſtis recedunt, ac propterea multum in ſuperiorem et inferiorem partem abduci poſſunt. Fracto igitur jugulo os quod ad humerum eſt, deorſum tendit. Promptius enim una cum humero et brachio deorſum inclinare poteſt quam ſurſum ferri. Cum igitur haec ita ſe habeant, imprudenter ſe gerunt, qui extantem oſſis partem deorſum cogi debere exiſtimant. Verum inferiorem partem ad ſuperiorem adducendam eſſe perſpicuum eſt, cum ea motionem habeat et a naturali ſede receſſerit. Patet igitur hanc aliter nullo modo cogi poſſe. Vincula namque nihilo magis adducunt

Ed. Chart. XII. [326. 327. 328.] Foëf. I. 792. Ed. Lind. II. (775. 776.)

προσαναγκάζουσιν ἢ ἀπαναγκάζουσιν; εἰ δέ τις τὸν βραχίονα πρὸς τῇσι πλευρῇσιν ὡς μάλιστα ἐόντα ἀναγκάζοι ἄνω, ὡς ὅτι ὀξύτατος ὁ ὦμος φαίνεται εἶναι, δῆλον ὅτι οὕτως ἁρμοσθείη πρὸς τὸ ὀστέον τὸ ἀπὸ τοῦ στήθεος πεφυκὸς ὅθεν ἀπεσπάσθη. [327] εἰ οὖν τις τῇ μὲν ἐπιδέσει χρῷτο τῇ νομίμῃ τοῦ ταχέως συναλθεσθῆναι εἵνεκα, ἡγήσαιτο δὲ τἄλλα πάντα μάτην εἶναι παρὰ τὸ σχῆμα τὸ εἰρημένον, ὀρθῶς τε ἂν ξυνίῃ, ἰητρεύοιτ᾽ ἂν τάχιστα καὶ κάλλιστα. κατακέεσθαι μέντοι τὸν ἄνθρωπον μέγα τὸ διάφορόν ἐστι, καὶ ἡμέραι ἱκαναὶ τεσσαρεσκαίδεκα εἰ ἀτρεμέοι, εἴκοσι δὲ πάμπολλαι. εἰ μέντοι τινὶ ἐπὶ τἀναντία ἡ κληῒς καταγείη, ὃ οὐ μάλιστα γίνε(776)ται, ὥστε τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ στήθεος ὀστέον ὑποδεδυκέναι, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ἀκρωμίης ὀστέον ὑπερέχειν καὶ ὑποχέεσθαι ἐπὶ τοῦ ἑτέρου, οὐδεμιῆς μεγάλης ἰητρείης ταῦτά γ᾽ ἂν δέοιτο. αὐτὸς γὰρ ὁ ὦμος ἀφιέμενος καὶ ὁ βραχίων ἱδρύοι ἂν τὰ ὀστέα πρὸς ἄλληλα, καὶ φαύλη ἄν τις ἐπίδεσις ἀρκέοι καὶ ὀλίγαι ἡμέραι τῆς πωρώσιος γένοιτ᾽ ἄν. [328] εἰ δὲ μὴ καταγείη μὲν οὕτω, παρολισθαίνοι δὲ ἐς τὸ πλάγιον

quam abducunt. Quod fi quis brachium quam maxime ad latus adductum furfum propellat, fic ut quam acutiffimus humerus appareat, eo modo plane continget ut cum offe, quod pectori adhaeret, unde eft avulfa adaptetur. Is igitur cum recta intelligentia utetur, tum etiam optimam et celerrimam curationem inftituet, qui legitimam deligationem, uti celeriter coalefcat, adhibuerit, reliquaque omnia praeter commemoratum habitum vana reputaverit. Decumbere tamen hominem valde ad rem pertinet, et fatis funt dies quatuordecim, ut fummum viginti. Quod fi cui contra juguli fractura eveniat, id quod non admodum contingit, ita ut os quod eft a pectore fubjiciatur, quod eft a fummo humero extet ac fuper alterum feratur, nulla magna curatione hic opus eft. Ipfe enim humerus demiffus cum brachio invicem offa committet, ac quaelibet vivendi ratio fatis fuerit, ut intra paucos dies callus contrahatur. At fi non eo modo fractum fuerit, fed in hanc vel illam partem prola-

Ed. Chart. XII. [328.] Foëſ. I. 792. 793. Ed. Lind. II. (776.)

ἢ τῇ ἢ τῇ, ἐς τὴν φύσιν μὲν ἀπαγαγεῖν ἂν δέοι ἀναγαγόντα τὸν ὦμον σὺν τῷ βραχίονι, ὥσπερ καὶ πρόσθεν εἴρηται. ὅταν δὲ ἵζηται ἐς τὴν ἀρχαίην φύσιν, ταχείη ἂν ἡ ἄλλη ἰητρείη εἴη. τὰ μὲν οὖν πλεῖστα τῶν παραλλαγμάτων κατορθοῖ αὐτὸς ὁ βραχίων ἀναγκαζόμενος πρὸς τὰ ἄνω. ὅσα δὲ τῶν ἄνωθεν παρολισθαίνοντα ἐς τὸ πλάγιον ἦλθεν ἢ ἐς τὸ κατωτέρω, συμπορσύνοι ἂν τὴν κατόρθωσιν, εἰ ὁ μὲν ἄνθρωπος ὕπτιος κέοιτο, κατὰ δὲ τὸ μεσηγὺ τῶν ὠμοπλατέων ὑψηλότερόν τι ὀλίγον ὑποκέοιτο ὡς περιῤῥηδὲς ἔῃ τὸ στῆθος ὡς μάλιστα, καὶ τὸν βραχίονα εἴ ἀνάγοι τίς παρὰ τὰς πλευρὰς παρατεταμένον, ὁ δὲ ἰητρὸς τῇ μὲν ἑτέρῃ χειρὶ ἐς τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος ἐμβαλὼν τὸ θέναρ τῆς χειρὸς ἀπωθέοι, τῇ δὲ ἑτέρῃ τὰ ὀστέα τὰ κατεαγότα εὐτεθίζοι, οὕτως ἂν μάλιστα ἐς τὴν φύσιν ἄγοι. ἀτὰρ ὅπερ ἤδη εἴρηται εὖ μάλα τὸ ἄνωθεν ὀστέον ἐς τὸ κάτω φιλέει ὑποδύνειν. τοῖσι μὲν οὖν πλείστοισιν, ὅταν ἐπιδεθῶσι, τὸ σχῆμα ἀρήγει, παρ᾽ αὐτὰς τὰς πλευρὰς τὸν ἀγκῶνα ἔχοντα, οὕτως ἐς τὸ ἄνω τὸν ὦμον || ἀναγκάζεσθαι. ἔστι δ᾽ οἷσι μὲν τὸν ὦμον ἀναγ-

batur, ſublato quidem humero cum brachio in ſuam ſedem reducendum erit, velut etiam antea dictum eſt. Ac ubi ad priſtinum habitum redierit, reliqua curatio celerrime conſequetur. Ut plurimum igitur ubi alia ſuper aliam effertur, brachium in ſuperiorem partem propulſum reſtituit. Ex his vero quae in ſuperioribus partibus elabuntur, quaecunque ad latus aut infra tendunt, iis reſtitutionem ſubminiſtraverit hominis ſupinus decubitus, ſi loco inter ſcapulas medio paulo ſublimius aliquid ſupponatur, quo pectus quam maxime in utramque partem reflectatur, brachiumque aliquis ad latus porrectum ſurſum adducat. Medicus vero altera manu, injecta in brachii caput vola protrudat, altera oſſa fracta componat. Sic enim quam maxime ad naturalem ſedem reducet. Verum quod jam dictum eſt, os ſuperius fere ad inferiorem partem ſubire ſolet. Plerisque igitur ubi devincti fuerint, hinc habitus auxilio eſt, ut detento ad latera cubiti gibbo ita ſurſum humerus propellatur. At nonnullis quidem, ut dictum eſt, in ſuperiorem partem

Ed. Chart. XII. [328--331.] Foes. I. 793. 794. Ed. Lind. II. (776. 777.)

κάζειν δεῖ ἐς τὸ ἄνω ὡς εἴρηται, [329] τὸν δὲ ἀγκῶνα πρὸς τὸ στῆθος παράγειν. (777) ἄκρην δὲ τὴν χεῖρα παρὰ τὸ ἀκρώμιον τοῦ ὑγιέος ὤμου ἴσχειν. ἢν μὲν οὖν κατακέεσθαι τολμᾷ, ἀντιστήριγμά τι προστιθέναι χρὴ, ὡς ἂν ὁ ὦμος ἀνωτάτω ἔῃ. ἢν δὲ περιΐῃ, σφενδόνην χρὴ ἐκ ταινίης περὶ τὸ ὀξὺ τοῦ ἀγκῶνος ποιήσαντα ἀναλαμβάνειν περὶ τὸν αὐχένα.

[330] || Ἀγκῶνος δὲ ἄρθρον παράξαν μὲν ἢ παραρθρῆσαν πρὸς πλευρὴν ἢ ἔξω, μένοντος τοῦ ὀξέος τοῦ ἐν τῷ κοίλῳ τοῦ βραχίονος, ἐς εὐθὺ κατατείναντα τὸ ἐξέχον ἀπωθεῖν ὀπίσω καὶ ἐς τὸ πλάγιον, τὰ δὲ τελείως ἐκβάντα ἢ ἔνθα ἢ ἔνθα. [331] κατάστασις μὲν ἐν ᾗ ὁ βραχίων κατεαγεὶς ἐπιδέεται. οὕτω γὰρ ἂν τὸ καμπύλον τοῦ ἀγκῶνος οὐ κωλύσει. ἐκπίπτει δὲ μάλιστα ἐς τὸ πρὸς πλευρὰς μέρος. τὰς δὲ κατορθώσιας ἀπάγοντα ὅτι πλεῖστον, ὡς μὴ ψαύῃ τῆς κορώνης ἡ κεφαλὴ, μετέωρον περιάγειν καὶ περικάμπτειν καὶ μὴ ἐς εὐθὺ βιάζεσθαι. ἅμα δὲ ὠθεῖν τἀναντία ἐφ᾽ ἑκά-

humerus propelli debet, cubiti vero gibbus ad pectus adduci et manus extrema ad ſummum humerum ab integra parte admoveri. Quod ſi decumbere non recuſet, firmamentum quoddam cui obnitatur adhibere oportet, ut humerus maxime ſublimis maneat. Sin vero obambulet, fundam ex mitella ſactam ad cubiti eminentiam circumdatam, de collo ſuſpenſam geſtare.

At vero cubiti articulo ad latus, aut exteriorem in partem dimoto aut ſubluxato, acuta ipſius parte in brachii cavo remanente in directum diſtentione facta, id quod eminet retro et ad latus propulſandum eſt. Quod ſi prorſus in hanc vel illam partem exciderit, diſtentio quidem in qua brachium fractum deligatur adhibenda. Sic namque cubiti flexus nullo modo impedimento fuerit, potiſſimum vero in laterum locum prolabitur. Reſtituetur autem in ſuum locum, ſi quam plurimum abducendo, ut ne brachii caput acutum oſſis proceſſum contingat, ſuſpenſus circum agatur et circumflectatur neque in directum vis adhibeatur, ſimul autem utraque, ex parte in contrarium impellatur et in ſedem com-

τερα, καὶ παρωθεῖν ἐς χώρην. συνωφελοίη δ᾽ ἂν καὶ ἐπίστρεψις ἀγκῶνος ἐν τουτέοις, ἐν τῷ μὲν εἰς τὸ ὕπτιον, ἐν τῷ δὲ ἐς τὸ πρηνές. ἴησις δὲ σχήματος μὲν ὀλίγον ἀνωτέρω ἄκρην τὴν χεῖρα τοῦ ἀγκῶνος ἔχειν, βραχίονα δὲ κατὰ πλευράς. οὕτω δὲ καὶ ἀνάληψις καὶ θέσις καὶ εὔφορον καὶ φύσις καὶ χρῆσις ἐν κοινῷ, ἢν ἄρα μὴ κακῶς πωρωθῇ, πωροῦται δὲ ταχέως. ἴησις δὲ ὀθονίοισι κατὰ τὸν νόμον τὸν ἀρθριτικὸν καὶ τὸ ὀξὺ προσεπιδεῖν. παλιγκώτατον δὲ ὁ ἀγκὼν πυρετοῖσιν ὀδύνῃσι, ἀσάδεϊ, (778) ἀκρητοχόλῳ. ἀγκῶνος δὲ μάλιστα τοὔπίσω διὰ τὸ ναρκῶδες. δεύτερον δὲ τοὔμπροσθεν. ἴησις δὲ ἡ αὐτή. ἐμβολαὶ δὲ τοῦ μὲν ὀπίσω ἐκτείναντα κατατεῖναι. σημεῖον δὲ, οὐ γὰρ δύνανται ἐκτείνειν. τοῦ δὲ ἔμπροσθεν οὐ δύνανται ξυγκάμπτειν. τουτέῳ δὲ ἐνθέντα τι συνειλεγμένον σκληρὸν, περὶ τοῦτο ξυγκάμψαι ἐξ ἐκτάσιος ἐξαίφνης, || διαστάσιος δὲ ὀστέων. σημεῖον κατὰ τὴν φλέβα

pellatur. Ad haec quoque contulerit, ſi cubiti gibbus modo quidem in ſupinum, modo etiam in pronum contorqueatur. Ad curationem vero, quae ex habitu quidem pendet, ſpectat ſummam manum paulo cubiti gibbo altiorem, brachium vero ad latera adductum tenere. Eodem quoque modo et appenſio et poſitio et facilis geſtatio et natura ac uſus communiter conferunt, ſi modo callus qui cito concreſcit prave non obducatur. Quantum vero ad curationem attinet quae linteis inſtituitur, ea lege articulari fieri debet, ut et acuta cubiti pars inſuper devinciatur. Rurſus autem maxime excandeſcit cubiti gibbus febresque ac dolores, nauſeam, ac meracae bilis vomitionem movet, idque maxime ob torporem, ſi cubitus parte poſteriore elabatur, ſecundum id, ſi anteriore. Eadem vero curatio utrisque adhibetur. In poſteriora quidem prolapſus reponitur, ſi porrectum brachium in diverſa contendatur. Cujus rei indicium eſt, quod extendi nequit, ut et in anteriora prolapſi, quod minime flecti poteſt. Hic autem impoſito duro aliquo convoluto, ubi extenderis ſuper id repente inflectendus eſt. At diductorum oſſium indicium ad contactum venae quae in bra-

Ed. Chart. XII. [531.] Foeſ. I. 795. Ed. Lind. II. (778. 779.)

τὴν κατὰ βραχίονα σχιζομένην διαψαύοντι. ταῦτα δὲ ταχέως διαπωροῦνται. ἐκ γενεῆς δὲ βραχύτερα τὰ κάτω τοῦ σίνεος ὀστέα. πλεῖστα τὰ ἐγγύτατα τοῦ πήχεος, δεύτερα χειρὸς, τρίτα δακτύλων. βραχίων δὲ καὶ ὦμος ἐγκρατέστερα διὰ τὴν τροπήν. ἡ δὲ ἑτέρη χεὶρ διὰ τὰ ἔργα ἔτι πλείω ἐγκρατεστέρη. μινύθησις δὲ σαρκῶν, εἰ μὲν ἔξω ἐξέπεσεν, εἴσωθεν· εἰ δὲ μὴ, ἐς τοὐναντίον, ᾗ ἐξέπεσεν, ἀγκὼν δὲ ἢν εἴσω ἢ ἔξω ἐκβαίη, κατάστασις μὲν ἐν σχήματι κοινῷ τῷ πήχεϊ πρὸς βραχίονα. τὴν μὲν γὰρ μασχάλην ἀναλαμβάνοντα ταινίῃ ἀνακρεμάσαι, ἀγκῶνι δὲ ἄκρῳ ὑποτιθέντα τι παρὰ τὸ ἄρθρον βάρος ἐκκρεμάσαι ἢ χερσὶ καταναγκάζειν. ὑπεραιωρηθέντος δὲ τοῦ ἄρθρου αἱ παραγωγαὶ τοῖς θέναρσιν, ὡς τὰ ἐν χερσίν. ἐπίδεσις ἐν τούτῳ τῷ σχήματι καὶ ἀνάληψις καὶ θέσις. τὰ δὲ ὄπισθεν ἐξαίφνης ἐκτείναντα διορθοῦν τοῖσι θέναρσιν. ἅμα δὲ δεῖ ἐν τῇ διορθώσει καὶ ἐν τοῖσιν ἑτέροισιν. (779) ἢν δὲ ἔμπροσθεν, ἀμφὶ ὀθόνιον συνειλημμένον εὔογκον συγ-

chio ſcinditur patet. Ea vero callo celeriter obducuntur. Quibus autem ex prima origine iſta excidunt, iis oſſa infra noxam, quae cubito ſunt proxima longe breviora evadunt, deinde quae in manu, tertio quae in digitis ſunt. Brachium vero et humerus quod motione vertantur, validiora fiunt. Itemque manu altera propter opera etiam longe validior eſt. At ſi exteriorem in partem articulus exciderit, interiore parte carnium ſit imminutio; ſin minus, adverſa ex parte, in quam ſit prolapſio. Cubiti gibbo in interiorem partem aut exteriorem prolapſo, repoſitio quidem in communi habitu cubiti ad brachium fieri debet. Ex ala namque faſcia excepta ſuſpenſio fit, extremo vero cubito ſuppoſitum pondus aliquod ad articulum appenditur, vel manibus deorſum vis adducitur. Tum ſublimi ſublato articulo oſſa manuum volis adducuntur. Hoc in habitu deligatio, appenſio et poſitio velut in manibus fieri debet. At ubi in poſteriora prolapſio facta eſt, derepente extenſione facta manuum palmis directio fiat, ſimulque haec in directione tum in caeteris uſurpanda ſunt. Quod ſi in priorem partem prolapſio facta ſit, linteo convoluto et in juſtum tumorem ſub-

Ed. Chart. XII. [331. 332.] Foës. I. 795. 796. Ed. Lind. II. (779.)

κάμπτοντα ἅμα διορθοῦν. ἢν δὲ ἑτεροκλινὲς ᾖ, ἐν τῇ διορθώσει ἀμφότερα ἅμα χρὴ ποιέειν. τῆς δὲ μελέτης τῆς θεραπείης κοινὸν τὸ σχῆμα καὶ ἡ ἐπίδεσις. δύναται καὶ ἐκ τῆς διατάσιος κοινῇ συμπίπτειν ἅπαντα. τῶν δὲ ἐμβολέων αἱ μὲν ἐξ ὑπεραιωρήσιος ἐμβάλλονται, αἱ δὲ ἐκ κατατάσιος, αἱ δὲ ἐκ περισφάλσιος. αὗται δὲ ἐκ τῶν ὑπερβολέων τῶν σχημάτων ἢ τῇ ἢ τῇ σὺν τῷ τάχει.

[332] || Χειρὸς δὲ ἄρθρον ὀλισθαίνει ἢ ἔσω ἢ ἔξω. ἔσω δὲ τὰ πλεῖστα. σημήϊα δὲ εὔσημα, ἢν μὲν εἴσω, συγκάμπτειν τοὺς δακτύλους οὐ δύνανται, ἢν δὲ ἔξω, ἐκτείνειν. ἐμβολὴ δὲ ὑπὲρ τραπέζης τοὺς δακτύλους ἔχων, τοὺς μὲν τείνειν, τοὺς δὲ ἀντιτείνειν, τὸ δὲ ἐξέχον ἢ θέναρι ἢ πτέρνῃ ἅμα ἀπωθέειν καὶ ὠθέειν πρόσω κάτω. κάτωθεν δὲ κατὰ τὸ ἕτερον ὀστέον ὄγκον μαλθακὸν ὑποθεὶς, ἢν μὲν ἄνω, καταστρέψας τὴν χεῖρα, ἢν δὲ κάτω, ὑπτίην. ἴησις δὲ ὀθονίοισιν. ὅλη δὲ ἡ χεὶρ ὀλισθαίνει ἢ εἴσω ἢ ἔξω ἢ ἔνθα ἢ ἔνθα,

lato circumposito, inflectere simulque dirigere oportet. At si in alteram partem inclinet, una cum directione utraque facienda sunt. Habitus vero et deligatio ad medendi curam communiter spectant. Possunt quoque et ex distentione communiter omnia contingere. Articulus autem reconditur, partim quidem in sublime elevando, partim distendendo, partim vero circum oberrando. Idque dum habitus in hanc vel in illam partem excedunt, celeriter fieri debet.

Manus articulus in interiorem aut exteriorem partem luxatur, plurimum autem in interiorem. Signa vero in aperto sunt. Si quidem intro prolapsio fit, digiti inflecti, si extra, intendi nequeunt. Reponitur autem si digiti supra mensam positi partim quidem extenduntur, partim vero in diversa contenduntur, idque quod eminet aut prominentiore palmae parte, aut calce simul protruditur et anteriore parte deorsum urgetur. Ab inferiore vero parte juxta os alterum, molle aliquid in tumorem sublatum, si superiore quidem parte extat, manui conversae, sin inferiore, supinae est supponendum. Curatio linteis perficitur. At tota manus in interiorem vel exteriorem, vel in hanc

Ed. Chart. XII. [332.] Foëſ. I. 796. Ed. Lind. II. (779. 780.)

μάλιστα δὲ εἴσω. ἔστιν δ᾽ ὅτε καὶ ἡ ἐπίφυσις ἐκινήθη. ἔστι δ᾽ ὅτε τὸ ἕτερον τῶν ὀστέων διέστη. τούτοισι κατάτασις ἰσχυρὴ ποιητέη, καὶ τὸ μὲν ἐξέχον ἀπωθέειν, τὸ δὲ ἕτερον ἀντωθέειν δύο εἴδεα ἅμα ἐς τοὐπίσω καὶ ἐς τὸ πλάγιον ἢ χερσὶν ἐπὶ τραπέζης, ἢ πτέρνη. παλίγκοτα δὲ καὶ ἀσχήμονα τῷ μὲν χρόνῳ κρατύνεται ἐς χρῆ(780)σιν. ἴησις ὀθονίοισι σὺν τῇ χειρὶ καὶ τῷ πήχεϊ καὶ νάρθηκας μέχρι δακτύλων τιθέναι νάρθηξι δὲ δεθέντα ταῦτα πυκνότερον λύειν ἢ τὰ κατάγματα, καὶ καταχύσει πλείονι χρέεσθαι. ἐκ γενεῆς δὲ βραχυτέρη ἡ χεὶρ γίνεται καὶ μινύθησις σαρκῶν μάλιστα τἀναντία ἢ ᾗ τὸ ἔκπτωμα. ηὐξημένῳ δὲ τὰ ὀστέα μένει. δακτύλου δὲ ἄρθρον ὀλισθὲν μὲν εὔσημον, ἐμβολὴ δὲ κατατείναντα ἐς ἰθὺ τὸ μὲν ἐξέχον ἀπωθέειν, τὸ δὲ ἐναντίον ἀντωθέειν. ἴησις δὲ ταινίῃσιν, ὀθονίοισι. μὴ ἐμπεσὸν δὲ ἐπιπωροῦται ἔξωθεν. ἐκ γενεῆς δὲ ἢ ἐν αὐξήσει ἐξαρθρήσαντα τὰ

vel illam partem prolabitur, potiſſimum vero in interiorem. Eſt ubi oſſis accrementum emovetur, interdum quoque alterum os diductum eſt. His valida diſtentio adhibenda et os quidem eminens propellendum, alterum vero in contrariam partem propulſandum, unaque duobus modis in poſteriorem partem et in latus, aut manibus ſupra menſam aut calce impulſio fieri debet. Quae autem rurſus excandeſcunt et deformitatem habent, tempore quidem ad uſum firmantur. Curatio linteis ſimul et in manu et in cubito perficitur, ſerulaeque ad digitos usque imponendae. Haec vero ſerulis deligata crebrius quam fracta reſolvenda et copioſiore perfuſione fovenda. At manus a primo ortu luxata brevior fit, et carnes adverſa parte in quam luxatio facta eſt potiſſimum imminuuntur, adulto vero oſſa permanent. Digiti articulus ubi exciderit, facile quidem videtur. Reſtituitur vero in directum contendendo et quod eminet propellendo, contrarium autem in alteram partem impellendo. Curatio faſciis fit et linteis. Quod ſi reſtitutus non fuerit, exteriore parte callum contrahit. Quibus autem a primo ortu aut dum adoleſcunt, oſſa pro-

Ed.Chart.XII.[332—336.] Foës. I. 796. 797. Ed. Lind. II. (780. 781)

ὀστέα βραχύνεται κάτω τοῦ ὀλισθήματος καὶ σάρκες μινύθουσι τἀναντία μάλιστα ἢ ὡς τὸ ἔκπτωμα, ηὐξημένῳ δὲ τὰ ὀστέα μένει.

|| Γνάθος δὲ ὀλίγοισιν τελέως ἐξηρθρησεν. [333] ὀστέον τε γὰρ τὸ ἀπὸ τῆς ἄνω γνάθου πεφυκὸς ὑπεζύγωται πρὸς τῷ ὑπὸ τὸ οὖς ὀστέῳ προσπεφυκότι. ὅπερ ἀποκλείει τὰς κεφαλὰς τῆς κάτω γνάθου. τῆς μὲν ἀνωτέρω ἐὸν, τῆς δὲ κατωτέρω τῶν κεφαλαίων. τά τε ἄκρεα τῆς κάτω γνάθου τὸ μὲν διὰ τὸ μῆκος οὐκ εὐπαρείσδυτον, τὸ δ᾽ αὖ τὸ κόρωνόν τε καὶ ὑπερέχον ὑπὲρ τοῦ ζυγώματος, [334] ἅμα τε ἀμφοτέρων τῶν ἀκρέων τούτων νευρώδεες τένοντες πεφύκασιν, ἐξ ὧν ἐξήρτηνται οἱ μύες οἱ κροταφῖται καὶ μασσητῆρες καλεόμενοι. [335] διὰ τοῦτο δὲ καλέονται καὶ διὰ τοῦτο κινέονται, ὅτι ἐντεῦθεν ἐξήρτηνται. (781) ἐν γὰρ τῇ ἐδωδῇ καὶ ἐν τῇ διαλέκτῳ καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ χρήσει τοῦ στόματος [336] ἡ μὲν ἄνω γνάθος ἀτρεμέει· συνήρτηται γὰρ τῇ κεφαλῇ καὶ οὐ διήρθρωται· ἡ δὲ κάτω γνάθος κινέεται· ἀπήρθρωται γὰρ

lapſa fuerint, ea infra luxationem breviora evadunt, et carnes adverſa parte quam qua prolapſio facta eſt potiſſimum imminuuntur. Adultis vero eadem magnitudine perſeverant.

At maxilla paucis adhuc in totum emota eſt. Os enim a ſuperiore maxilla procedens cum eo oiſe, quod ſub aurem annexum eſt, quaſi ſub jugum cogitur, quod maxillae inferioris capita intercludit et uno quidem capite ſublimius, altero vero depreſſius exiſtit. Inferioris item maxillae extremorum unum quidem ob longitudinem non facile elabitur: alterum vero cornicis roſtro ſimile et ſupra os jugale eminet. Simul quoque ex utrisque extremis nervoſi tendones exoriuntur, ex quibus innixi ſunt muſculi, qui temporales et maſticatorii dicuntur. Qui quod ex his dependeant, inde appellationem et motionem ſumpſerunt. Etenim inter edendum et loquendum, et in reliquo oris uſu maxilla ſuperior quieſcit. Capiti namque connectitur, non articulorum modo committitur. At inferior maxilla movetur. Articulatione namque a ſuperiore maxilla et ca-

Ed. Chart. XII. [336. 337. 338.] Foës. I. 797. Ed. Lind. II. (781.)
ἀπὸ τῆς ἄνω γνάθου καὶ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς. διότι μὲν οὖν ἐν σπασμοῖσι καὶ τετάνοισι τοῦτο πρῶτον τὸ ἄρθρον σημαίνει συντεταμένον, καὶ διότι πληγαὶ καίριοι καὶ καροῦσαι αἱ κροταφίτιδες γίνονται καὶ ἐν ἄλλῳ λόγῳ εἰρήσεται. περὶ δὲ τοῦ μὴ κάρτα ἐξαρθρέειν τάδε αἴτια. αἴτιον δὲ καὶ τόδε, ὅτι οὐ μάλα καταλαμβάνουσι τοιαῦται ἀνάγκαι βρωμάτων, ὥστε τὸν ἄνθρωπον χανέειν μεῖζον ἢ ὅσον δύναται, ἐκπέσοι δ' ἂν ἀπ' οὐδενὸς ἄλλου σχήματος ἢ ἀπὸ τοῦ μεγάλα χανέοντα, παραγαγεῖν τὴν γένυν ἐπὶ θάτερα. [337] προσσυμβάλλεται μέντοι καὶ τόδε πρὸς τὸ ἐκπίπτειν. ὁκόσα γὰρ νεῦρα καὶ ὁκόσοι μύες παρὰ τὰ ἄρθρα εἰσὶν ἢ ἀπὸ ἄρθρων ἀφ' ὧν ξυνδέδενται, τούτων ὅσα ἐν τῇ χρήσει πλειστάκις διακινέεται, ταῦτα μὲν ἐς τὰς κατατάσιας δυνατώτατα ἐπιδιδόναι, ὥσπερ καὶ τὰ δέρματα τὰ εὐδεψητότατα πλείστην ἐπίδοσιν ἔχει. περὶ οὗ οὖν ὁ λόγος, ἐκπίπτει μὲν γνάθος ὀλιγάκις, σχᾶται μέντοι πολλάκις ἐν χάσμασιν. ὥσπερ καὶ ἄλλαι μυῶν παραλλαγαὶ καὶ νεύρων τοῦτο ποιέουσι. [338] δῆλον δὲ τοισίδε μάλιστά ἐστιν ὅταν ἐκπεπτώκει. προΐσχει γὰρ ἡ

pite diducitur. Quam igitur ob caufam convulfionum ac nervorum diftentionum, hic articulus ubi contrahitur primam de fe fignificationem edat, aut quam ob rem temporum vulnera periculi plena fint et altum foporem inferant, alias dicendum erit. Quod vero non admodum prolabatur, hae caufae funt. Illud quoque in caufa eft, quod nulla tanta ciborum neceffitas hominem fupra quam poffit hiare cogit. In nullo autem alio habitu prolabetur quam fi quis vehementer hiando maxillam in alteram partem contorqueat. Ad id tamen ut excidat hoc confert, quod ex nervis aut mufculis, qui juxta articulos funt, aut ad eos annectuntur quicunque in ufu crebro dimoventur, ii in extendendo plurimum concedere folent, non fecus ac coria optime fubacta plurimum extenfioni cedunt. Ergo, ut ad inftitutum fermonem redeam, maxilla raro quidem excidit, laxatur tamen plerumque hiando, non fecus ac in aliis mufculorum et nervorum immutationibus iftud ufu venit. Ubi vero excidit, his praecipue indiciis patet. In-

Ed. Chart. XII. [338. 339.] Foef. I. 797. Ed. Lind. II. (781. 782.)

κάτω γνάθος ἐς τοὔμπροσθεν καὶ παρῆκται τἀναντία τοῦ ὀλισθήματος, καὶ τοῦ ὀστέου τὸ κόρωνον ὀγκηρότερον φαίνεται παρὰ τὴν ἄνω γνάθον, καὶ χαλεπῶς ξυμβάλλουσι τὰς κάτω γνάθους. τούτοισι δὲ ἐμβολὴ πρόδηλος, ἥτις γίνοιτ᾽ ἂν (782) ἁρμόζουσα. χρὴ γὰρ τὸν μέν τινα κατέχειν τὴν κεφαλὴν τοῦ τετρωμένου, τὸν δὲ περιλαβόντα τὴν κάτω γνάθον καὶ ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν τοῖσι δακτύλοισι κατὰ τὸ γένειον, χάσκοντος τοῦ ἀνθρώπου ὅσον μετρίως δύναται, πρῶτον μὲν διακινέειν τὴν γνάθον χρόνον τινὰ, τῇ καὶ τῇ παράγοντα τῇ χειρὶ, καὶ αὐτὸν τὸν ἄνθρωπον κελεύειν χαλαρὴν τὴν γνάθον ἔχειν καὶ συμπαράγειν καὶ συνδιδόναι ὡς μάλιστα, [339] ἔπειτα ἐξαπίνης σχάσαι τρισὶ σχήμασιν ὁμοῦ προσέχοντα τὸν νόον. δεῖ μὲν γὰρ παράγεσθαι ἐκ τῆς διαστροφῆς εἰς τὴν φύσιν, δεῖ δὲ ἐς τοὐπίσω ἀπωσθῆναι τὴν γνάθον τὴν κάτω, δεῖ δὲ ἑπόμενον τούτοισι συμβάλλειν τὰς γνάθους καὶ μὴ χάσκειν. ἐμβολὴ μὲν οὖν αὕτη, καὶ οὐκ ἂν γένοιτο ἀπ᾽ ἄλλων σχημάτων. ἰητρείη δὲ βραχεῖα ἀρκέει

ferior enim maxilla in anteriorem partem prominet, et in alteram luxationis partem pervertitur, offisque extremitas cornicis roftrum referens, ad fuperiorem maxillam magis intumefcit, et aegri inferiores maxillas aegre committunt. Atque his quaenam repofitio conveniat fatis patet. Uno enim vulnerati caput continente, alter inferiorem maxillam homine quam moderate poteft hiante, ad mentum tum interiore tum exteriore parte digitis apprehendere debet, ac primum quidem maxillam in hanc vel illam partem manu deductam, aliquandiu commovere tum aegro imperare ut maxillam relaxet, et fimul deducentem adjuvet eique quam maxime fieri poffit concedat: deinde ad tres figuras fimul adhibito confilio, fubito impulfu in fuam fedem transferre. Si quidem ex perverfione ad naturalem fedem inferior maxilla deducenda eft, et in pofteriorem partem propellenda. Tum aeger his obfequens maxillas committere, ac minime hiare debet. Ac reponendi quidem ratio haec eft, quae ne alio quidem habitu adminiftrari poffit

σπλῆνα προστιθέντα κεκηρωμένον χαλαρῷ || ἐπιδέσμῳ ἐπιδεῖν. ἀσφαλέστερον δὲ χειρίζειν ἐστὶν ὕπτιον κατακλίναντα τὸν ἄνθρωπον, ἐρείσαντα τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐπὶ σκύτινον ὑποκεφάλαιον ὡς πληρέστατον, ἵνα ὡς ἥκιστα ὑπείκῃ. προσκατέχειν δέ τινα χρὴ τὴν κεφαλὴν τοῦ τετρωμένου.

Ἢν δ᾽ ἀμφότεραι αἱ γνάθοι ἐξαρθρήσωσιν, ἡ μὲν ἴησις ἡ αὐτή. συμβάλλειν δέ τι ἧσσον οὗτοι τὸ στόμα δύνανται. καὶ γὰρ προπετέστεραι αἱ γέννυες τούτοισιν, ἀστραβέες δέ. τὸ δὲ ἀστραβὲς μάλιστ᾽ ἂν γνοίης τοῖσιν ὁρίοισι τῶν ὀδόντων τῶν τε ἄνω καὶ τῶν κάτω κατ᾽ ἴξιν. [340] *τούτοισι ξυμφέρει ἐμβαλέειν ὡς τάχιστα. ἐμβολῆς δὲ τρόπος πρόσθεν εἴρηται. ἢν δὲ μὴ ἐμπέσῃ, κίνδυνος περὶ τῆς ψυχῆς ὑπὸ πυρετῶν ξυνε*(783)*χέων καὶ νωθρῆς καρώσιος.* [341] *καρώδεες γὰρ οἱ μύες οὗτοι καὶ ἀλλοιούμενοι καὶ ἐντεινόμενοι παρὰ φύσιν. φιλέει δὲ καὶ ἡ γαστὴρ ὑποχωρέειν τούτοισι χολώδεα ἄκρητα || ὀλίγα, καὶ ἢν ἐμέωσιν, ἄκρητα ἐμέουσιν.* [342] *οὗτοι οὖν καὶ θνήσκουσι δεκαταῖοι μάλιστα. ἢν δὲ*

Curatio vero brevis ſatis eſt, ſplenia in cerata adhibita laxa vinctura alligata. Tutius autem manus admoventur homine ſupino reclinato, ejus capite ſcorteo pulvino bene fracto obnixo, ut quam minime cedat. Praeterea vero vulnerati caput aliquis contineat.

At ſi utraque parte maxilla luxetur, eadem certe curatio eſt, ſed os minus committere hi poſſunt. Etenim iis mentum in exteriorem partem magis promovetur, minime tamen torquetur. Ac minime torqueri potiſſimum ex dentium finibus deprehendes, cum inferiores ſuperioribus ex adverſo reſpondent. His quam celerrima repoſitio confert, cujus ratio ſupra eſt explicata. Alioqui niſi intro reverterit, periculum ex febribus aſſiduis et tardante alto ſopore vitae imminet. Hi namque muſculi ſoporem altum invehunt, cum aut praeter naturam intenduntur aut alienantur. ſi quoque bilioſa, ſincera, pauca alvo excernere ſolent et ſi vomitus adfuerit, ſincera vomitione reddere. Moriuntur igitur ii etiam fere decimo die. At ubi inſe-

καταγῇ ἡ κάτω γνάθος, ἢν μὲν μὴ ἀποκαυλισθῇ παντάπασιν, ἀλλὰ ξυνέχηται τὸ ὀστέον, ἐγκεκλιμένον δὲ ἔῃ, κατορθῶσαι μὲν χρὴ τὸ ὀστέον παρά γε τὴν γλῶσσαν πλαγίαν ὑπείραντα τοὺς δακτύλους, τὸ δὲ ἔξωθεν ἀντερείδειν, ὡς ἂν ξυμφέρῃ, κἂν διεστραμμένοι ἔωσιν οἱ ὀδόντες οἱ κατὰ τὸ τρῶμα κεκινημένοι, ὁκόταν τὸ ὀστέον κατορθωθῇ, ζεῦξαι τοὺς ὀδόντας χρὴ πρὸς ἀλλήλους, μὴ μόνον τοὺς δύο, ἀλλὰ καὶ πλέονας, μάλιστα δὲ δὴ χρυσίῳ, ἔστ᾽ ἂν κρατηθῇ τὸ ὀστέον, εἰ δὲ μὴ, ἐν λίνῳ. ἔπειτα ἐπιδεῖν κηρωτῇ καὶ σπλήνεσιν ὀλίγοισιν καὶ ὀθονίοισιν ὀλίγοισιν μὴ ἄγαν ἐρείδοντα, ἀλλὰ χαλαροῖσιν. εὖ γὰρ εἰδέναι χρὴ, ὅτε ἐπίδεσις ὀθονίων γνάθῳ καταγείσῃ μικρὰ μὲν ἂν ὠφελέοι, εἰ χρηστῶς ἐπιδέοιτο, μεγάλα δ᾽ ἂν βλάπτοι, εἰ κακῶς ἐπιδέοιτο. [343] πυκνὰ δὲ περὶ τὴν γλῶσσαν ἐσμάττεσθαι χρὴ καὶ πολὺν χρόνον ἀντέχειν τοῖσι δακτύλοισι κατορθοῦντα τοῦ ὀστέου τὸ ἐγκλιθέν. ἄριστον δὲ εἰ ἀεὶ δύναιτο, ἀλλ᾽ οὐχ οἷόν τε. ἢν δὲ ἀποκαυλισθῇ παντάπασι τὸ ὀστέον, ὀλιγάκις δὲ τοῦτο γίνεται, κατορθοῦν μὲν χρὴ τὸ ὀστέον οὕτως καθάπερ εἴρη-

ταῦτα ἐστὶ τὰ ἀπὸ τῶν σπονδύλων πεφυκότα, περὶ ὧν ὁ λόγος ὀλίγῳ πρόσθεν εἴρηται. οἱ δὲ σπόνδυλοι πολὺ προσωτέρω ἄπεισι. στενοτάτην γὰρ πάντων ζώων ἄνθρωπος κοιλίην ἔχει ὡς ἐπὶ μεγέ(801)θει ἀπὸ τοῦ ὄπισθεν εἰς τὸ ἔμπροσθεν, ποτὶ καὶ κατὰ τὸ στῆθος. ὅταν οὖν τι τούτων τῶν ὀστέων τῶν ὑπερεχόντων ἰσχυρῶς καταγῇ, ἤν τε ἓν ἤν τε πλείω, ταύτῃ ταπεινότερον τὸ χωρίον γίνεται ἢ τὸ ἔνθεν καὶ ἔνθεν. διὰ τοῦτο ἐξαπατῶνται οἰόμενοι τοὺς σπονδύλους εἴσω οἴχεσθαι. προσεξαπατᾷ δὲ ἔτι αὐτοὺς καὶ τὰ σχήματα τῶν τετρωμένων. ἢν μὲν γὰρ πειρῶνται καμπύλεσθαι, ὀδυνῶνται περιτενέος γινομένου ταύτῃ τοῦ δέρματος ᾗ τέτρωνται καὶ ἅμα τὰ ὀστέα τὰ κατεηγότα ἐνθράσσει οὕτω μᾶλλον τὸν χρῶτα. ἢν δὲ λορδαίνουσι, ῥᾴους εἰσί. χαλαρώτερον γὰρ τὸ δέρμα κατὰ τὸ τρῶμα ταύτῃ γίνεται, καὶ τὰ ὀστέα ἧσσον ἐνθράσσει. ἀτὰρ καὶ ἤν τις ψαύῃ αὐτῶν, κατὰ τοῦτο ὑπείκουσι λορδοῦντες καὶ τὸ χωρίον κενεὸν καὶ μαλθακὸν ψαυόμενον ταύτῃ φαίνεται. ταῦτα πάντα τὰ εἰρημένα προσεξαπατᾷ τοὺς ἰητρούς. ὑγιέες δὲ ταχέως καὶ ἀσινέες αὐτόματοι

quae a vertebris procedunt, de quibus paulo ante sermo est habitus, quodque vertebrae longe in anteriorem partem abeunt. Angustissimum si quidem inter omnia animantia homo pro magnitudine ventrem habet a posteriore parte in anteriorem, maxime etiam ad pectus. Quum igitur ex his ossibus quae supereminent aliquod valide fractum fuerit, sive unum sive plura, ea parte locus depressior quam hinc et inde redditur idque iis imponit, quod vertebras intro cessisse existiment. Praeterea quoque eos etiam in errorem inducunt, eorum qui vulnerati sunt habitus. Nam si incurvari conentur, dolore afficiuntur cum ea parte qua vulnerati sunt cutis contendatur, simulque ossa fracta hoc modo potius carnem intus pungant: sin vero in anteriorem partem nitantur, levius habent. Nam et cutis qua vulnus est laxior efficitur, ossaque intus minus pungunt. Quin et si quis eos hac parte contingat, in anteriora inclinati cedunt, isque locus inanis et mollis ad tactum apparet. Haec commemorata omnia insuper medicos fallunt. Ii autem cito et sine

Ed. Chart. XII. [387. 388.] Foëf. I. 812. 813. Ed. Lind. II. (801. 802.)

οἱ τοιοῦτοι γίνονται. [388] ταχέως γὰρ πάντα τὰ τοιαῦτα ὀστέα ἐπιπωροῦται ὅσα χαῦνά ἐστι.

Σκολιαίνεται μὲν οὖν ῥάχις καὶ ὑγιαίνουσι κατὰ πολλοὺς τρόπους. καὶ γὰρ ἐν τῇ φύσει καὶ ἐν τῇ χρήσει οὕτως ἔχει, ἀτὰρ καὶ ὑπὸ γήραος καὶ ὑπὸ ὀδυνημάτων, ἐπεὶ ξυνδετική ἐστιν. αἱ δὲ δὴ κυφώσιες αἱ ἐν τοῖσι πτώμασιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γίνονται, ἢν ἢ τοῖσιν ἰσχίοισιν ἐρείσῃ ἢ ἐπὶ τοὺς ὤμους πέσῃ. ἀνάγκη γὰρ ἔξω φαίνεσθαι ἐν τῷ κυφώματι ἕνα μέν τινα ὑψηλότατον τῶν σπονδύλων. τοὺς δὲ ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐπὶ ἧσσον. οὔκουν ὡς ἐπὶ πολὺ ἀποπεπηδηκὼς ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐστὶν, ἀλλὰ μικρὸν ἢν ἕκαστος συνδιδοῖ ἀθρόως πολύ. διὰ οὖν τοῦτο καὶ ὁ νωτιαῖος (802) μυελὸς εὐφόρως φέρει τὰς τοιαύτας διαστροφὰς, ὅτι κυκλώδης αὐτῷ ἡ διαστροφὴ γίνεται, ἀλλ' οὐ γωνιώδης. χρὴ δὲ τὴν κατασκευὴν τοῦ διαναγκασμοῦ || τοιήνδε κατασκευάσαι. ἔξεστι μὲν ξύλον ἰσχυρὸν καὶ πλατὺ ἐντομὴν παραμήκεα ἔχον κατορύξαι, ἔξεστι δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ ξύλου ἐν τοίχῳ ἐντομὴν παραμήκεα ἐνταμεῖν ἢ πήχεϊ ἀνωτέρω τοῦ ἐδάφεος ἢ ὅκως

noxa per fe convalefcunt. Ejusmodi enim offa omnia, quae laxa funt, callo celeriter firmantur.

Spina igitur etiam in fanis multis modis diftorquetur. Sic enim natura et ufu rem fe habere compertum eft. Quin et fub fenio et doloribus idem ufu venit, fi quidem contrahendi vim habent. Gibbi autem plerumque ex cafu contingunt, ubi quis in coxas aut humeros cadendo impingit. In gibbo enim unam aliquam vertebram fublimem foras eminere neceffe eft, eas vero quae hinc et inde funt minus. Neque ea tamen a reliquis multum defilit, fed paulum cum fingulae in univerfum cedant. Eam igitur ob caufam etiam dorfalis medulla ejusmodi perverfiones, ubi in circulum non in angulum pervertitur, facile tolerat. Inftrumenti autem quo reftitutio cogitur fabricam hujusmodi inftituere oportet. Lignum quidem validum oblongum in longitudinem incifum defoditur. Licet quoque hujus ligni loco in pariete oblongum aliquod cavum incidere, quod vel cubiti altitudine vel

ἂν μετρίως ἔχῃ. ἔπειτα οἷον στύλον δρύϊνον, τετράγωνον, πλάγιον, παραβάλλειν, ἀπολείποντα ἀπὸ τοῦ τοίχου ὅσον παρελθεῖν τινα ἢν δέῃ. καὶ ἐπὶ μὲν τὸν στύλον ἐπιστορέσει ἢ χιτῶνας ἢ ἄλλο τι ὃ μαλθακὸν μὲν ἔσται, ὑπείξει δὲ μὴ μέγα. τὸν δὲ ἄνθρωπον πυριῆσαι. ἢν δὲ δέχηται πολλῷ καὶ θερμῷ λούσας, κἄπειτα πρήνεα κατακλῖναι κατατεταμένον, καὶ τὰς μὲν χεῖρας αὐτοῦ παρατείναντα κατὰ φύσιν προσδῆσαι πρὸς τὸ σῶμα, ἱμάντι δὲ μαλθακῷ ἱκανῷ πλατέϊ τε καὶ μακρῷ ἐκ δύο διαντέων ξυμβεβλημένῳ μέσῳ κατὰ μέσον τὸ στῆθος δὶς περιβεβλῆσθαι χρὴ, ὡς ἐγγυτάτω τῶν μασχαλέων. ἔπειτα τὸ περισσεῦον τῶν ἱμάντων κατὰ τὴν μασχάλην ἑκάτερον περὶ τοὺς ὤμους περιβεβλήσθω. ἔπειτα αἱ ἀρχαὶ πρὸς ξύλον ὑπεροειδές τι προσδεδέσθωσαν, ἁρμόζουσαι κατὰ μῆκος τῷ ξύλῳ τῷ ὑποτεταμένῳ [389] πρὸς ὅ τι προσβάλλον τὸ ὑπεροειδὲς ἀντιστηρίζοντα κατατείνειν. τοιούτων δέ τινι ἑτέρῳ δεσμῷ χρὴ ἄνωθεν τῶν γουνάτων δήσαντα καὶ ἄνωθεν τῶν πτερνῶν, τὰς ἀρχὰς τῶν ἱμάντων πρὸς τοιοῦτο τὸ ξύλον προσδῆ(803)σαι, ἄλλῳ δὲ ἱμάντι πλατέϊ καὶ μαλ-

ea quam res exigit, a solo extet. Deinde veluti columna querna, quadrangula in latus, adhibetur, eo relicto a pariete spatio ut aliquis pertransire, si opus sit, queat. Ac columna quidem aut tunicis aut re quapiam molli, quae tamen non admodum cedat, insternitur. Homo vero ubi fomentis, aut si sustinet, multo calido balneo usus fuerit, pronus extentus reclinatur manibus secundum naturam ad corpus porrectis et alligatis. Tum habena mollis, abunde lata et longa duobus perpetuis loris constans, media medio pectori quam proxime ad alas duplici circuitu injicienda: dein quod ex loris restat circa alam utrimque ad humeros obvolvendum, demum capita ad lignum aliquod quod pistilli formam habeat deliganda, ea longitudine quae supposito ligno conveniat, ad quod appositum lignum illud, quod pistilli formam habet, velut obice quodam extensionem facit. Altero autem hujusmodi vinculo, tum super genua tum super calces dato, capita ad ejusmodi aliquod lignum deligenda. Tum alia habena

θακῷ καὶ δυνατῷ ταινιοειδέϊ, πλάτος ἔχοντι καὶ μῆκος ἱκανὸν, ἰσχυρῶς περὶ τὰς ἰξύας κύκλῳ περιδεδέσθαι ὡς ἐγγύτατα τῶν ἰσχίων. ἔπειτα τὸ περισσεῦον τοῦ ταινιοειδέος ἅμα ἀμφοτέρας τὰς ἀρχὰς τῶν ἱμάντων, πρὸς τὸ ξύλον προσδῆσαι πρὸς τῶν ποδῶν. κἄπειτα κατατείνειν ἐν τούτῳ τῷ σχήματι καὶ ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ἅμα μὲν ἰσοῤῥόπως ἅμα δὲ ἐς ἰθύ. οὐδὲν γὰρ ἂν μέγα κακὸν ἡ τοιαύτη κατάτασις ποιήσῃ, εἰ χρηστῶς σκευασθείη, εἰ μὴ ἄρα ἐξεπίτηδές τις βούλοιτο τείνεσθαι. τὸν δὲ ἰητρὸν χρὴ ἢ ἄλλον ὅστις ἰσχυρὸς καὶ μὴ ἀμαθὴς, ἐπιθέντα τὸ θέναρ τῆς χειρὸς πρὸς τὸ ὕβωμα καὶ τὴν ἑτέρην χεῖρα προσεπιθέντα ἐπὶ τὴν ἑτέρην καταναγκάζειν προσξυνιέντα ἤν τε ἐς ἰθὺ ἐς τὸ κάτω πεφύκῃ καταναγκάζεσθαι, ἤν τε πρὸς τῆς κεφαλῆς ἤν τε πρὸς τῶν ἰσχίων. καὶ ἀσινεστάτη μὲν αὕτη ἡ ἀνάγκη. ἀσινὲς δὲ καὶ ἐπικαθίζεσθαί τινα ἐπὶ τὸ κύφωμα τοῦ ἅμα κατατεινομένου ἐνσεῖσαι μετεωρισθέντα. ἀτὰρ καὶ ἐπιβῆναι τῷ ποδὶ καὶ ὀχηθῆναι ἐπὶ τὸ κύφωμα. ἡσύχως δὲ ἐπενσεῖσαι οὐδὲν κωλύει. τὸ τοιοῦτο δὲ ποιῆσαι μετρίως ἐπιτήδειος ἄν τις εἴη τῶν ἀμφὶ

lata et mollis ac valida mitellae in modum, convenienter lata et longa circum ilia ad coxas quam proxime firmiter in orbem circumdanda, deinde habenae quod supereſt unaque utrumque lori caput ad lignum, quod ad pedes eſt alligandum, ac demum eo habitu ſimul quidem aequo libramento, ſimulque in directum extenſio in diverſa adhibenda. Neque enim magnum detrimentum hujusmodi diſtentio, ſi probe praeparetur, afferri poterit, niſi ſi quis de induſtria videlicet intendi velit. At medicus aut alius quivis robuſtus, ac minime imperitus ſublimiore manus parte ad gibbum impoſita, alteraque manu ſuper alteram injecta, compellere debet animadverſione adhibita, num in directum deorſum, num vero ad caput vel ad coxas compulſio facienda ſit. Atque hujusmodi vis innoxie maxime adhibetur. Innoxium quoque eſt gibbo aliquem inſidere, ſimulque dum ſit diſtentio, ſublimem ſe attollendo concutere. Quin etiam ſuper gibbum pedibus inſiſtere ac ferri leviterque incutere nihil vetat. Cui rei moderandae ſatis idoneus fuerit eorum ali-

Ed. Chart. XII. [389.] Foëf. I. 813. 814. Ed. Lind. II. (803. 804.)

παλαίστρη εἰθισμένων. δυνατωτάτη μέντοι τῶν ἀναγκέων ἐστὶν, εἰ ὁ μὲν τοῖχος ἐντετμημένος εἴη, τὸ δὲ ξύλον τὸ κατορωρυγμένον ᾗ ἐντέτμηται κατωτέρω εἴη τῆς ῥάχιος τοῦ ἀνθρώπου, ὁκόσῳ ἂν δοκέῃ μετρίως ἔχειν. σανὶς δὲ φιλυρίνη μὴ λεπτὴ ἐνείη ἢ καὶ ἄλλου τινὸς ξύλου. ἔπειτα ἐπὶ τὸ ὕβωμα ἐπιτεθείη ἢ τρύχιόν τι πολύπτυχον ἢ μικρόν τι σκύτινον ὑποκεφάλαιον, ὡς ἐλάχιστα μὴν ὑποκεῖσθαι ξυμφέρει, (804) μόνον προμηθεόμενον ὡς μὴ ἡ σανὶς ὑπὸ σκληρότητος ὀδύνην παρὰ καιρὸν προσπαρέχῃ. κατὰ ἴξιν δὲ ἔστω ὡς μάλιστα τῇ ἐντομῇ τῇ ἐς τὸν τοῖχον τὸ ὕβωμα, ὡς ἂν ἡ σανὶς, ᾗ μάλιστα ἐξέστηκεν, ταύτῃ μάλιστα πιέζῃ ἐπιτεθεῖσα. ὅταν δὲ ἐπιτεθῇ, τὸν μέν τινα καταναγκάζειν χρὴ τὸ ἄκρον τῆς σανίδος, ἤν τε ἕνα δέῃ ἤν τε δύο. τοὺς δὲ κατατείνειν τὸ σῶμα κατὰ μῆκος, ὡς πρόσθεν εἴρηται, τοὺς μὲν τῇ, τοὺς δὲ τῇ. ἔξεστι δὲ καὶ ὀνίσκοισι τὴν κατάτασιν ποιέεσθαι ἢ παρακατορύξαντα παρὰ τὸ ξύλον ἢ ἐν αὐτῷ τῷ ξύλῳ τὰς φλιὰς τῶν ὀνίσκων ἐκτεκτηνάμενον, ἤν τε ὀρθὰς ἐθέλῃς ἑκατέρωθεν μικρὸν ὑπερεχούσας, || ἤν τε κατὰ κορυφὴν τοῦ

quis, qui in palaeftra affueti funt. Optime tamen vis adhibetur, fi paries quidem excavationem habeat, lignum vero defoffum, qua parte incifuram habet quantum congruere videbitur, hominis fpina depreffius fit. Affer autem tiliaceus aut ex alio aliquo ligno non tenuis inferatur, tum fuper gibbum aut panniculus lacer multiplex aut parvus quidam fcorteus pulvinus imponatur. Quam minimum tamen fubjicere conducit, ea fola cautione adhibita, ne affer importuna fua duritie dolorem aliquem afferat. Gibbus autem quam maxime e directo ad excavatum parietem ftatuatur, quo qua maxime extat, ea parte affer impofitus maxime premat. Affer vero impofitus ab uno aliquo vel duobus, fi opus fuerit, extrema parte vi adduci debet. Alii autem corpus in longitudinem, velut ante dictum eft, in diverfa contendant. Poteft quoque et per axes diftentio fieri, aut juxta lignum defoffos, vel eorum poftibus utrimque erectis paulo extantibus, vel ad ligni verticem hinc et inde in

ξύλου ἔνθεν καὶ ἔνθεν. αὗται αἱ ἀνάγκαι εὐταμίευτοί εἰσιν καὶ ἐς τὸ ἰσχυρότατον καὶ ἐς τὸ ἧσσον, καὶ ἰσχὺν ἔχουσι τοιαύτην, ὥστε καὶ εἴτις ἐπὶ λύμῃ βούλοιτο, ἀλλὰ μὴ ἐπὶ ἰητρείῃ, ἐς τοιαύτας ἀνάγκας ἀγαγεῖν, κἂν τούτῳ ἰσχυρῶς δύνασθαι. καὶ γὰρ ἂν κατατείνων κατὰ μῆκος μοῦνον ἔνθεν καὶ ἔνθεν, οὕτω καὶ ἄλλην ἀνάγκην οὐδεμίην προστιθεὶς ὅμως κατατείνειεν ἄν τις. ἀλλὰ μὴν καὶ ἢν μὴ κατατείνων, αὐτῇ δὲ μοῦνον τῇ σανίδι οὕτως εἰ ποιέει τις, καὶ οὕτως ἱκανῶς καταναγκάσειε. καλαὶ οὖν αἱ τοιαῦται ἰσχύες εἰσὶν ᾗσιν ἔξεστιν καὶ ἀσθενεστέρῃσι καὶ ἰσχυροτέρῃσι χρέεσθαι αὐτὸν ταμιεύοντα. καὶ μὲν δὴ καὶ κατὰ φύσιν γε ἀναγκάζουσι. τὰ μὲν γὰρ ἐξεστεῶτα ἐς τὴν χώρην ἀναγκάζει καὶ ἡ ἵππωσις ἰέναι, τὰ δὲ ξυνελθόντα κατὰ φύσιν κα(805)τατείνουσιν αἱ κατὰ φύσιν κατατάσιες. οὔκουν ἐγὼ ἔχω τουτέων ἀνάγκας καλλίους, οὐδὲ δικαιοτέρας. [390] ἡ γὰρ κατ᾽ αὐτὴν τὴν ἄκανθαν ἰθυωρία τῆς κατατάσιος κάτωθέν τε καὶ κατὰ τὸ ἱερὸν ὀστέον καλεόμενον οὐκ ἔχει ἐπιλαβὴν οὐδεμίην·

ipfo ligno defixis. Haec autem vis tum ad vehementiam tum ad mediocritatem eft accommodata eamque vim habet, ut fi quis ad nocendum non ad curandum eam adhibere cupiat, ad id multum valeat. Nam et diftentione fola per longitudinem in diverfa facta, nulla etiam alia vi adhibita, probe tamen diftentio comparatur. Quin et citra diftentionem fi quis affere duntaxat ad hunc modum utatur, fic quoque fufficiens compulfio fiet. Optimum igitur eft hujusmodi vim adhibere, quam tum intendendo tum remittendo pro cujusque arbitrio temperare licet, et quae vel fecundum naturam compulfionem facit. Quae enim excefferunt, compreffione in fuam fedem redeunt. Quae vero praeter naturam coierunt, eae quae fecundum naturam intentiones adhibentur componunt. Equidem nullam aliam viam, qua per vim compulfio fiat, neque meliorem neque aequiorem invenio. Neque enim ad eam quae in directum fit fpinae diftentionem ab inferiore parte et ad os facrum appellatum eft quod injectum vinculum retineat. Ex fuperiore vero

Ed. Chart. XII. [390.] Foes. I. 814. 815. Ed. Lind. II. (805.)

ἄνωθεν δὲ κατὰ τὸν αὐχένα καὶ κατὰ τὴν κεφαλὴν ἐπιλαβὴν μὲν ἔχει, ἀλλ᾽ ἐς εἰδέην γε ἀπρεπής. ταύτῃ τοι γενομένη ἡ κατάτασις καὶ ἄλλας βλάβας ἂν προσπαρέχοι πλεονασθεῖσα. ἐπειρήθην δὲ δήποτε ὕπτιον τὸν ἄνθρωπον κατατείνας, ἀσκὸν ἀφύσητον ὑποθεῖναι ὑπὸ τὸ ὕβωμα, κἄπειτα αὐλὸν ἐκ χαλκείου ἐς τὸν ἀσκὸν τὸν ὑποκείμενον ἐνιέντα φυσᾷν. ἀλλά μοι οὐκ εὐπορεῖτο. ὅτε μὲν γὰρ εὖ κατατείνοιμι τὸν ἄνθρωπον, ἡσσᾶτο ὁ ἀσκὸς καὶ οὐκ ἠδύνατο ἡ φῦσα ἐπαναγκάζεσθαι, καὶ ἄλλως ἕτοιμον περιολισθαίνειν ἦν, ἅτε ἐς τὸ αὐτὸ ἀναγκαζόμενον τό τε τοῦ ἀνθρώπου ὕβωμα καὶ τὸ τοῦ ἀσκοῦ πληρουμένου κύρτωμα. ὅτι δ᾽ αὖ μὴ κάρτα κατατείνοιμι τὸν ἄνθρωπον, ὁ μὲν ἀσκὸς ὑπὸ τῆς φύσης ἐκυρτοῦτο, ὁ δὲ ἄνθρωπος πάντῃ μᾶλλον ἐλορδαίνετο ἢ συνέφερεν. ἔγραψα δὲ ἐπίτηδες τοῦτο. καλὰ γὰρ καὶ ταῦτα μαθήματά ἐστι, ἃ πειρηθέντα ἀπορηθέντα ἐφάνη καὶ δι᾽ ἅπερ ἠπορήθη.

|| Ὅσοισι δὲ ἐς τὸ εἴσω σκολιαίνονται οἱ σπόνδυλοι ὑπὸ πτώματος ἢ καὶ ἐμπεσόντος τινὸς βαρέος, εἷς μὲν οὐ-

parte juxta cervicem et caput, est quidem quod prehendi queat, verumtamen illud in speciem indecorum est. Et hac parte exuperans distentio, alias quoque noxas afferre queat. Experimentum autem jam olim per utrem feci, quem homine resupinato minime inflatum gibbo submisi, ac deinde folle fabrili in subjectum utrem immisso inflavi. Sed parum successit. Probe enim distento homine cedebat uter, neque flatus quicquam per vim impellebat, praeterquam quod uter facile elabebatur, cum in idem tum hominis gibbus, tum repleti utris tumor cogerentur. Si vero non ita vehementer homo extenderetur, uter quidem flatu in tumorem assurgebat, sed homo prorsus magis quam expediret in anteriorem partem curvabatur. Atque haec adhibito studio persequutus sum, quod pulchra est eorum doctrina, quae tentata successu caruisse, idque quamobrem contigerit apparet.

At quibus ex casu aut illabente aliquo pondere vertebrae interiorem in partem obliquantur, iis quidem ple-

Ed. Chart. XII. [390. 391.] Foës. I. 815. Ed. Lind. II. (805. 806.)

δεὶς τῶν σπονδύλων μέγα ἐξίσταται κάρτα ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐκ τῶν ἄλλων. ἢν δὲ ἐκστῇ μέγα ἢ εἷς ἢ πλείονες, θάνατον φέρουσιν, ὥσπερ δὲ καὶ πρό(806)σθεν εἴρηται, κυκλώδης καὶ αὕτη δὲ οὐ γωνιώδης γίνεται ἡ παραλλαγή. οὖρα μὲν οὖν τοῖσι τοιούτοισι καὶ ἀπόπατος μᾶλλον ἴσχεται ἢ τοῖς ἔξω κυφοῖσι, καὶ πόδες καὶ ὅλα τὰ σκέλεα ψύχεται μᾶλλον καὶ θανατηφόρα ταῦτα μᾶλλον ὧν ἔφην. καὶ ἢν περιγένωνται δὲ [391] ῥυώδεες τὰ οὖρα μᾶλλον οὗτοι καὶ τῶν σκελέων ἀκρατέστεροι καὶ ναρκωδέστεροι. ἢν δὲ καὶ ἐν τῷ ἄνω μέρει μᾶλλον τὸ λόρδωμα γένηται, παντὸς τοῦ σώματος ἀκρατέες καὶ νεναρκωμένοι γίνονται. μηχανὴν δὲ οὐκ ἔχω οὐδεμίην ἔγωγε ὅκως χρὴ τὸν τοιοῦτον ἐς τὸ αὐτὸ καταστῆσαι. καὶ εἰ μή τινα ἡ κατὰ τῆς κλίμακος κατάσεισις ὠφελέειν οἵη τε εἴη ἢ καὶ ἄλλη τις τοιαύτη ἴησις ἢ κατάσεισις, οἵη περ ὀλίγῳ πρόσθεν εἴρηται. κατανάγκασιν δὲ σὺν τῇ κατασείσει οὐδεμίην ἔχω, ἥ τις ἂν γίνοιτο ὥσπερ τῷ κυφώματι τὴν κατανάγκασιν ἡ σανὶς ἐποιέετο. πῶς γὰρ ἄν τις ἐκ τοῦ

rumque vertebra non adeo multum ab aliis recedit. Sin vero aut una aut plures multum excesserint, hominem, velut etiam ante dictum est, praecipitant, cum in anguli non in circuli flexum haec dimotio fiat. Iis igitur urina et stercus magis quam quibus exteriorem in partem gibbus fit supprimitur, pedesque ac crura tota magis persfrigerantur potiusque ista quam quae dixi mortem afferunt. Quod si evadant, iis urina magis proflua redditur, et crurum impotentia ac stupore torquentur. Quod si superiore spinae parte magis in anteriorem partem inclinatio fiat, totius corporis impotentia et stupro contingit. Equidem eum qui ita affectus sit in pristinum statum nulla via restitui posse puto, nisi si quae per scalam adhibetur concussio, aut aliqua alia ejusmodi curatio, aut qualis paulo ante commemorata est distentio praesidium aliquod adferre possit. Impellendi autem modum, qui simul cum distentione adhibeatur, nullum habeo qui quemadmodum asser gibbum impellere possit. Quonam enim pacto ab ante-

Ed. Chart. XII. [391.] Foes. I. 815. 816. Ed. Lind. II. (806. 807.)

ἔμπροσθεν διὰ τῆς κοιλίης ἀναγκάσαι δύναιτο; οὐ γὰρ οἷόν τε. ἀλλὰ μὴν οὔτε βῆχες οὔτε πταρμοὶ οὐδεμίην δύναμιν ἔχουσι ὥστε τῇ κατατάσει συντιμωρέειν. οὐ μὴν οὐδ᾽ ἔνεσις φύσης ἐνιεμένης ἐς τὴν κοιλίην οὐδὲν ἂν δυνηθῇ, καὶ μὴν αἱ μεγάλαι σικύαι προσβαλλόμεναι ἀνασπάσιος εἵνεκα δῆθεν τῶν εἴσω ῥεπόντων σφονδύλων μεγάλη ἁμαρτὰς γνώμης ἐστίν. ἀπωθέουσι γὰρ μᾶλλον ἢ ἀνασπῶσι, καὶ οὐδ᾽ αὐτὸ τοῦτο || γινώσκουσιν οἱ προσβάλλοντες. ὅσῳ γὰρ ἄν τις μείζω προσβάλλῃ, τοσούτῳ μᾶλλον λορδοῦνται οἱ προσβληθέντες συναναγκαζομένου ἄνω τοῦ δέρματος. τρόπους δὲ ἄλλους κατασεισίων ἢ οἷοι πρόσθεν εἴρηνται ἔχοιμι ἂν εἰπεῖν, ἁρμόσαι οὓς ἄν τις (807) δοκείῃ τῷ παθήματι μᾶλλον, ἀλλ᾽ οὐ κάρτα πιστεύω αὐτοῖς. διὰ τοῦτο οὐ γράφω. ἀθρόον δὴ ξυνιέναι χρὴ περὶ τούτων, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἴρηται, ὅτι τὰ μὲν εἰς τὸ λορδὸν ῥείσαντα ὀλέθριά εἰσι καὶ σινόμωρα, τὰ δὲ ἐς τὸ κυφὸν ἀσινέα θανάτου καὶ οὔρων σχεσίων καὶ ἀποναρκωσίων τὸ ἐπίπαν. οὐ γὰρ ἐκτείνει τοὺς ὀχετοὺς τοὺς

riore parte per ventrem impulsio fieri queat? Sed neque hoc licet, neque tusses aut sternutamenta aliquid facultatis ad distentionem conferunt. Neque vero flatus in ventrem immissus quicquam efficiat. Quin et magnae cucurbitulae, quae attrahendarum nimirum vertebrarum intro inclinantium gratia admoventur, magno errore mentem implicant. Propellunt enim magis quam attrahant. Id quod ignorant qui eas admovent. Quo enim majores cucurbitulae adhibentur, eo magis in anteriorem partem curvantur quibus eae admoventur, cum a superiore parte cutis simul urgeatur. Alios quoque a supradictis concutiendi modos, quos ad hanc affectionem magis accommodatos quispiam existimet, referre possem; verum quia parvam in iis fiduciam colloco, ideo non adscribo. In totum igitur de quibus breviter dictum est sic statuere oportet. Quae quidem in anteriorem partem inclinant, periculo et noxae esse obnoxia: quae vero in exteriorem partem gibbum faciunt, noxia et periculo quod ad mortem et urinae suppressionem ac stuporem attinet ex toto vacare. Neque

Ed. Chart. XII. [391—393.] Foës. I. 816. Ed. Lind. II. (807.)

κατὰ τὴν κοιλίην, οὐδὲ κωλύει εὐρόους εἶναι ἡ ἐς τὸ ἔξω κύφωσις. ἡ δὲ λόρδωσις ταῦτα ἀμφότερα ποιέει καὶ ἐς τὰ ἄλλα πολλὰ προσγίνεται. [392] ἐπεί τοι πολὺ πλείονες σκελέων τε καὶ χειρῶν ἀκρατέες γίνονται καὶ καταναρκοῦνται τὸ σῶμα καὶ οὖρα τούτοισιν ἴσχεται, οἷσι δὲ ἂν μὴ ἐκστῇ μὲν τὸ ὕβωμα μήτε ἔξω μήτε ἔσω, σεισθέωσι δὲ ἰσχυρῶς ἐς τὴν ἰθυνίην τῆς ῥάχιος. οἷσι δὲ ἂν ἐκστῇ μὲν τὸ ὕβωμα, ἧσσον τοιαῦτα πάσχουσιν.

Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐν ἰητρικῇ ἄν τις θεάσοιτο, ὧν τὰ μὲν ἰσχυρὰ ἀσινέα ἐστὶ καθ' ἑωυτὰ τὴν κρίσιν ὅλην λαμβάνοντα τοῦ νοσήματος, τὰ δὲ ἀσθενέστερα σινόμωρα καὶ ἀποτόκους νοσημάτων χρονίους ποιέοντα καὶ κοινωνέοντα καὶ τῷ ἄλλῳ σώματι ἐπὶ πλέον, [393] ἐπεὶ καὶ πλευρέων κάτηξις τοιοῦτόν τι πέπονθεν. οἷσι μὲν γὰρ ἂν καταγῇ πλευρὴ, μία ἢ πλέονες ὡς τοῖσι πλείστοισι κατάγνυται, μὴ διασχόντα τὰ ὀστέα ἐς τὸ εἴσω μέρος, μηδὲ ψιλωθέντα ὀλίγοι μὲν ἤδη ἐπυρέτηναν. ἀτὰρ οὐδὲ αἷμα πολλοὶ ἤδη

enim gibbus in exteriorem partem alvi ductus intendit, neque prohibet quominus fluere possint. Utrumque vero spinae ad interiora inclinatio efficit, praetereaque multa accedunt. Alioqui multo plures crurum et manuum impotentia et corporis stupore afficiuntur, urinaque supprimitur, quibus quidem ex gibbo vertebrae neque intro neque extra excesserint, sed in directum spinae vehementer concussi fuerint. At quibus ex gibbo spina curvatur, iis talia minus contingunt.

Multa quoque alia in arte medica videre licet ex quibus quae vehementia quidem sunt, cum in sese totum morbi discrimen recipiant, noxa vacant: quae vero leviora, noxas et diuturnos morbos pariunt et magna etiam consensione reliquum corpus afficiunt. Quandoquidem et in costis fractis tale quidpiam contingit. Quibus enim costae fractae fuerint, una aut plures velut plerisque evenit, ita ut ossa ad interiorem partem minime perrumpant, neque nudentur pauci quidem adhuc febre correpti sunt. Sed neque multi etiam sanguinem expuerunt, neque multi

Ed.Chart.XII.[393—395.] Foëſ. I. 816. 817. Ed. Lind. II. (807. 808.)

ἔπτυσαν, οὐδὲ ἔμπυοι πολλοὶ γίνονται, οὐδὲ ἔμμοτοι, οὐδὲ ἐπισφακελίσιες τῶν ὀστέων, δίαιτά τε (808) φαύλη ἀρκέει. ἢν γὰρ μὴ πυρετὸς ξυνεχὴς ἐπιλαμβάνη αὐτοὺς, καὶ κενεαγγέειν κάκιον τοῖς τοιούτοισιν ἢ μὴ κενεαγγέειν καὶ ἐπωδυνέστερον καὶ πυρετωδέστερον καὶ βηχωδέστερον. τὸ γὰρ πλήρωμα τὸ μέτριον τῆς κοιλίης διόρθωμα τῶν πλευρέων γίνεται. ἡ δὲ κένωσις κρεμασμὸν μὲν τῇσι πλευρῇσι ποιέει, ὁ δὲ κρεμασμὸς ὀδύνην. [394] ἔξωθεν δὲ φαύλη ἐπίδεσις τοῖσι τοιούτοισιν ἀρκέει, κηρωτῇ καὶ σπλήνεσι καὶ ὀθονίοισιν ἡσύχως ἐρείδοντα, ὁμαλὴν τὴν ἐπίδεσιν ποιέεσθαι ἢ καὶ || ἐριῶδές τι προσεπιθέντα. κρατύνεται δὲ πλευρὴ ἐν εἴκοσιν ἡμέρῃσι. ταχεῖαι γὰρ αἱ ἐπιπωρώσιες τούτων τῶν ὀστέων. ἀμφιθλασθείσης δὲ τῆς σαρκὸς ἀμφὶ τῇσι πλευρῇσιν ἢ ὑπὸ πληγῆς ἢ ὑπὸ πτώματος ἢ ὑπὸ ἀντερείσιος ἢ ἄλλου τινὸς τοιουτοτρόπου, πολλοὶ ἤδη πολὺ αἷμα ἔπτυσαν. [395] οἱ γὰρ ὀχετοὶ οἱ κατὰ τὸ λαπαρὸν τῆς πλευρῆς ἑκάστης παρατεταμένοι καὶ οἱ τόνοι ἀπὸ τῶν ἐπικαιροτάτων τῶν ἐν τῷ σώματι τὰς ἀφορμὰς ἔχουσι. πολλοὶ γοῦν ἤδη βηχώδεες καὶ

pus interiore thorace colleg unt, aut ea quae fit per linamenta curatione opus habuerunt, aut iis oſſa vitiata ſunt, hisque ſimplex victus ratio ſatis eſt. Etenim ſi febre aſſidua non detinentur, iis inedia deterior eſt quam cibus gravioremque dolorem et febrem ac tuſſim excitat. Modica enim ventris plenitudo oſtas dirigit, vaſorum vero inanitio eas pendulas facit, haeque ſuſpenſae dolent. Ab exteriore autem parte iis quaevis deligatio ſatis eſt, ſic ut cerato et ſpleniis faſciisque leniter appreſſis vinculum aequale inducatur aut etiam laneum quiddam ſuperimponatur. Coſta vero viginti diebus callo firmatur. Celeriter namque his oſſibus callus o ucitur. At carne circa coſtas ex plaga aut caſu aut renixu aut alia re quapiam ejusmodi contuſa, multi jam copioſum ſanguinem expuerunt. Ductus enim qui per obtentam unicuique coſtae inanitatem feruntur, et nervi ex praecipuis corporis partibus ortum ducunt. Unde etiam multi ex tuſſi et tuberculis et pure

Ed. Chart. XII. [395. 396.] Foës. I. 817. Ed. Lind. II. (808. 809.)

φυματίαι καὶ ἔμπυοι ἐγένοντο καὶ ἔμμοτοι καὶ ἡ πλευρὴ ἐπεσφακέλισεν αὐτοῖσιν. ἀτὰρ καὶ οἷσι μηδὲν τοιοῦτον προσεγένετο, ἀμφιθλασθείσης τῆς σαρκὸς ἀμφὶ τῇσι πλευρῇσιν, ὅμως δὲ βραδύτερον ὀδυνώμενοι παύονται οὗτοι ἢ οἷσιν ἂν ἡ πλευρὴ καταγῇ, καὶ ὑποστροφὰς μᾶλλον ἴσχει ὀδυνημάτων τὸ χωρίον ἐν τοῖσι τοιούτοισι τρώμασι. μάλα μὲν οὖν μετεξέτεροι καταμελέουσι τῶν τοιούτων σινέων, μᾶλλον ἢν πλευρὴ κατεαγῇ αὐτοῖσιν. ἀτὰρ καὶ ἰήσιος σκεθροτέρης οἱ τοιοῦτοι δέονται εἰ σωφρονοῖεν. τῇ τε γὰρ διαίτῃ ξυμφέρει ξυνεστάλθαι, ἀτρεμέειν δὲ τῷ σώματι (809) ὡς μάλιστα, ἀφροδισίων τε ἀπέχεσθαι, βρωμάτων δὲ λιπαρῶν καὶ κερχνωδέων καὶ ἰσχυρῶν πάντων, [396] φλέβα τε κατ᾽ ἀγκῶνα τέμνεσθαι, σιγᾷν τε ὡς μάλιστα. ἐπιδέεσθαι δὲ εἰς τὸ χωρίον τὸ φλασθὲν σπλήνεσι μὴ πολυπτύχεσι, συχνοῖσι δὲ καὶ πολὺ πλατυτέροισι πάντα τοῦ φλάσματος. κηρωτῇ τε ὑποχρίειν ὀθονίοισί τε πλατέσι, σὺν ταινίῃσι πλατείῃσι καὶ μαλθακῇσι ἐπιδέειν. ἐρείδειν τε μετρίως, ὥστε μὴ κάρτα πεπιέχθαι φάναι τὸν ἐπιδεδεσμένον, μηδ᾽ αὖ χαλαρόν. ἄρχεσθαι δὲ τὸν

in thorace collecto, ea quae per linamenta fit curatione indiguerunt, et ad costae siderationem devenerunt. Sed et quibus carne circa costas contusa nihil tale supervenit, tardius tamen ii dolore liberantur quam quibus costa perfracta est, atque in his casibus dolor locum magis repetit. Proindeque nonnulli hujusmodi noxas ubi costa perfracta sit, magis negligunt. Quin etiam ii, si modo sapiant, diligentiorem curandi rationem desiderant. Nam et victui subtrahendum, totoque corpore quam maxime quiescere conducit, et venere abstinendum, tum eduliis pinguibus et quae faucium asperitatem inducant, tum etiam validis omnibus. Vena quoque in cubitu secanda et quam maxime habendum silentium. Supra locum contusum splenia non multiplicia, sed multa et tota contusione longe latiora inducere, tum cerato sublinere et linteis latis, fasciisque latis et mollibus devincire convenit modiceque apprimere, ut qui deligatur neque valde compressum vinculum, neque item laxum esse dicat. Primum autem ab ipso colliso or-

Ed. Chart. XII. [396. 397.] Foes. I. 817. Ed. Lind. II. (809 810)

ἐπιδέοντα κατὰ τὸ φλάσμα καὶ ἐρηρεῖσθαι ταύτῃ μάλιστα. τὴν δὲ ἐπίδεσιν ποιέεσθαι ὡς ἀπὸ δύο ἀρχέων, ἐπιδέειν τε ἵνα μὴ περιῤῥεπὲς τὸ δέρμα τὸ περὶ τὰς πλευρέας ἔῃ, ἀλλ' ἰσόῤῥοπον. ἐπιδέειν δὲ ἢ καθ' ἑκάστην ἡμέρην ἢ παρ' ἑτέρην. ἄμεινον δὲ καὶ τὴν κοιλίην μαλθάξαι κούφῳ τινὶ ὅσον κενώσιος εἵνεκεν τοῦ σίτου, καὶ ἐπὶ μὲν δέκα ἡμέρας ἰσχναίνειν, ἔπειτα ἀναθρέψαι τὸ σῶμα καὶ ἁπαλῦναι. [397] τῇ δὲ ἐπιδέσει, ἔστ' ἂν μὲν ἰσχναίνῃς, ἐρηρεισμένῃ μᾶλλον χρέεσθαι· ὁκόταν δὲ ἐς τὸν ἁπαλυσμὸν ἄγῃς, ἐπιχαλαρωτέρῃ. καὶ ἢν μὲν αἷμα ἀποπτύσῃ καταρχὰς, τεσσαρακονθήμερον τὴν μελέτην καὶ τὴν ἐπίδεσιν ποιέεσθαι χρή. ἢν δὲ μὴ πτύσῃ τὸ αἷμα, ἀρκέει εἴκοσιν ἡμέρῃσιν ἡ μελέτη ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. τῇ ἰσχύι δὲ τοῦ τρώματος τοὺς χρόνους προστεκμαίρεσθαι χρή. ὅσοι δ' ἂν ἀμελήσωσι τῶν τοιουτέων ἀμφιφλασμάτων, ἢν καὶ ἄλλο μηδὲν αὐτοῖσι φλαῦρον μέζον γένηται, ὅμως τό γε χωρίον ἀμφιφλασθὲν μυξωδεστέρην τὴν σάρκα ἴσχει ἢ πρόσθεν εἶχεν. ὅκου δέ τι τοιοῦτον ἐγκαταλείπεται καὶ (810) μὴ εὖ ἐξιποῦται τῇ γε ἀλθέξει φαυλότερον μὲν, ἢν παρ' αὐτὸ

diri vinculum debet, ibique maxime firmari. Et a media fascia injicienda deligatio, ita ut cutis quae circa costas est, neutram in partem inclinet, sed aequabili momento feratur singulisque diebus aut tertio quoque die deligandum. Praestat quoque alvum levi aliquo medicamento, quod eam dejiciat, mollire. Ac decem quidem diebus corpus extenuare, deinde rursus alere et implere. Sed dum extenuamus, adstrictior, ubi vero ad pleniorem habitum ducimus, paulo laxior deligatio adhibenda. Quod si ab initio quidem sanguinem expuat, quadraginta diebus circa curationem et deligationem diligentia adhibenda, alioqui fere viginti dierum curatio abunde est. Ex magnitudine autem vulneris, temporis ratio est ineunda. At qui hujusmodi contusa parvi fecerint, iis etsi nullum deterius malum contingit, at locus certe contusus mucosam magis quam antea carnem continet. Ac ubi quidpiam hujusmodi intus relinquitur, neque curatione quidem probe exprimitur, deterius certe se res habet, si circa os ipsum mucosum

Ed. Chart. XII. [397. 398.] Foës. I. 817. 818. Ed. Lind. II. (810.)
τὸ ὀστέον ἐγκαταλειφθῇ τὸ μυξῶδες. οὔτε γὰρ ἔτι ἡ σὰρξ ὁμοίως ἅπτεται τοῦ ὀστέου, τό τε ὀστέον νοσηλότερον γίνεται. σφακελισμοί τε χρόνιοι ὀστέου πολλοῖσιν ἤδη ἀπὸ τοιουτέων προφασίων ἐγένοντο. ἀτὰρ καὶ ἢν μὴ παρὰ τὸ ὀστέον, ἀλλ' αὐτὴ ἡ σὰρξ μυξώδης ἔῃ, ὅμως γοῦν ὑποστροφαὶ γίνονται καὶ ὀδύναι ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, ἤν τις τῷ σώματι τύχῃ πονήσας. διὰ τοῦτο τῇ ἐπιδέσει δέεσθαι χρὴ, ἅμα μὲν ἀγαθῇ, ἅμα δὲ πολὺ προσηκούσῃ, ἕως ἂν ξηρανθῇ μὲν καὶ ἀναποθῇ τουτὶ τὸ ἐκχύμωμα τὸ ἐν τῇ φλάσει γενόμενον, αὐξηθῇ δὲ σαρκὶ ὑγιέϊ τὸ χωρίον, αὔξηται δὲ τοῦ ὀστέου ἡ σάρξ. [398] οἷσι δ' ἂν ἀμεληθεῖσι χρονιωθῇ καὶ ὀδυνῶδες τὸ χωρίον γένηται καὶ ἡ σὰρξ ὑπόμυξος ἔῃ, τούτοισι καῦσις ἴησις ἀρίστη. καὶ ἢν μὲν αὐτὴ ἡ σὰρξ μυξώδης ἔῃ, ἄχρι τοῦ ὀστέου καίειν χρὴ, μὴ μὴν διαθερμανθῆναι τὸ ὀστέον. ἢν δὲ μεσηγὺ τῶν || πλευρέων ἔῃ, ἐπιπολῆς μὲν οὐδ' οὕτως χρὴ καίειν, φυλάσσεσθαι μέντοι μὴ διακαύσῃς πέρην. ἢν δὲ πρὸς τῷ ὀστέῳ δοκέῃ εἶναι τὸ φλάσμα καὶ ἔτι νεαρὸν ἔῃ καὶ μή πω σφακελίσῃ τὸ ὀστέον, ἢν μὲν κάρτα ὀλίγον ἔῃ,

relinquatur. Neque enim amplius aeque a carne os attingitur, osque morbis opportunius redditur, multisque jam ob ejusmodi causas ossa longo tempore vitiantur. Quod si non quae juxta os sunt, sed ipsa caro mucosa sit, sic quoque tamen subinde morborum et dolorum reversiones fiunt, si quis forte corpore sit affecto. Iccirco deligatione tum bona tum valde accommodata uti convenit, quoad quae in contuso facta est humoris effusio, exiccata et absorpta fuerit et locus integra carne expleatur, ossisque caro increscat. At quibus malum inveteravit, locusque dolore vexatur et caro aliquantum mucosa est iis ustio optime medetur. Et si quidem caro mucosa sit, ad os usque ustio pertingere debet, neque tamen os ipsum incalescere. Sin vero in intermediis costis fuerit, ne sic quidem in summo adurere convenit, ea tamen cautio adhibenda, ne adurendo in ulteriorem partem penetres. Quod si circa os contusio esse videatur, eaque adhuc recens sit neque dum vitiatum os fuerit, si valde exiguum quidem locum occupet, sic

Ed.Chart. XII. [398. 399.] Foës. I. 818. 819. Ed. Lind. II. (810.811.)

οὕτω καίειν χρὴ ὥσπερ εἴρηται. ἢν μέντοι παραμήκης ἔῃ ὁ μετεωρισμὸς ὁ κατὰ τὸ ὀστέον, πλείονας ἐσχάρας ἐμβάλλειν χρή. περὶ δὲ σφακελισμοῦ πλευρῆς ἅμα τῇ τῶν ἐμμότων ἰητρείῃ εἰρήσεται.

Ἢν δὲ μηροῦ ἄρθρον ἐξ ἰσχίου ἐκπέσῃ, ἐκπίπτει δὲ κατὰ τέσσαρας τρόπους, ἐς μὲν τὸ εἴσω πλειστάκις, εἰς δὲ τὸ ἔξω τῶν ἄλλων πλειστάκις, ἐς δὲ τὸ ὄπισθεν καὶ τὸ ἔμπροσθεν ἐκπί(811)πτει μὲν, ὀλιγάκις δέ. [399] οἷσι μὲν οὖν ἂν ἐκβῇ εἰς τὸ εἴσω, μακρότερον τὸ σκέλος φαίνεται παραβαλλόμενον πρὸς τὸ ἕτερον, διὰ δισσὰς προφάσιας εἰκότως. ἐπὶ μὲν γὰρ τὸ ἀπὸ τοῦ ἰσχίου πεφυκὸς ὀστέον τὸ ἄνω φερόμενον πρὸς τὸν κτένα ἐπὶ τούτου ἡ ἐπίβασις τῆς κεφαλῆς τοῦ μηροῦ γίνεται, καὶ ὁ αὐχὴν τοῦ ἄρθρου ἐπὶ τῆς κοτύλης ὀχέεται. ἔξωθέν τε αὖ ὁ γλουτὸς κοῖλος φαίνεται, ἅτε εἴσω ῥευσάσης τῆς κεφαλῆς τοῦ μηροῦ. τό τε αὖ κατὰ τὸ γόνυ τοῦ μηροῦ ἄκρον ἀναγκάζεται ἔξω ῥέπειν καὶ ἡ κνήμη καὶ ὁ πούς ὡσαύτως. ἅτε οὖν ἔξω ῥέποντος τοῦ ποδὸς, || οἱ ἰητροὶ δι' ἀπειρίην τὸν ὑγιέα πόδα πρὸς τοῦτον

velut dictum est adurere convenit: sin vero oblongus locus sit qui circa os attollitur, pluribus locis demittendum erit candens ferramentum. De costae autem sideratione, ubi curationem per linamenta tractabimus dicetur.

Femoris articulus ubi coxendice excidit, quatuor in partes promovetur in interiorem quidem saepissime, deinde in exteriorem, interdum vero in posteriorem et anteriorem, sed raro. Quibus igitur interiorem in partem excessit, iis crus alteri collatum, longius duabus de causis merito apparet. Ossi enim quod a coxendice procedit, et ad superiorem pectinis partem fertur, femoris caput insidet et articuli cervix in acetabulo fertur, exterioreque rursus parte nates excavatur, nimirum cum femoris caput in interiorem partem defluxerit. Summa item femoris pars ad genu et tibia similiter ac pes, in exteriorem partem ferri coguntur. Pede igitur extra vergente, medici imperiti huic sanum, non hunc sano admovent, ac iccirco crus offensum

Ed. Chart. XII. [399--401.] Foëſ. I. 819. Ed. Lind. II. (811. 812.)

προσίσχουσιν, ἀλλ' οὐ τοῦτον πρὸς τὸν ὑγιέα. διὰ τοῦτο πολὺ μακρότερον φαίνεται τὸ σιναρὸν τοῦ ὑγιέος. πολλαχῆ δὲ καὶ ἄλλη τὰ τοιαῦτα παρασύνεσιν ἔχει. [400] οὐδὲ μὴν οὐδὲ ξυγκάμπτειν δύναται κατὰ τὸν βουβῶνα ὁμοίως τῷ ὑγιεῖ. ἀτὰρ καὶ ψαυομένη ἡ κεφαλὴ τοῦ μηροῦ κατὰ τὸν περίνεον ὑπερογκέουσα εὔδηλός ἐστι. τὰ μὲν οὖν σημήϊα ταῦτά ἐστιν, οἷσιν ἂν εἴσω ἐκπεπτώκει ὁ μηρός. οἷσι μὲν ἂν οὖν ἐκπεσὼν μὴ ἐμπέσῃ, ἀλλὰ καταπορηθῇ καὶ ἀμεληθῇ, ἥ τε ὁδοιπορίη περιφοράδην τοῦ σκέλεος ὥσπερ τοῖς βουσὶ γίνεται καὶ ὄχλησις πλείστη αὐτοῖσιν ἐπὶ τοῦ ὑγιέος σκέλεός ἐστι, [401] καὶ ἀναγκάζονται κατὰ τὸν κενεῶνα ἢ κατὰ τὸ ἄρθρον τὸ ἐκπεπτωκὸς κυλλοὶ καὶ σκολιοὶ εἶναι κατὰ δὲ τὸ ὑγιὲς ἐς τὸ ἔξω ὁ γλουτὸς ἀναγκάζεται περιφερὴς εἶναι. εἰ γάρ τις ἔξω τῷ ποδὶ τοῦ ὑγιέος σκέλεος βαίνει, ἀπωθοίη ἂν τὸ σῶμα τὸ ἄλλο ἐς τὸ σιναρὸν σκέλος τὴν ὄχησιν ποιέεσθαι. τὸ δὲ σιναρὸν οὐκ ἂν δύναιτο ὀχέειν. πῶς γάρ; ἀναγ(812)κάζεται οὖν οὕτω κατὰ τοῦ ὑγιέος σκέλεος τῷ ποδὶ εἴσω βαίνειν, ἀλλὰ μὴ ἔξω. οὕτω γὰρ ὀχέει μάλιστα τὸ σκέ-

integro multo longius apparet. Multaque etiam alias in his hallucinatio ſubeſt. Sed neque ad inguen crus flectere ſimiliter atque ſanum poſſunt. Quin et femoris caput in interfemineo tactu prominere conſpicuum eſt. Ac his quidem indiciis femur interiorem in partem elapſum eſſe colligitur. Quibus igitur articulus elapſus fuerit, neque tentatus reponi potuerit aut neglectus fuerit, ii crus circumvolvendo velut boves ingrediuntur, plurimamque moleſtiam ſano crure ſuſtinent, coguntur que ad lateris inanitatem et prolapſum articulum incurvi et obliqui eſſe. In ſano vero crure nates rotunda eminere cogitur. Si quis etenim integri cruris pede in exteriorem partem converſo incederet, reliquum totum corpus in crus affectum, ut ab eo veheretur protruderet. At qui fieri poteſt ut crus affectum corpus ſuſtineat? Cogitur ergo hunc in modum integri cruris pede in interiorem partem, non exteriorem converſo ingredi. Hoc enim pacto crus ſanum tam eam cor-

Ed. Chart. XII. [401—403.] Foës. I. 819. Ed. Lind. II. (812.)

λος τὸ ὑγιὲς καὶ τὸ ἑωυτοῦ μέρος τοῦ σώματος καὶ τὸ τοῦ σιναροῦ σκέλεος μέρος. [402] κοιλαινόμενοι δὲ κατὰ τὸν κενεῶνα καὶ κατὰ τὰ ἄρθρα μικροὶ φαίνονται καὶ τῷ ξύλῳ ἀναγκάζονται ἀντερείδεσθαι πλάγιοι κατὰ τὸ ὑγιὲς σκέλος. δέονται γὰρ ἀντικοντώσιος ταύτῃ. ἐπὶ τοῦτο γὰρ οἱ γλουτοὶ ῥέπουσι καὶ τὸ ἄχθος τοῦ σώματος ὀχέεται ἐπὶ τοῦτο. ἀναγκάζονται δὲ καὶ ἐπικύπτειν. τὴν γὰρ χεῖρα τὴν κατὰ τὸ σκέλος τὸ σιναρὸν ἀναγκάζονται κατὰ πλάγιον τὸν μηρὸν ἐρείδειν. οὐ γὰρ δύναται τὸ σιναρὸν σκέλος ὀχέειν τὸ σῶμα ἐν τῇ μεταλλαγῇ τῶν σκελέων, ἢν μὴ κατέχηται πρὸς τὴν γῆν πιεζόμενον. ἐν τούτοισι γοῦν τοῖσι σχήμασι ἀναγκάζονται ἐσχηματίσθαι, οἷσιν ἂν εἴσω ἐκβὰν τὸ ἄρθρον μὴ ἐμ-[403]πέσῃ, οὐ προβουλεύσαντος τοῦ ἀνθρώπου ὅπως ἂν ῥήϊστα ἐσχηματισμένον ἔῃ. ἀλλ᾽ αὐτὴ ἡ ξυμφορὴ διδάσκει ἐκ τῶν παρεόντων τὰ ῥήϊστα αἱρέεσθαι. ἐπεὶ καὶ ὁκόσοι ἕλκος ἔχοντες ἐν ποδὶ ἢ κνήμῃ οὐ κάρτα δύνανται ἐπιβαίνειν τῷ σκέλεϊ πάντες, καὶ οἱ νήπιοι οὕτως ὁδοιπορέουσιν, ἔξω γὰρ βαίνουσι τῷ σιναρῷ σκέλει, καὶ δισσὰ κερδαίνουσι, δισσῶν

poris partem quae sibi, quam quae cruri affecto imminet maxime sustineat. Incurvati autem ad lateris inanitatem et articulos pusilli apparent, et ad latus cruris integri baculo inniti coguntur. Hac enim parte conti renixu indigent, cum in eam et nates inclinent et corporis pondus feratur. Inclinari item eos necesse est, cum manum e regione cruris affecti ad obliquum femur obfirmare cogantur. Neque enim crus affectum corpus sustinere potest, ubi per vices mutanda crura sunt, nisi ad terram appressum contineatur. His igitur figurationum modis uti coguntur, quibus intro prolapsus articulus minime reconditus fuerit, nihil providente aegro quonam habitu facillime consistat, cum casus ipse edoceat ex his qui ad manum sunt, eum qui maxime sit accommodatus eligere. Neque enim quibus ulcere pes aut tibia laborat, ii admodum crure incedere possunt, eodemque modo infantes gradiuntur. Affecto namque crure in exteriorem partem converso gressum faciunt. Ac duplex eis, quo opus habent

Ed. Chart. XII. [403–405.] Foëſ. I. 819. Ed. Lind. II. (812. 813.)

γὰρ δέονται. τό τε γὰρ σῶμα οὐκ ὀχέεται ὁμοίως ἐπὶ τοῦ ἔξω ἀποβαινομένου, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ εἴσω. οὐδὲ γὰρ κατ' ἰθυωρίην αὐτῷ γίνεται τὸ ἄχθος, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ ὑπερβαινομένου. κατ' ἰθυωρίην γὰρ αὐτῷ γίνεται τὸ ἄχθος, ἔν τε αὐτῇ τῇ ὁδοιπορίῃ καὶ τῇ μεταλλαγῇ τῶν σκελέων. ἐν τούτῳ τῷ σχήματι τάχιστ' ἂν δύναιτο ὑποτιθέναι τὸ ὑγιὲς σκέλος, ἢν τῷ μὲν (813) σιναρῷ ἐξωτέρω βαίνει, τῷ δὲ ὑγιεῖ ἐσωτέρω. περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος. ἀγαθὸν εὑρίσκεσθαι αὐτὸ ἑωυτῷ σῶμα ἐς τὰ ῥήϊστα τῶν σχημάτων. ὅσοισι μὲν οὖν μή πω τελειουμένοισιν ἐς αὔξησιν ἐκπεσὼν μὴ ἐμπέσῃ, γυιοῦται ὁ μηρὸς καὶ ἡ κνήμη καὶ ὁ πούς. οὔτε γὰρ τὰ ὀστᾶ ἐς τὸ μῆκος ὁμοίως αὔξεται, ἀλλὰ βραχύτερα γίνεται, μάλιστα δὲ τὰ τοῦ μηροῦ, [404] ἄσαρκόν τε ἅπαν τὸ σκέλος καὶ ἄμυον καὶ ἐκτεθηλυσμένον καὶ λεπτότερον γίνεται, ἅμα μὲν διὰ τὴν στέρησιν τῆς χώρης τοῦ ἄρθρου, ἅμα δὲ ὅτι ἀδύνατον χρέεσθαι ἐστὶν, ὅτι οὐ κατὰ φύσιν κέεται. [405] χρῆσις γὰρ μετεξετέρη ῥύεται τῆς ἄγαν ἐκθηλύνσιος. ῥύεται

commodum accedit. Neque enim corpus aeque ſuſtinetur eo crure quod inceſſu extra fertur, atque eo quod intro, cum ei e directo onus non incumbat, ſed multo magis illi quod in inceſſu ſupponitur. Huic ſi quidem tum in ipſo ingreſſu tum in alterna crurum permutatione e directo pondus incumbit, quod eo habitu crus ſanum celerrime ſupponi queat, ſi affecto quidem crure exterius, ſano interius ambulatio fiat. At quod ad praeſentem ſermonem attinet, non parvi eſt momenti habitum corpori quam accommodatiſſimum per ſe invenire. Qui igitur ad perfectum incrementum nondum devenere, iis ſi prolapſus articulus non reconditur, femur, tibia et pes breviora evadunt. Neque enim iis oſſa aeque in longum augentur, verum breviora fiunt, ac praecipue femur. Crusque totum carne vacuum, minime toroſum effeminatum et tenuius redditur, partim quidem quod ſua ſede privetur articulus, partim vero quod ſuo munere fungi nequeat, cum naturalem ſtatum non retineat. Uſus enim quidam nimiam mollitiem, tum etiam in quod in longum augeri prohibet,

δέ τι καὶ τῆς ἐπὶ μῆκος ἀναυξήσιος. κακοῦται μὲν οὖν μάλιστα οἷσιν ἂν ἐν γαστρὶ ἐοῦσιν ἐξαρθρήσῃ τοῦτο τὸ ἄρθρον· || δεύτερον δὲ οἷσιν ἂν ὡς νηπιωτάτοισιν ἐοῦσιν. ἥκιστα δὲ τοῖσι τετελειωμένοισιν. τοῖσι μὲν οὖν τετελειωμένοισιν εἴρηται οἵη τις ὁδοιπορίη γίνεται. οἷσι δ᾽ ἂν νηπίοισιν ἐοῦσιν, ἡ ξυμφορὴ αὕτη φαίνεται. οἱ μὲν πλεῖστοι καταβλακεύουσι τὴν διόρθωσιν τοῦ σώματος, ἀλλὰ κακῶς εἰλέονται ἐπὶ τὸ ὑγιὲς σκέλος, τῇ χειρὶ πρὸς τὴν γῆν ἀπερειδόμενοι τῇ κατὰ τὸ ὑγιὲς σκέλος. καταβλακεύουσι δὲ ἔνιοι τὴν ἐς τὸ ὀρθὸν ὁδοιπορίην, καὶ οἷσιν ἂν τετελειωμένοισιν αὕτη ἡ ξυμφορὴ γένηται. ὁκόσοι δ᾽ ἂν νήπιοι ὄντες ταύτῃ τῇ ξυμφορῇ χρησάμενοι ὀρθῶς παιδαγωγηθῶσι, τῷ μὲν ὑγιεῖ σκέλεϊ χρέονται ἐς ὀρθόν. ὑπὸ δὲ τὴν μασχάλην τὴν κατὰ τὸ ὑγιὲς σκέλος σκίπωνα περιφέρουσι. μετεξέτεροι δὲ καὶ ὑπ᾽ ἀμφοτέρας τὰς χεῖρας. τὸ δὲ σιναρὸν σκέλος μετέωρον ἔχουσι, [406] καὶ τοσούτῳ ῥηΐους (814) εἰσὶ, ὅσῳ ἂν αὐτοῖσιν ἔλασσον τὸ σκέλος τὸ σιναρὸν ἔῃ. τὸ δὲ ὑγιὲς ἰσχύει αὐτέοισιν οὐδὲν ἧσσον ἢ εἰ καὶ ἀμφότερα ὑγιέα ἦν. θηλύνονται δὲ πᾶσι τοῖσι

quodammodo tollit. Graviffime igitur habent, quibus dum in utero continentur, elabitur hic articulus. Secundum hos, quibus in fumma infantia idem contingit. Minime vero omnium qui adulti iftud perpeffi funt. Ac adulti quidem qua ratione incedant, dictum eft. Quos vero adhuc in infantia hic cafus detinet, plerique quidem in dirigendo corpore negligenter fe gerunt, maleque ad fanum crus convolvuntur, manu, quae e regione ejus eft fe ad terram obfirmantes. Quin etiam adulti nonnulli qui hac calamitate vexantur, rectam ambulationem fegniter curant. At qui in infantia hanc calamitatem experiuntur, ii fi liberaliter educati fuerint fano quidem crure recto utuntur, verum fcipionem alae quae fano cruri refpondet fuppofitum circumferunt. Quidam etiam utrique alae fcipionem fubjiciunt, crus vero affectum fufpenfum detinent, quoque id brevius eft, eo levius habent. Sano autem crure nihilo minus habent roboris, quam fi integrum utrumque effet.

Ed. Chart. XII. [406.] Foës. I. 820. Ed. Lind. II. (814.)

τοιούτοισιν αἱ σάρκες τοῦ σκέλεος, μᾶλλον δ' ἔτι θηλύνονται αἱ τοῦ ἔξω μέρεος ἢ αἱ ἐκ τοῦ εἴσω ὡς ἐπὶ πολύ. μυθολογοῦσι δέ τινες ὅτι αἱ Ἀμαζονίδες τὸ ἄρσεν γένος τὸ ἑωυτῶν αὐτίκα νήπιον ἐὸν ἐξαρθρέουσιν, αἱ μὲν κατὰ γούνατα, αἱ δὲ κατὰ τὰ ἰσχία, ὡς δῆθεν χωλὰ γίνοιτο καὶ μὴ ἐπιβουλεύοι τὸ ἄῤῥεν γένος τῷ θήλει. χειρώναξιν ἄρα τούτοισι χρέονται, ὁκόσα ἢ σκυτίης ἔργα ἢ χαλκείης ἢ ἄλλο τι ἑδραῖον ἔργον. εἰ μὲν οὖν ἀληθέα ταῦτά ἐστι ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδα, ὅτι δὲ γενοίατο ἂν τοιαῦτα οἶδα, εἴ τις ἐξαρθρέοι αὐτίκα νήπια ἐόντα. κατὰ μὲν οὖν τὰ ἰσχία μέζον τὸ διάφορόν ἐστιν εἰς τὸ εἴσω ἢ ἐς τὸ ἔξω ἐξαρθρῆσαι, κατὰ γούνατα δὲ διαφέρει μέν τι, ἔλασσον δέ τι διαφέρει. τρόπος δὲ ἑκατέρου τοῦ χωλώματος ἴδιός ἐστι. γυιοῦνται γὰρ μᾶλλον οἷσιν ἂν ἐς τὸ ἔξω ἐξαρθρήσῃ. ὀρθοὶ δὲ ἧσσον ἵστανται οἷσιν ἂν εἰς τὸ εἴσω ἐξαρθρήσῃ. ὡσαύτως δὲ καὶ εἰ παρὰ τὸ σφυρὸν ἐξαρθρήσῃ, ἢν μὲν εἰς τὸ ἔξω μέρος, κυλλοὶ μὲν

Ejusmodi tamen omnibus cruris carnes emolliuntur, eaeque ut plurimum exteriore parte magis quam interiore. Ferunt autem nonnulli Amazonas masculam suam prolem statim ab infantia, partim ad genua partim ad coxendices, luxare consuevisse, quo videlicet claudi fierent ac neque mares foeminis insidias tenderent, eisque ad manuarias operas uterentur, et coriariam, fabrilem et quodvis aliud sedentarium opus exercerent. Quae quidem vera necne sint ignoro. At quod ista contingant quibus statim ab infantia articuli luxantur, certo scio. In coxis quidem certe in interioremne partem, an in exteriorem elabatur articulus multum interest. In genibus vero interest etiam nonnihil, sed minus tamen. Suus autem utrique prius proprius claudicationis modus inest. Brevioribus enim sunt membris quibus exteriorem in partem prolapsus articulus fuerit. Recti autem minus stant, quibus in interiorem partem exciderit. Eodem quoque modo si ad malleolum luxatio contingat, quibus in exteriorem partem excidit, ii quidem vari fiunt, verum stare possunt. At quibus in in-

Ed. Chart. XII. [406. 407.] Foëſ. I. 820. 821. Ed. Lind. II. (814. 815.)
γίνονται, ἑστάναι δὲ δύνανται· ἢν δὲ ἐς τὸ εἴσω μέρος, βλαισσοὶ μὲν γίνονται, ἧσσον δὲ ἑστάναι δύνανται.

[407] || Ἥ γε μὴν ξυναύξησις τῶν ὀστέων τοιήδε γίνεται. οἷσι μὲν οὖν κατὰ τὸ σφυρὸν ὀστέον τὸ τῆς κνήμης ἐκστῇ, τούτοισι μὲν τὰ τοῦ ποδὸς ὀστέα ἥκιστα ξυναύξεται. ταῦτα γὰρ ἐγγυτάτω τοῦ τρώματός εἰσι. τὰ δὲ τῆς κνήμης ὀστέα αὔξεται μὲν, οὐ πολὺ δὲ ἐνδεεστέρως, αἱ μέντοι σάρκες μινύθουσιν. οἷσι δ᾽ ἂν κατὰ μὲν τὸ σφυρὸν (815) μένῃ τὸ ἄρθρον κατὰ φύσιν, κατὰ δὲ τὸ γόνυ ἐξεστήκῃ, τούτοισι τὸ τῆς κνήμης ὀστέον οὐκ ἐθέλοι ξυναύξεσθαι ὁμοίως, ἀλλὰ βραχύτατον γίνεται. τοῦτο γὰρ ἐγγυτάτω τοῦ τρώματός ἐστιν. τοῦ μέντοι ποδὸς τὰ ὀστέα μινύθει μὲν, ἀτὰρ οὐχ ὁμοίως ὥσπερ ὀλίγον τι πρόσθεν εἴρηται, ὅτι τὸ ἄρθρον τὸ παρὰ τὸν πόδα σῶόν ἐστιν. εἰ δέ οἱ χρέεσθαι ἠδύνατο, ὥσπερ καὶ τῷ κυλλῷ, ἔτι ἂν ἧσσον ἐμινύθη τὰ τοῦ ποδὸς ὀστέα τούτοισιν. οἷσι δ᾽ ἂν κατὰ τὸ ἰσχίον ἐξάρθρησις γένηται, τούτοισι τοῦ μηροῦ τὸ ὀστέον οὐκ ἐθέλει ξυναύξεσθαι ὁμοίως. τοῦτο γὰρ ἐγγυτάτω τοῦ τρώματός ἐστιν, ἀλλὰ βραχύτερον τοῦ ὑγιέος γίνεται. τὰ μέντοι τῆς κνήμης ὀστέα οὐχ ὁμοίως

teriorem partem articulus prolapſus eſt, ii valgi quidem efficiuntur, minus vero ſtare queunt.

At vero quaenam oſſa augeantur, res ſic ſe habet. Quibus quidem ad malleolum tibiae os loco motum eſt, iis certe pedis oſſa, quod proxime vulneri juncta ſint minimum augentur. Tibiae vero oſſa augentur quidem, neque certe multo minore copia, verum carnes imminuuntur. At cum articulus ad malleolum ſua ſede ſecundum naturam manſerit, ad genu vero ſuo loco emotus fuerit, iis tibiae os, quod vulneri ſit proximum, non aeque augeri, ſed brevius reddi conſuevit. Pedis autem oſſa imminuuntur quidem, verum non aeque ac paulo ante dictum eſt, cum pedis articulus integer maneat. Quod ſi eo etiam, ſicuti cum varus eſt, uti poſſent, iis adhuc minus pedis oſſa imminuerentur. Quibus vero coxendicis articulus luxatur, iis femoris os, quod proxime vulnus attingat, non aeque augeri ſolet, ſed ſano brevius redditur. His tamen neque tibiae os, neque pedis oſſa

Ed. Chart. XII. [407. 408.] Foës. I. 821. Ed. Lind. II. (815. 816.)

τούτοισιν ἀναυξέα γίνεται, οὐδὲ τὰ τοῦ ποδός. διὰ τοῦτο δὲ, ὅτι τὸ τοῦ μηροῦ ἄρθρον τὸ παρὰ τὴν κνήμην ἐν τῇ ἑωυτοῦ φύσει μένει καὶ τὸ τῆς κνήμης τὸ παρὰ τὸν πόδα. σάρκες μέντοι μινύθουσι παντὸς τοῦ σκέλεος τούτοισιν. εἰ μέντοι χρέεσθαι τῷ σκέλει ἐδύναντο, ἔτι ἂν μᾶλλον τὰ ὀστέα ξυνηυξάνετο, ὡς καὶ πρόσθεν εἴρηται, πλὴν τοῦ μηροῦ, ἢν ἧσσον ἄσαρκα ἔη. ἀσαρκότερα δὲ πολλῷ ἢ ὑγιέα ἦν. σημήϊον δὲ ὅτι τοιαῦτά ἐστιν. ὁκόσοισι [408] γὰρ τοῦ βραχίονος ἐκπεσόντος γαλιάγκωνες ἐγένοντο ἐκ γενεῆς ἢ καὶ ἐν αὐξήσει πρὶν τελειωθῆναι, οὗτοι τὸ μὲν ὀστέον τοῦ βραχίονος βραχὺ ἴσχουσι, τὸν δὲ πῆχυν καὶ ἄκρην τὴν χεῖρα ὀλίγῳ ἐνδεεστέρην τοῦ ὑγιέος, διὰ ταύτας τὰς προφάσιας τὰς εἰρημένας, ὅτι ὁ μὲν βραχίων ἐγγυτάτω τοῦ ἄρθρου τοῦ τρώματός ἐστιν, ὥστε διὰ τοῦτο βραχύτερος γέγονεν. (816) ὁ δ᾽ αὖ πῆχυς διὰ τοῦτο οὐχ ὁμοίως ἐνακούει τῆς ξυμφορῆς, ὅτι τὸ βραχίονος ἄρθρον τὸ πρὸ τοῦ πήχεος ἐν τῇ ἀρχαίῃ φύσει μένει. ἥ τε αὖ χεὶρ ἔτι τηλοτέρῳ ἄπεστιν ἢ ὁ πῆχυς ἀπὸ τῆς ξυμφορῆς. διὰ ταύτας οὖν τὰς εἰρημένας προφάσιας τῶν ὀστέων τά τε μὴ συναυξόμενα οὐ συναύξεται, τό τε ξυναυξόμενον ξυναύ-

eodem modo augeri prohibentur. Quod ideo accidit, quod femoris articulus, qui cum tibia committitur, et tibiae, qui cum pede, ſua naturali ſede manet: iis tamen totius cruris carnes imminuuntur. Quod ſi crure uti poſſent, etiam magis oſſa augerentur, velut prius quoque dictum eſt, femore excepto, minusque carne deſtituerentur, quamvis id multo magis quam ſanis contingat. Cui rei indicio ſunt qui a prima origine aut antequam ad perſectum incrementum devenerint, brachio luxato muſtelae cubito praediti evadunt. Hi ſi quidem os brachii breve, cubitum vero ac ſummam manum ſanis paulo exiliora habent, idque ob antedictas cauſas, quod brachium cum laeſo articulo proximum ſit, iccirco brevius redditur. Cubitus autem non ideo noxae aeque patet, quod brachii articulus qui ad cubitum eſt, priſtinam naturam retineat. Manusque rurſus etiam longius a noxa quam cubitus abeſt. Has igitur ob cauſas enumeratas oſſa quaedam incremento deſtitui, quaedam etiam incremen-

Ed. Chart. XII. [408. 409.] Foës. I. 821. 822. Ed. Lind. II. (816.)

ξεται. ἐς δὲ τὸ εὔσαρκον τῇ χειρὶ καὶ τῷ βραχίονι ἡ ταλαιπωρίη τῆς χειρὸς μέγα προσωφελήσει. ὅσα γὰρ χειρῶν ἔργα ἐστὶ, τὰ πλεῖστα προθυμέονται οἱ γαλιάγκωνες ἐργάζεσθαι τῇ χειρὶ ταύτῃ, ὅσα καὶ τῇ ἑτέρῃ δύνανται οὐδὲν ἐνδεεστέρως τοῦ ἀσινέος. οὐ γὰρ δεῖ ὀχέεσθαι τὸ σῶμα ἐπὶ τῶν χειρῶν, ὡς ἐπὶ τῶν σκελέων, ἀλλὰ κοῦφα αὐτοῖσι τὰ ἔργα ἐστί. διὰ δὲ τὴν χρῆσιν οὐ μινύθουσιν αἱ σάρκες αἱ κατὰ τὴν χεῖρα καὶ κατὰ τὸν πῆχυν τοῖσι γαλιάγκωσιν, ἀλλὰ καὶ ὁ βραχίων τι προσωφελέεται ἐς εὐσαρκίην διὰ ταῦτα. ὅταν δὲ ἰσχίον ἐκπαλὲς γένηται ἐς τὸ εἴσω μέρος ἐκ γενεῆς ἢ καὶ ἔτι νηπίῳ ἐόντι, μινύθουσιν αἱ σάρκες διὰ τοῦτο μᾶλλον ἢ τῆς χειρὸς, ὅτι οὐ δύνανται χρέεσθαι τῷ σκέλει. μαρτύριον δέ τι ἓν ἔσται ἐν τοῖσιν ὕστερον εἰρημένοισιν, ὅτι ταῦτα τοιαῦτά ἐστιν.

[409] || Ὁκόσοισι δ᾽ ἂν ἐς τὸ ἔξω ἡ τοῦ μηροῦ κεφαλὴ ἐκβῇ, τούτοισι βραχύτερον μὲν τὸ σκέλος φαίνεται παρατεινόμενον παρὰ τὸ ἕτερον εἰκότως. οὐ γὰρ ἐπ᾽ ὀστέον ἡ ἐπίβασις τῆς κεφαλῆς τοῦ μηροῦ ἐστιν, ὡς ὅτε εἴσω ἐξέπιπτεν,

tum ſuſcipere contingit. Ad pleniorem autem manus et brachii habitum multum manus labor profuerit. Qui namque muſtelae cubito praediti ſunt, manuarias operas quas etiam altera manu praeſtant, ut plurimum hac manu ſuſcipiunt, idque nihil pejus quam altera. Neque enim manibus ut cruribus, corporis onus fertur, ſed ſunt levia earum opera. Ob exercitationem autem neque in manu, neque in cubito iis qui muſtelae cubitum habent, carnes imminuuntur. Quin etiam brachium ad pleniorem habitum inde nonnihil juvatur. At ubi coxendicis articulus a primo ortu, aut etiam in ipſa infantia ſua compage emotus, ad interiorem partem inclinarit, carnes eam ob cauſam magis quam in manu imminuuntur, quod ii crure uti nequeant. Atque haec ita ſe habere quae paulo poſt dicentur quodammodo teſtabuntur.

At quibus in exteriorem partem femoris caput exceſſit, iis crus juxta alterum extenſum merito quidem brevius apparet. Neque enim femoris caput, velut cum intro luxabatur

Ed. Chart. XII. [409.] Foës. I. 822. Ed. Lind. II. (816. 817.)
ἀλλὰ παρ᾽ ὀστέον παρεγκεκλιμένην τὴν φύσιν ἔχον. ἐν σαρκὶ δὲ στηρίζεται ὑγρῇ καὶ ὑπεικούσῃ, διὰ τοῦτο μὲν βραχύτερον φαίνεται. ἔσωθεν δὲ (817) ὁ μηρὸς παρὰ τὴν πληχάδα καλεομένην κυλλότερος καὶ σαρκότερος γίνεται. ἔξωθεν δὲ ὁ γλουτὸς κυρτότερος, ἅτε ἐς τὸ ἔξω τῆς κεφαλῆς τοῦ μηροῦ ὀλισθηκυίας. ἀτὰρ καὶ ἀνωτέρω φαίνεται ὁ γλουτὸς, ἅτε ὑπειξάσης τῆς σαρκὸς τῆς ἐνταῦθα τῇ τοῦ μηροῦ κεφαλῇ. τὸ δὲ παρὰ τὸ γόνυ τοῦ μηροῦ ἄκρον εἴσω ῥέπον φαίνεται καὶ ἡ κνήμη καὶ ὁ πούς. ἀτὰρ οὐδὲ ξυγκάμπτειν ὥσπερ τὸ ὑγιὲς σκέλος δύνανται. τὰ μὲν οὖν σημήϊα ταῦτα τοῦ ἔξω ἐκπεπτωκότος μηροῦ εἰσιν. οἷσι μὲν οὖν τετελειωμένοισιν ἤδη ἐκπεσὸν τὸ ἄρθρον μὴ ἐμπέσῃ, τούτοισι βραχύτερον μὲν φαίνεται τὸ σύμπαν σκέλος. ἐν δὲ τῇ ὁδοιπορίῃ τῇ μὲν πτέρνῃ οὐ δύνανται καθικνέεσθαι ἐπὶ τῆς γῆς, τῷ δὲ στήθεϊ τοῦ ποδὸς βαίνουσιν ἐπὶ τὴν γῆν. ὀλίγον δὲ εἰς τὸ ἔσω μέρος ῥέπουσι τοῖσι δακτύλοισιν ἄκροισιν. ὀχέειν δὲ δύναται τὸ σῶμα τὸ σιναρὸν σκέλος τούτοισι πολλῷ μᾶλλον ἢ οἷσιν ἂν ἐς τὸ εἴσω μέρος ἐκπεπτώκῃ, ἅμα μὲν ὅτι ἡ κεφαλὴ τοῦ

offi infidet, fed juxta os quod natura inclinatum eft, in carne humida et cedente firmatur, ideoque brevius apparet. Interiore vero parte ad locum inter crura medium, greffuram et πληχάδα nominant, femur magis contrahitur et gracilius evadit. Exteriore autem parte nates in gibbum magis extumefcit, extra nimirum femoris capite elapfo. Quin et fuperior nates apparet, eo quod hac parte caro femoris capiti cedit. Extrema vero femoris pars ad genu et tibia et pes introrfum fpectare confpiciuntur. Verum neque inflectere perinde ac fanum crus poffunt. Atque haec quidem funt extra prolapfi femoris notae. Quibus igitur jam adultis luxatus articulus reconditus non fuerit, iis crus totum brevius confpicitur, neque ingreffu terram calce contingere poffunt, fed ima planta terrae infiftunt, paululumque fummis digitis interiorem in partem tendunt. Atque in his longe melius crus laefum corpus ferre poteft, quam quibus in interiorem partem luxatio facta eft, partim quidem quod

Ed. Chart. XII. [409. 411.] Foes. I. 822. Ed. Lind. II. (817. 818.)

μηροῦ καὶ ὁ αὐχὴν τοῦ ἄρθρου πλάγιος φύσει πεφυκὼς ὑπὸ συχνῷ μέρει τοῦ ἰσχίου τὴν ὑπόστασιν πεποίηται, ἅμα δὲ ὅτι ἄκρος ὁ πούς οὐκ ἐς τὸ ἔξω μέρος ἀναγκάζεται ἐγκεκλεῖσθαι, ἀλλ' ἐγγύς ἐστι τῆς ἰθυωρίης τῆς κατὰ τὸ σῶμα καὶ τείνει καὶ ἐσωτέρω. [411] ὅταν μὲν οὖν τρίβον λάβῃ τὸ ἄρθρον ἐν τῇ σαρκὶ εἰς ἣν ἐξεκλείσθη, ἡ δὲ σὰρξ γλισχρανθῇ, ἀνώδυνον τῷ χρόνῳ γίνεται. ὅταν δὲ ἀνώδυνον γένηται, δύνανται μὲν ὁδοιπορέειν ἄνευ ξύλου, ἢν ἄλλως βούλωνται, δύνανται δὲ ὀχέειν τὸ σῶμα ἐπὶ τὸ σιναρὸν σκέλος. δι' οὖν τὴν χρῆσιν ἧσσον τοῖσι τοιούτοισιν ἐκ(818)θηλύνονται αἱ σάρκες ἢ οἷσιν ὀλίγον πρόσθεν εἴρηται. ἐκθηλύνονται δὲ ἢ πλεῖον ἢ ἔλασσον. μᾶλλον δ' ἔτι ἐκθηλύνονται κατὰ τὸ εἴσω μέρος ἢ κατὰ τὸ ἔξω ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. τὸ μέντοι ὑπόδημα μετεξέτεροι τούτων ὑποδέεσθαι οὐ δύνανται διὰ τὴν ἀκαμπίην τοῦ σκέλεος, οἱ δέ τινες καὶ δύνανται. οἷσι δὲ ἂν ἐν γαστρὶ ἐοῦσιν ἐξαρθρήσῃ τοῦτο τὸ ἄρθρον ἢ ἔτι ἐν αὐξήσει ἐοῦσι βίῃ ἐκπεσὸν ἤδη μὴ διεμπέσῃ ἢ καὶ ὑπὸ νόσου ἐξαρθρήσῃ τοῦτο τὸ ἄρθρον καὶ ἐκπαλήσῃ, πολλὰ γὰρ

femoris caput et articuli cervix, quae naturaliter obliqua est, majori coxae parti subjecta est, partim vero quod summus pes in exteriorem partem inclinari non cogitur, sed prope ad rectitudinem corporis accedit, et interiorem in partem etiam convertitur. Quum igitur articulus carnis locum in quem elapsus est, consuetudine tritum fecerit, et caro lentorem contraxerit, temporis tractu doloris expers evadit. Tuncque, si velint, absque baculo incedere possunt, et corpus affecto crure sustentare. Iis ergo, eo quod crure utuntur minus quam quibus paulo ante dictum est, carnes emolliuntur, idque plus aut minus contingit. Fere autem magis ad interiorem partem quam exteriorem effoeminantur. Ac eorum quidem nonnulli, quod crus flectere non possint, calceum sibi inducere nequeunt. Quidam etiam id possunt. At quibus in matris utero hic articulus sua sede emotus fuerit, aut cum adhuc augentur, vi exciderit neque reconditus fuerit, aut etiam morbo elapsus atque sua compage motus fuerit, horum enim pleraque contingunt, eorum

Ed. Chart. XII. [411. 412.] Foës. I. 822. 823. Ed. Lind. II. (818. 819.)

τοιαῦτα γίνεται, καὶ ἐνίων μὲν τῶν τοιούτων ἢν ἐπισφακελίσῃ ὁ μηρὸς, ἐμπυήματα χρόνια καὶ ἔμμοτα γίνεται καὶ ὀστέων ψιλώσιες ἐνίοισιν. ὁμοίως δὲ καὶ οἷσιν ἐπισφακελίζει καὶ οἷσι μὴ ἐπισφακελίζει τοῦ μηροῦ τὸ ὀστέον, πολλῷ βραχύτερον γίνεται καὶ οὐκ ἐθέλει ξυναύξεσθαι, ὥσπερ τοῦ ὑγιέος. τὰ μέντοι τῆς κνήμης βραχύτερα μὲν γίνεται ἢ τὰ τῆς ἑτέρης, ὀλίγῳ δὲ διὰ τὰς αὐτὰς προφάσιας, αἳ καὶ πρόσθεν εἴρηνται. ὁδοιπορέειν δὲ δύνανται οἱ τοιοῦτοι. οἱ μέν τινες αὐτῶν τοῦτον τὸν τρόπον, ὥσπερ οἷσι τετελειωμένοισιν ἐξέπεσε καὶ μὴ ἐνέπεσεν. οἱ δὲ καὶ βαίνουσι μὲν παντὶ τῷ ποδὶ, [412] διαῤῥέπουσι δὲ ἐν τῇσιν ὁδοιπορίῃσιν, ἀναγκαζόμενοι διὰ τὴν βραχύτητα τοῦ σκέλεος. ταῦτα δὲ τοιαῦτα γίνεται ἢν ἐπιμελῶς μὲν παιδαγωγηθῶσιν ἐν τοῖσι σχήμασι καὶ ὀρθῶς ἐν οἷσι δεῖ, πρὶν κρατηθῆναι ἐς τὴν ὁδοιπορίην, ἐπιμελέως δὲ καὶ ὀρθῶς ἐπὴν κρατηθῶσιν. πλείστης δὲ || ἐπιμελείης δέονται οἷσιν ἂν νηπιωτάτοισιν ἐοῦσιν αὕτη ἡ ξυμφορὴ γένη(819)ται. ἢν γὰρ ἀμεληθῶσι νήπιοι ἐόντες,

quidem nonnullis, si sideratum femur fuerit, suppurationes diuturnae et quae curationem per linamenta desiderent, contingunt, quibusdam etiam ossa nudantur. Eodem vero modo tum quibus sideratur os femoris, tum quibus non sideratur multo brevius redditur, ac neque velut sanum augeri solet. Hujus etiam tibiae ossa paulo quidem quam alterius breviora evadunt, ob easdem causas, quae etiam antea sunt commemoratae. Atque hi incedere possunt, nonnulli quidem eo modo, quo quibus jam adultis elapsus articulus reconditus non fuit, quidam etiam toto pede insistunt, inter ambulandum tamen ob cruris brevitatem, utramque in partem inclinari coguntur. Haec autem sic contingunt, ubi in his quae ad corporis habitum spectant, diligenter et in quibus oportet recte fuerint a pueris educati, prius quam ad ambulationem confirmenter, ac nihilominus etiam diligenter et recte ubi confirmati fuerint. Summam vero curam postulant, quibus in prima infantia hic casus incidit. Si enim ea in infantia negligantur, iis totum crus prorsus in

Ed. Chart. XII. [412—414.] Foës. I. 823. Ed. Lind. II. (819.)
ἀχρήϊον παντάπασιν καὶ ἀναυξὲς ὅλον τὸ σκέλος γίνεται. αἵ τε σάρκες τοῦ σύμπαντος σκέλεος μινύθουσι μᾶλλον ἢ τοῦ ὑγιέος. πάνυ μὴν πολλῷ ἧσσον τούτοισι μινύθουσιν ἢ οἷσιν ἂν εἴσω ἐκπεπτώκῃ διὰ τὴν χρῆσιν καὶ τὴν ταλαιπωρίην. οἷον εὐθέως δύνασθαι χρέεσθαι τῷ σκέλεϊ, ὡς καὶ πρόσθεν ὀλίγον ἐπὶ τῶν γαλιαγκώνων εἴρηται. εἰσὶ δέ τινες ὧν τοῖσι μὲν ἐκ γενεῆς αὐτίκα, τοῖσι δὲ καὶ ὑπὸ νούσου ἀμφοτέρων τῶν σκελέων ἐξέστη τὰ ἄρθρα ἐς τὸ ἔξω μέρος. τούτοισιν οὖν τὰ μὲν ὀστέα ταὐτὰ παθήματα πάσχει, αἱ μέντοι σάρκες ἥκιστα ἐκθηλύνονται. εὔσαρκα δὲ καὶ τὰ σκέλεα γίνονται πλὴν εἴ τι ἄρα κατὰ τὸ εἴσω μέρος ἐλλείποι ὀλίγον. διὰ τοῦτο δὲ εὔσαρκά ἐστιν, ὅτι ἀμφοτέροισι τοῖσι σκέλεσιν ὁμοίως ἡ χρῆσις γίνεται. [413] ὁμοίως γὰρ σαλεύουσιν ἐν τῇ ὁδοιπορίῃ ἔνθα καὶ ἔνθα, ἐξεχέγλουτοι δὲ οὗτοι ἰσχυρῶς φαίνονται διὰ τὴν ἔκστασιν τῶν ἄρθρων. ἢν δὲ μὴ ἐπισφακελίσῃ αὐτοῖσι τὰ ὀστέα, μηδὲ κῦφοι ἀνωτέρω τῶν ἰσχίων γένωνται, ἐνίους γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα καταλαμβάνει. ἢν οὖν μὴ τοιοῦτόν τι γένηται, ἱκανῶς ὑγιηροὶ τἄλλα διαφέρονται, [414]

utile et incrementi expers redditur, ac univerſi cruris carnes magis imminuuntur quam ſani. At multo ſane minus quam quibus interiorem in partem exciderit, idque ob uſum et laborem, iſta ut ſtatim uti crure valeant, velut etiam de his qui muſtelae cubito praediti ſunt paulo ante dictum eſt. Nonnullis quoque partim quidem ſtatim a prima origine, partim vero ſub morbo, amborum crurum articuli exteriorem in partem prolapſi ſunt. Iis igitur oſſa quidem hujusmodi vitiis patent, at carnes minime effoeminantur. Sed et pleniora crura evadunt, niſi ſi quid interiore parte paulum deficit. Eam vero ob cauſam pleniora ſunt, quod utroque crure pariter utuntur. Eodem enim modo inter ambulandum ab utraque parte jactantur, iique valde prominentibus natibus conſpiciuntur, eo quod articuli ſuo loco exceſſerunt. Quod ſi neque his oſſa vitientur, neque gibboſi ſupra coxendices evadant, quosdam enim hujusmodi vitia prehendunt. Niſi ergo tale quid contingat, de caetero ſatis

Ed. Chart. XII. [414—417.] Foës. I. 823. Ed. Lind. II. (819. 820.)
ἀναυξέστεροι μέντοι τὸ πᾶν σῶμα οὗτοι γίνονται, πλὴν τῆς κεφαλῆς.

Ὅσοισι δ᾽ ἂν εἰς τοὔπισθεν ἡ κεφαλὴ τοῦ μηροῦ ἐκπέσοι, ὀλίγοισι δὲ ἐκπίπτει, οὗτοι ἐκταννύειν οὐ δύνανται τὸ σκέλος οὔτε κατὰ τὸ ἄρθρον τὸ ἐκπεσὸν οὔτε τι κάρτα κατὰ τὴν ἰγνύην. ἀλλ᾽ ἥκιστα τῶν ἐκ παλαιῶν, οὗτοι μᾶλλον ἐκταννύουσι καὶ τὸ κατὰ τὸν βουβῶνα καὶ τὸ κατὰ τὴν ἰγνύην ἄρθρον. (820) [416] προσξυνιέναι μὲν οὖν καὶ τόδε χρή. εὔχρηστον γὰρ καὶ πολλοῦ ἄξιόν ἐστιν καὶ τοὺς πλείστους λήθει, ὅτι οὔτε ὑγιαίνοντες δύνανται κατὰ τὴν ἰγνύην ἐκταννύειν τὸ ἄρθρον, ἢν μὴ ξυνεκταννύουσι καὶ τὸ κατὰ τὸν βουβῶνα ἄρθρον, πλὴν ἢν μὴ πάνυ ἄνω ἀείρωσι τὸν πόδα. οὕτω δ᾽ ἂν δύναιντο. οὗτοι τοίνυν οὐδὲ ξυγκάμπτειν δύνανται τὸ κατὰ τὴν ἰγνύην ἄρθρον ὁμοίως, ἀλλὰ πολὺ χαλεπώτερον, ἢν μὴ συγκάμψωσι καὶ τὸ κατὰ τὸν βουβῶνα ἄρθρον. [417] πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα κατὰ τὸ σῶμα τοιαύτας ἀδελφίξιας ἔχει καὶ κατὰ νεύρων ξυντάσιας καὶ κατὰ μυῶν σχήματα καὶ πλεῖστά τε καὶ πλείστου ἄξια γινώσκεσθαι ἢ

salubriter vitam traducunt. Minus tamen ii reliquo corpore, capite excepto, incrementi suscipiunt.

At quibus posteriorem in partem femoris caput elapsum est, quod paucis contingit, ii neque ad articulum luxatum, neque admodum ad poplitem crus extendere possunt. Atque id multo minus, quam quidem hoc vitium jam pridem contingit, quod hi inguinis et poplitis articulum magis extentendere possint. Praeterea etiam illud animadvertendum, quod et valde utile et magni est momenti ac plerosque latet, neque sanos poplitis articulum extendere posse, nisi una quoque inguinis articulum extendant, praeterquam si pedem valde sustollant: sic enim posse. Hi ergo neque eodem modo poplitis articulum, sed multo aegrius flectere possunt, nisi una quoque inguinis articulum inflexerint. Multa quoque alia in corpore hujusmodi cognationes habent et circa nervorum contractionem et musculorum habitum plurima et cognitu digniora quam quis existimet conspiciuntur.

Ed.Chart.XII. [417—419.] Foës. I. 823. 824. Ed.Lind.II. 820. 821.)

ὥς τις οἴεται καὶ κατὰ τὴν τοῦ ἐντέρου φύσιν καὶ τὴν τῆς ξυμπάσης κοιλίης καὶ κατὰ τὰς τῶν ὑστερέων πλάνας καὶ ξυντάσιας. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἑτέρωθι λόγος ἔσται, ἠδελφισμένος τοῖσι νῦν λεγομένοισι. περὶ οὗ δὲ ὁ λόγος ἐστὶν οὔτε ἐκτανύειν δύναται, ὥσπερ ἤδη εἴρηται, βραχύτερόν τε τὸ σκέλος φαίνεται διὰ δισσὰς προφάσιας, ὅτι τε οὐκ ἐκτανύεται ὅτι τε πρὸς τὴν σάρκα ὤλίσθηκε τὴν τοῦ πυγαίου. [418] ἡ γὰρ φύσις τοῦ ἰσχίου τοῦ ᾽στέου ταύτη, ᾗ καὶ ἡ κεφαλὴ καὶ ὁ αὐχὴν τοῦ μηροῦ γίνεται. || ὅταν δὲ ἐξαρθρήσῃ, καταφερής τε πέφυκεν ἐπὶ τοῦ πυγαίου τὸ ἔξω μέρος. ξυγκάμπτειν μέντοι δύνανται, ὅταν μὴ ὀδύνη κωλύοι, [419] καὶ ἡ κνήμη τε καὶ ὁ πούς ὀρθὰ ἐπιεικέως φαίνονται καὶ οὔτε τῇ οὔτε τῇ πολὺ ἐγκεκλιμένα. κατὰ δὲ τὸν βουβῶνα δοκέει τι ἡ σὰρξ λαπαρωτέρη εἶναι ποτὶ καὶ ψαυομένη, ἅτε τοῦ ἄρθρου εἰς τὰ ἐπὶ θάτερα μέρη ὠλισθηκότος. κατὰ δὲ τὸ αὐτὸ πυγαῖον διαψαυομένη ἡ κεφαλὴ τοῦ μηροῦ δοκέει τι (821) ἐξογκέειν καὶ μᾶλλον. τὰ μὲν οὖν σημήϊα ταῦτα, ᾧ ἂν ἐς τὸ ὄπισθεν ἐκπεπτώκῃ ὁ μηρός.

Quod etiam in inteſtinorum natura totiusque ventris ac in uteri erroribus et contractionibus cernere licet. De quibus alias cum his quae nunc dicuntur conſentiens ſermo habebitur. Quod ad praeſentem ſermonem attinet, neque crus extendi, velut jam dictum eſt, poteſt, breviusque duabus de cauſis apparet, tum quod non extenditur, tum quia ad natis carnem prolapſum eſt. Ea etenim eſt oſſis coxendicis natura, qua parte et femoris cervix et caput ineſt. At ubi commiſſura excidit, declive in exteriorem natis partem deferri ſolet. Inflectere tamen crus, ſi modo dolor non prohibeat, poſſunt, tibiaque et pes fere recta conſpiciuntur, neque in hanc vel illam partem admodum inclinata. Ad inguen vero, praecipue etiam ſi quis locum attingat, caro aliquanto mollior ſentitur, praeſertim cum articulus alteram in partem prolapſus ſit. Ad nates autem, ſi quis attrectet, femoris caput aliquanto etiam magis protuberare videtur. Atque hae quidem notae ſunt, ubi poſteriorem in par-

ὅτῳ μὲν οὖν τετελειωμένῳ ἤδη ἐκπεσὼν μὴ ἐμπέσῃ, ὁδοιπορέειν μὲν δύναται, ὅταν ὁ χρόνος ἐγγένηται καὶ ἡ ὀδύνη παύσηται καὶ ἐθισθῇ τὸ ἄρθρον ἐν τῇ σαρκὶ ἐνστρωφᾶσθαι. ἀναγκάζεται μέντοι ἰσχυρῶς ξυγκάμπτειν κατὰ τοὺς βουβῶνας ὁδοιπορέων, διὰ δισσὰς προφάσιας, ἅμα μὲν ὅτι πολλῷ βραχύτερον τὸ σκέλος γίνεται διὰ τὰ προειρημένα, καὶ τῇ μὲν πτέρνῃ καὶ πάνυ πολλῷ δέεται ψαύειν τῆς γῆς. ἢν γὰρ πειριᾶτο καὶ ἐπ᾽ ὀλίγον τοῦ ποδὸς ὀχηθῆναι μηδενὶ ἄλλῳ ἀντιστηριζόμενος, ἐς τὸ ὀπίσω ἂν πέσοι. ἡ γὰρ ῥοπὴ πολλὴ ἂν εἴη τῶν ἰσχίων ἐπὶ πολὺ εἰς [420] τοὐπίσω ὑπερεχόντων ὑπὲρ τοῦ ποδὸς τῆς βάσιος καὶ τῆς ῥάχιος ἐς τὰ ἰσχία ῥεπούσης. μόλις δὲ τῷ στήθει τοῦ ποδὸς καθικνέεται καὶ οὐδὲ οὕτως, ἢν μὴ κάμψῃ αὐτὸς ἑωυτὸν κατὰ τοὺς βουβῶνας καὶ τῷ ἑτέρῳ σκέλει κατὰ τὴν ἰγνύην ἐπιξυγκάμψῃ. ἐπειδὰν τούτοισιν ἀναγκάζεται ὥστε τῇ χειρὶ τῇ κατὰ τὸ σιναρὸν σκέλος ἐρείδεσθαι ἐς τὸ ἄνω τοῦ μηροῦ ἐφ᾽ ἑκάστῃ ξυμβάσει. ἀναγκάζει οὖν τι τοῦτο αὐτὸ ὥστε κάμπτεσθαι κατὰ τοὺς βουβῶνας. ἐν γὰρ τῇ μεταλλαγῇ τῶν σκελέων ἐν τῇ ὁδοιπο-

tem femur elapſum eſt. Cui ergo jam adulto prolapſum, reconditum non fuerit, is quidem, ubi tempus aliquod interceſſerit et dolor quieverit, articulusque in carne volvi aſſueverit, ambulare poteſt: inter ambulandum tamen vehementer ad inguina eum inflecti neceſſe eſt, idque duabus de cauſis, tum quod ob ante dicta crus multo brevius efficitur, tum etiam quia longe abeſt ut calce terram contingat. Si namque vel paululum conetur hoc pede ferri, nulli alteri rei innixus, is utique in poſteriorem partem decidet, cum coxendices plurimum praeter pedis ingreſſum in poſteriorem partem eminentes, et ſpina in coxendices incumbens magno momento illuc ferantur. Vix autem ima pedis planta conſiſtit, ac ne ſic quidem niſi ſe ipſe ad inguina incurvarit, praetereaque alterius cruris poplitem inflectat. Quandoquidem ita neceſſe eſt, ut manu quae eſt a parte affecti cruris, ſuperiori femoris parti objecta, ad quemlibet ingreſſum firmetur. Quae res certe efficit, ut ad inguina aliquantulum incurvari cogatur. In alterna enim crurum inter ambulan-

ρίῃ οὐ δύναται τὸ σῶμα ὀχέεσθαι ἐπὶ τοῦ σιναροῦ σκέλεος, εἰ μὴ προσκατερείδεται τὸ σιναρὸν πρὸς τὴν γῆν ὑπὸ τῆς χειρὸς, ἅτε οὐχ ὑφεστῶτος τοῦ ἄρθρου ὑπὸ τῷ σώματι, ἀλλ' ἐς τὸ ὄπισθεν ἐξεστῶτος κατὰ τὸ ἰσχίον. ἄνευ μέντοι τοῦ ξύλου δύνανται ὁδοιπορέειν οἱ τοιοῦτοι, ἢν ἄλλως ἐθισθῶσι, διὰ τοῦτο ὅτι ἡ βάσις τοῦ ποδὸς κατὰ τὴν (822) ἀρχαίην ἰθυωρίην ἐστὶν, ἀλλ' οὐκ εἰς τὸ ἔξω ἐγκεκλιμένη. διὰ τοῦτο οὖν οὐδὲν δέονται τῆς ἀντικοντώσιος. ὅσοι μέντοι βούλονται ἀντὶ τῆς τοῦ μηροῦ ἐπιλαβῆς ὑπὸ τὴν μασχάλην τὴν κατὰ τὸ σιναρὸν σκέλος ὑποτιθέμενοι σκίπωνα ἀντερείδειν, κεῖνοι ἢν μὲν μακρότερον τὸν σκίπωνα ὑποτιθέοιντο, ὀρθότεροι μὲν ὁδοιπορήσουσι, τῷ δὲ ποδὶ πρὸς τὴν γῆν οὐκ ἐρείδονται. εἰ δ' αὖ βούλονται ἐρείδεσθαι τῷ ποδὶ, βραχύτερον μὲν τὸ ξύλον ποιητέον, κατὰ δὲ τοὺς βουβῶνας ἐπιξυγκάμπτεσθαι ἂν δέοι αὐτούς. τῶν δὲ σαρκῶν αἱ μινυθήσιες κατὰ λόγον γίνονται καὶ τούτοισιν, ὥσπερ καὶ πρόσθεν εἴρηται. τοῖσι μὲν γὰρ μετέωρον ἔχουσι τὸ σκέλος καὶ μηδὲν ταλαιπωρέουσι, τούτοισι καὶ μάλιστα μινύθει. εἰ δ' ἂν πλεῖστα χρέωνται τῇ ἐπιβάσει, τούτοισι ἥκιστα μινύθουσι.

dum viciſſitudine, ſuper crure affecto corpus ferri nequit, niſi admota manu crus illud terrae obſirmetur, praeſertim cum articulus corpori non ſubſtet, ſed ad coxendicem poſteriorem in partem promineat. Ii tamen absque baculo incedere, ſi alias aſſueverint, poſſunt, propterea quod pedis greſſus priſtinam directionem ſervet, neque exteriorem in partem inclinat. Quocirca conto cui innitantur nihil indigent. Atqui ſi femoris apprehenſi loco, alae quae ad crus affectum eſt ſubjecto ſcipioni inniti velint, ii longiore quidem ſuppoſito ſcipione erectiores incedent, pede tamen humi non innituntur. Quod ſi pede inniti velint, breviorem eſſe baculum oportet, eosque inſuper ad inguina inflecti neceſſe eſt. At carnium imminutiones iis etiam pro ratione, velut ante dictum eſt, contingunt. Quibus enim crus ſuſpenſum eſt et nihil laborant, iis vel maxime imminuuntur, minimum vero ubi plurimum ingreſſu utuntur. Crus tamen inte-

Ed. Chart. XII. [420] Foes. I. 824. 825. Ed. Lind. II. (822. 823.)

τὸ μέντοι ὑγιὲς σκέλος οὐκ ὠφελέεται, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἀσχημονέστερον γίνεται, ἢν χρέωνται τῷ σιναρῷ σκέλει ἐπὶ τὴν γῆν. συνυπουργέον γὰρ ἐκείνῳ ἐξίσχιόν τε ἀναγκάζεται εἶναι καὶ κατὰ τὴν ἰγνύην ξυγκάμπτειν. ἢν δὲ μὴ προσχρέηται τῷ σιναρῷ ἐπὶ τὴν γῆν, ἀλλὰ μετέωρον ἔχων σκίπωνι ἀντερείδηται, οὕτω δὲ καρτερὸν γένηται τὸ ὑγιὲς σκέλος. ἔν τε γὰρ τῇ φύσει διαιτᾶται καὶ τὰ γυμνάσια προσκρατύνει αὐτό. φαίη μὲν οὖν ἄν τις ἔξω ἰητρικῆς τὰ τοιαῦτα εἶναι. τί γὰρ δῆθεν δεῖ περὶ τῶν ἤδη ἀνηκέστων γεγονότων ἔτι προσξυνιέναι; πολλοῦ δὲ δεῖ οὕτως ἔχειν. τῆς γὰρ αὐτῆς γνώμης καὶ ταῦτα ξυνιέναι. οὐ γὰρ οἷόν τε ἀπαλλοτριωθῆναι ἀπ' ἀλλήλων. || δεῖ μὲν γὰρ τὰ ἀκεστὰ μηχανάασθαι ὅκως μὴ ἀνήκεστά ἐστι, ξυνιέντα ὅπη (823) ἂν μάλιστα κωλυτέα εἰς τὸ ἀνήκεστον ἐλθεῖν. δεῖ δὲ τὰ ἀνήκεστα ξυνιέναι, ὡς μὴ μάλιστα λυμαίνηται. τὰ δὲ προῤῥήματα λαμπρὰ καὶ ἀγωνιστικὰ ἀπὸ τοῦ διαγινώσκειν ὅπῃ ἕκαστον καὶ οἵως καὶ ὁπότε τελευτήσει, ἤν τε εἰς τὸ ἀκεστὸν τράπηται ἤν τε

grum non modo nihil utilitatis consequitur, verum etiam deformius redditur, si affecto crure ad terram innixi utantur. Illi enim dum subservit, tum in exteriorem partem coxendicem prominere, tum poplitem inflecti necesse est. Quod si affecto crure terram non contingat, sed eo suspenso scipioni innitatur, eo sane pacto crus integrum robustius evadet, cum et naturaliter habeat et exercitatione magis corroboretur. Caeterum haec ad artem medicam nihil pertinere dixerit fortasse quispiam. Nimirum quid attinet de his, quae nullam amplius curationem admittunt, copiosiorem adhuc doctrinae sermonem facere? Istud vero plurimum refert. Eadem enim notione, cum ista inter se separari nequeant, comprehenduntur. Danda si quidem opera est, ne quae curationem admittere possunt, incurabilia evadant, prospicientes quanam potissimum ratione prohibeamus, quo minus eo deveniant, ut incurabilia reddantur. Quae vero nullam curationem admittunt prospicere etiam oportet ne maxime noxa efficiantur. Praedictiones autem splendidae et laude

Ed. Chart. XII. [420. 421.] Foëſ. I. 825. Ed. Lind. II. (823.)

εἰς τὸ ἀνήκεστον. ὁκόσοισι δ᾽ ἂν ἐκ γενεῆς ἢ καὶ ἄλλως ἐν αὐξήσει ἐοῦσιν οὕτως ὀλισθῇ τὸ ἄρθρον ὀπίσω καὶ μὴ ἐμπέσῃ, ἤν τε βίῃ ὀλισθῇ ἤν τε καὶ ὑπὸ νόσου. πολλὰ γὰρ τοιαῦτα ἐξαρθρήματα γίνεται ἐν νούσοισιν. οἷαι δέ τινές εἰσιν αἳ νοῦσοι ἐν ᾗσιν ἐξαρθρέεται τὰ τοιαῦτα, ὕστερον γεγράψεται. ἢν γοῦν ἐκστὰν μὴ ἐμπέσοι, τοῦ μὲν μηροῦ τὸ ὀστέον βραχὺ γίνεται, κακοῦται δὲ πᾶν τὸ σκέλος καὶ ἀναυξέστερον γίνεται καὶ ἀσαρκότερον πολλῷ, διὰ τὸ μηδὲν προσχρέεσθαι αὐτῷ. [421] κακοῦται γὰρ τούτοισι καὶ τὸ κατὰ τὴν ἰγνύην ἄρθρον. τὰ γὰρ νεῦρα ἐντεταμένα γίνεται διὰ τὰ πρόσθεν εἰρημένα. διὸ οὐ δύνανται τὸ κατὰ τὴν ἰγνύην ἄρθρον ἐκτανύειν οἷσιν ἂν οὕτως ἰσχίον ἐκπέσῃ. ὡς γὰρ ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, πάντα τὰ ἐν τῷ σώματι ὁκόσα ἐπὶ χρήσει γέγονε, χρεομένοισι μὲν μέτρια καὶ γυμναζομένοισιν ἐν τῇσι ταλαιπωρίῃσιν ἐν ᾗσιν ἕκαστα εἴθισται, οὕτω μὲν ὑγιεινὰ καὶ αὔξημα καὶ εὔγηρα γίνεται· μὴ χρεομένοισι δὲ, ἀλλ᾽ ἐλινύουσι

dignae ex eo exiſtunt, quod dignoſcimus quonam et quanam ratione, aut quando res quaeque exitum habitura ſit, ſive eo tendat ut curationem recipiat, ſive curationis ſpem adimat. At quibus vel a primo ortu, vel alioqui dum adhuc augentur, articulus hoc modo in poſteriorem partem prolapſus, ac minime reconditus fuerit, ſive per vim ſive per morbum hic caſus inciderit, multae namque luxationes hujusmodi per morbos fiunt, quibusnam vero in morbis iſta contingant paulo poſt ſcribetur. Si prolapſus igitur articulus reſtitutus non fuerit, os femoris breve quidem redditur, crus autem univerſum, eo quod nulli ſit uſui, vitiatur et incremento deſtituitur longeque gracilius evadit, quod nihil ad uſum cedat. In iis etiam poplitis articulus vitium ſentit. Nervi namque ex praedictis cauſis intenduntur. Ideo neque poplitis articulum extendere poſſunt quibus hunc in modum coxa elapſa ſit. Quaecunque enim, ut breviter dicam, corpori uſum aliquem praeſtant, ea ſi quis in eo laboris genere, quod cuique eſt conſuetum, moderate exerceat, hac quidem parte bene valent, augentur et ad maturam ſenectutem per-

Ed. Chart. XII. [421—423.] Foës. I. 825. Ed. Lind. II. (823. 824.)

νοσηρότερα γίνεται καὶ ἀναυξέα καὶ ταχυγηρά. ἐν δὲ τούτοισιν οὐχ ἥκιστα τὰ ἄρθρα τοῦτο πέπονθε καὶ τὰ νεῦρα, ἢν μή τις αὐτοῖσι χρέηται. κακοῦται οὖν διὰ ταύτας τὰς προφάσιάς τι ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ τοῦ ὀλισθήματος ἢ ἐν τοῖσιν ἄλλοι(824)σιν. ὅλον γὰρ τὸ σκέλος ἀναυξὲς γίνεται καὶ τῇ ἀπὸ τῶν ὀστέων φύσει καὶ τῇ ἀπὸ τῶν σαρκῶν. οἱ οὖν τοιοῦτοι ὁκόταν ἀνδρωθῶσι, μετέωρον καὶ συγκεκλιμένον τὸ σκέλος ἴσχουσιν, ἐπὶ δὲ τοῦ ἑτέρου ὀχλέονται καὶ τῷ ξύλῳ ἀντιστηριζόμενοι οἱ μὲν ἑνὶ, οἱ δὲ δυσίν.

[422] Οἶσι δ᾽ ἂν ἐς τοὔμπροσθεν ἡ κεφαλὴ μηροῦ ἐκπέσῃ, ὀλίγοισι δὲ τοῦτο γίνεται, οὗτοι ἐκταννύειν μὲν τὸ σκέλος δύνανται τελείως, ξυγκάμπτειν δὲ ἥκιστα οὗτοι δύνανται τὰ κατὰ τὸν βουβῶνα. πονέουσι δὲ καὶ ἢν κατὰ τὴν ἰγνύην ἀναγκάζωνται ξυγκάμπτειν. μῆκος δὲ τοῦ σκέλεος παραπλήσιον φαίνεται κατὰ μὲν τὴν πτέρνην καὶ πάνυ. [423] ἄκρος δὲ ὁ ποὺς ἧσσόν τι προκύπτειν ἐθέλοι ἐς τοὔμπροσθεν. ὅλον δὲ τὸ σκέλος ἔχει τὴν ἰθυωρίην κατὰ τὴν φύσιν καὶ οὔτε τῇ οὔτε τῇ ῥέπει. ὀδυνῶνται δὲ αὐτίκα οὗτοι

veniunt: ſin contra otientur neque in uſum veniant, morbis patent, incremento privantur celeriterque conſeneſcunt. Inter quae maxime id articuli et nervi ſentiunt, ſi in uſionem non veniant. His igitur de cauſis hoc in luxationis genere, majorem quam in caeteris noxam accipiunt. Crus namque totum, tum quod ad oſſium tum quod ad carnium naturam ſpectat, incremento deſtituitur. Ii ergo ubi in viros evaſerunt, crus ſuſpenſum et inclinatum habentes ſuper altero, baculo uno aut etiam altero innixi feruntur.

At quibus priorem in partem femoris caput prolapſum eſt, quod paucis contingit, ii perfecte quidem crus extendere poſſunt, incurvari vero ad inguen minime. Quin et laborant ſi poplitem inflectere cogantur. Crus vero longitudine aequale conſpicitur, idque ad calcem maxime. Sed pes ſummus minus aliquanto in anteriorem partem propendere poteſt. Crus autem univerſum naturalem rectitudinem ſervat, neque in hanc vel illam partem tendit. Dolore quo-

Ed.Chart. XII. [423—425.] Foes. I. 825. 826. Ed.Lind.II.(824.825.)

μάλιστα καὶ οὖρον ἴσχεται τὸ πρῶτον μᾶλλόν τι ἢ τοῖσιν ἄλλοισιν ἐξαρθρήμασιν. || ἐγκέεται γὰρ ἡ κεφαλὴ τοῦ μηροῦ ἐγγυτάτω τούτοισι τῶν τόνων τῶν ἐπικαίρων, καὶ κατὰ μὲν τὸν βουβῶνα ἐξογκέονται καὶ κατατεταμένον τὸ χωρίον φαίνεται, κατὰ δὲ τὸ πυγαῖον στολιδωδέστερον καὶ ἀσαρκότατον. ταῦτα μὲν οὖν σημήϊά ἐστι τὰ εἰρημένα, ὧν ἂν οὕτως ἐκπεπτώκῃ ὁ μηρός. [424] ὁκόσοισι μὲν οὖν ἂν ἤδη ἠνδρωμένοισι τοῦτο τὸ ἄρθρον ἐκπεσὸν μὴ ἐμπέσῃ, οὗτοι ὁκόταν αὐτοῖσιν ἡ ὀδύνη παύσηται καὶ ἄρθρον ἐθισθείη ἐν τῷ χωρίῳ τούτῳ στρωφᾶσθαι ἵνα ἐξέπεσεν, οὗτοι δύνανται σχεδὸν εὐθὺς ὀρθοὶ ὁδοιπορέειν ἄνευ ξύλου, καὶ πάνυ μέντοι εὐθέες. ἐπὶ δὲ τὸ σιναρὸν ἅτε οὔτε κατὰ τὸν βουβῶνα εὔκαμποι ἐόντες οὔτε κατὰ τὴν (825) ἰγνύην διὰ γοῦν τοῦ βουβῶνος τὴν ἀκαμπίην εὐθυτέρῳ ὅλῳ τῷ σκέλει ἐν τῇ ὁδοιπορίῃ χρέονται ἢ ὅτε ὑγίαινον, καὶ σύρουσι δὲ ἐνίοτε πρὸς τὴν γῆν τὸν πόδα, ἅτε οὐ ῥηϊδίως ἐξεγκάμπτοντες τὰ ἄνω ἄρθρα καὶ ὅτε παντὶ βαίνοντες τῷ ποδί. οὐθὲν γὰρ ἧσσον τῇ πτέρνῃ οὗτοι βαίνουσι ἢ τῷ ἔμπροσθεν. [425] εἰ δέ γε ἠδύναντο μέγα προβαίνειν, κἂν πάνυ πτερνοβάται ἦσαν.

que ii ſtatim pracipue afficiuntur, urinaque imprimis potius quam aliis in luxationibus ſupprimitur. In his enim femoris caput proxime ad inſignes nervos incumbit, et ad inguen quidem intumeſcunt, isque locus contentus conſpicitur, ad nates autem in rugas magis contractus et ſumme gracilis. Atque hae quidem dictae ſunt notae eorum quibus hunc in modum femur prolapſum eſt. Quibus igitur jam adultis articulus hic elapſus reconditus non fuerit, ii ubi dolor conquieverit et articulus eo in loco in quem excidit verti aſſueverit, protinus fere erecti absque baculo ingredi poſſunt, idque admodum erecti, nimirum cum affectum crus neque ad inguen neque ad poplitem facile incurvare queant. Ideoque quod ad inguen flecti nequeant, toto crure ad ingreſſum magis erecto, quam cum valebant utuntur. Interdumque pedem per terram trahunt, ut qui ſuperiores articulos non facile inflectant et toto pede inambulent. Neque enim minus hi calce quam anteriore pedis parte incedunt.

Ed. Chart. XII. [425—427.] Foes. I. 826. Ed. Lind. II. (825.)

καὶ γὰρ οἱ ὑγιαίνοντες ὅσῳ ἂν μέζον προβαίνοντες ὁδοιπορέουσι, τοσούτῳ μᾶλλον πτερνοβάται εἰσὶ τιθέντες τὸν πόδα, αἴροντες δὲ τὸν ἐναντίον. ὁκόσοισι δὲ δὴ οὕτως ἐκπέπτωκε, καὶ ἔτι μᾶλλον τῇ πτέρνῃ προσεγχρίπτουσιν ἢ τὸ ἔμπροσθεν. [426] τὸ γὰρ ἔμπροσθεν τοῦ ποδὸς, ὅταν ἐκτεταμένον ἔῃ, τὸ ἄλλο σκέλος οὐχ ὁμοίως δύναται ἐς τὸ πρόσω καμπυλέεσθαι, ὥσπερ ὅταν ξυγκεκαμμένον εἴη τὸ σκέλος. οὔτ᾽ αὖ σιμοῦσθαι δύναται ὁ πούς ξυγκεκλιμένου τοῦ σκέλεος, ἕως ὅταν ἐκτεταμένον ἔῃ τὸ σκέλος. ὑγιαίνουσά τε οὖν ἡ φύσις οὕτω πέφυκεν, ὥσπερ εἴρηται. ὅταν δὲ ἐκπεσὸν μὴ ἐκπέσῃ τὸ ἄρθρον, οὕτως ὁδοιπορέουσιν ὥς εἴρηται, διὰ τὰς προφάσιας ταύτας τὰς εἰρημένας. ἀσαρκότερον μέντοι τὸ σκέλος τοῦ ἑτέρου γίνεται, κατά τε τὸ πυγαῖον κατά τε γαστροκνημίην καὶ κατὰ τὴν ὄπισθεν ἴξιν. οἷσι δ᾽ ἂν νηπίοισιν ἔτι ἐοῦσι τὸ ἄρθρον οὕτως ὀλισθάνον μὴ ἐμπέσῃ ἢ καὶ ἐκ γενεῆς οὕτω γένηται, καὶ τούτοισι τὸ τοῦ μηροῦ ὀστέον μᾶλλόν τι μινύθει ἢ τὰ τῆς κνήμης καὶ τὰ τοῦ ποδός. [427] ἥκιστα μὲν ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ τοῦ ὀλισθή-

Quod si multum progredi possent, vel plane calci insisterent. Nam et bene valentes quo longius iter faciendo procedunt, hoc magis calci insistunt, pede uno defixo alterum attollentes. Quibus ergo hoc modo luxatio contigit, ii magis adhuc calce quam pedis parte anteriore impingunt. Pedis enim pars anterior, cum crus reliquum extentum est, non aeque ac si inflexum fuerit, in priorem partem flecti potest. Neque contra pes simus reddi potest crure inclinato, velut extento. At crus quidem cum bene valet, quomodo diximus a natura constitutum est. Cum vero prolapsus articulus repositus non fuerit, ob commemoratas causas, velut dictum est, inambulant. Ad nates tamen et carnosam tibiae posteriorem partem, atque e regione posterioris partis, crus altero gracilius redditur. At quibus tenella adhuc aetate sic luxatus articulus reconditus non fuerit, vel a prima origine id contigerit, iis quoque femoris os aliquando magis quam tibiae aut pedis imminuitur. Et minimum quidem in hoc

ματος ὁ μηρὸς μειοῦται. μινύθουσι μέντοι αἱ σάρκες πάντη, μάλιστα δὲ κατὰ (826) τὴν ὄπισθεν ἴξιν, ὥσπερ ἤδη καὶ πρόσθεν εἴρηται. ὅσοι μὲν οὖν τιθηνηθῶσιν ὀρθῶς, οὗτοι μὲν δύνανται προσχρέεσθαι τῷ σκέλει αὐξανόμενοι, βραχυτέρῳ μέν τινι τοῦ ἑτέρου ἐόντι, ὅμως δὲ ἐρειδόμενοι ξύλῳ ἐπὶ ταῦτα ᾗ τὸ σιναρὸν σκέλος. οὐ γὰρ κάρτα δύνανται ἄνευ τῆς πτέρνης τῷ στήθει τοῦ ποδὸς χρέεσθαι, ἐπικαθιέντες ὥσπερ ἐν ἑτέροις χωλεύμασιν ἔνιοι δύνανται. αἴτιον δὲ τοῦ μὴ δύνασθαι τὸ ὀλίγῳ πρόσθεν εἰρημένον. διὰ οὖν τοῦτο προσδέονται ξύλου. ὅσοι δ᾽ ἂν καταμεληθῶσι καὶ μηδὲν χρέονται ἐπὶ τὴν γῆν τῷ σκέλει, ἀλλὰ μετέωρον ἔχουσι, τούτοισι μινύθουσι μὲν τὰ ὀστέα ἐς αὔξησιν μᾶλλον ἢ τοῖσι χρεομένοισι, μινύθουσι δὲ καὶ αἱ σάρκες πολὺ μᾶλλον ἢ τοῖσι χρεομένοισι. κατὰ δὲ τὰ ἄρθρα ἐς τὸ εὐθὺ πηροῦται τούτοισι τὸ σκέλος μᾶλλόν τι ἢ οἷσιν ἂν ἄλλως ἐκπεπτώκῃ.

|| Ὡς μὲν οὖν ἐν κεφαλαίῳ εἰρέεσθαι τὰ ἄρθρα τὰ ἐκπίπτοντα καὶ τὰ ὀλισθαίνοντα ἀνίσως αὐτὰ ἑωυτοῖσιν ἐκπίπτει καὶ ὀλισθάνει, ἄλλοτε μὲν πολὺ πλείονα, ἄλλοτε δὲ

luxationis genere femur imminuitur. Carnes tamen omni ex parte, praeſertimque ex poſteriore regione imminuuntur, velut jam ſupra dictum eſt. Qui ergo recte educati fuerint, ii dum augentur crure quidem, etſi altero aliquantum breviore, uti poſſunt, baculo tamen qua parte crus laeſum eſt, innitentes. Neque enim absque calce imam plantam ad uſum demittere admodum queunt, quod in aliis claudicationibus quibusdam licet. Cujus rei ea cauſa eſt quam paulo ante retulimus. Iccirco igitur baculo inſuper indigent. At qui neglecti fuerint, neque crus in terram demittunt, ſed ſuſpenſum habent, iis oſſa quidem quod ad incrementum attinet, potius quam iis qui eo utuntur imminuuntur, carnes vero multo etiam magis. Circa articulos autem, quod ad directionem ſpectat, crure ii aliquanto magis capti ſunt quam quibus aliter luxatio contigerit.

In ſumma igitur, articuli qui prolabuntur et luxantur, non eodem ſemper modo excidunt et luxantur, ſed interdum quidem longe amplius, interdum vero multo minus.

Ed. Chart. XII. [427.] Foëf. I. 827. Ed. Lind. II. (826. 827.)

πολὺ ἐλάσσονα, καὶ οἷσι ἂν μὲν πολὺ πλεῖον ὀλισθῇ ἢ ἐκπέσῃ, χαλεπώτερα ἐκβάλλειν τὸ ἐπίπαν ἔστι, καὶ ἢν μὴ ἐμβιβασθῇ μείζους καὶ ἐπιδηλοτέρας τὰς πηρώσιας καὶ κακώσιας ἴσχει τὰ τοιαῦτα καὶ ὀστέων καὶ σαρκῶν καὶ σχημάτων. ὅταν δὲ μεῖον ἐκπέσῃ καὶ ὀλισθῇ, ῥηΐδιον μὲν ἐμβάλλειν τὰ τοιαῦτα τῶν ὀστέων γένηται. ἢν δὲ καταπορηθῇ ἢ ἀμεληθῇ ἐμπεσεῖν, μείους καὶ ἀσινέστεραι αἱ πηρώσιες γίνονται τούτοισιν ἢ οἷσιν ὀλίγῳ πρόσθεν εἴρηται. τὰ μὲν οὖν ἄλλα ἄρθρα (827) καὶ πάνυ πολὺ διαφέρει ἐς τὸ ὁτὲ μὲν μεῖον, ὁτὲ δὲ μεῖζον τὸ ὀλίσθημα ποιέεσθαι. μηροῦ δὲ καὶ βραχίονος κεφαλαὶ παραπλησιώτατα ὀλισθαίνουσιν αὐτὴ ἑωυτῇ ἑκατέρη. ἅτε γὰρ στρογγύλαι μὲν αἱ κεφαλαὶ ἐοῦσαι ἁπλῆν τὴν στρογγύλωσιν καὶ φαλακρὴν ἔχουσι. κυκλοτερέες δὲ αἱ κοιλίαι ἐοῦσαι αἱ δεχόμεναι τὰς κεφαλὰς, ἁρμόζουσαι δὲ τῇσι κεφαλῇσι. διὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν αὐτῇσι τὸ ἥμισυ ἐκστῆναι τοῦ ἄρθρου. ὀλισθαίνοι γὰρ ἂν διὰ τὴν περιφερίην ἢ ἐς τὸ ἔξω ἢ ἐς τὸ εἴσω. περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος ἐστὶν, ἐκπίπτουσι τελέως ἤδη, ἐπεὶ ἄλλως γε οὐκ ἐκπίπτουσιν. ὅμως

Et qui quidem longe amplius luxantur aut excidunt, majore moleftia in totum reconduntur, ac nifi reponantur, in his offa, carnes, corporis habitus et magis ac manifeftius debilitantur et depravantur. At ubi minus prolabuntur et luxantur, haec quidem offa facilius reconduntur, cumque fruftra tentata aut neglecta repofitio fuerit, iis minores magisque innoxiae, quam quibus paulo ante dictum eft, debilitates contingunt. Atque in reliquis quidem articulis per fane multum intereft, majorne interdum an minor luxatio fiat. Verum tum femoris tum brachii capita quam fimillimas inter fe utraque luxationes patiuntur. Cum namque rotunda fint, fimplicem ac laevem rotunditatem habent. Sinus autem ea excipientes rotundiores funt, iisque adaptantur. Quo fit ut articuli dimidium in his fuo loco excedere non poffit. Ob rotunditatem enim aut exteriorem in partem aut interiorem luxabitur. Ergo quod ad praefentem fermonem attinet, in totum jam prolabuntur, alioqui minime excidunt. Interdum tamen ii

Ed.Chart.XII.[427.429—431.] Foëf. I.827. Ed. Lind. II. (827. 828.)

δὲ καὶ ταῦτα ὁτὲ μὲν πλείω ἀποπηδᾷ ἀπὸ τῆς φύσεος, ὁτὲ δὲ ἔλασσον. μᾶλλον δέ τι μηρὸς τοῦ βραχίονος πέπονθεν. [429] ἐπεὶ ἔνια καὶ τῶν ἐκ γενεῆς γινομένων ὀλισθημάτων ἢν μικρὸν ὀλισθῇ, οἷά τε ἐς τὴν φύσιν ἄγεσθαι καὶ μάλιστα παρὰ τὰ τοῦ ποδὸς ἄρθρα. [430] ὁκόσοι ἐκ γενεῆς κυλλοὶ γίνονται, τὰ πλεῖστα τούτων ἰήσιμα ἐστὶν, ἢν μὴ πάνυ μεγάλη ἡ ἔκκλισις εἴη ἢ καὶ προαυξέων γεγονότων ἤδη παιδίων ξυμβῇ. ἄριστον μὲν οὖν ὡς τάχιστα ἰητρεύειν τὰ τοιαῦτα, πρὶν πάνυ μεγάλην τὴν ἔνδειαν τῶν ὀστέων τῶν ἐν τῷ ποδὶ γενέσθαι, πρίν τε πάνυ μεγάλην τὴν ἔνδειαν τῶν σαρκῶν τῶν κατὰ τὴν κνήμην εἶναι. τρόπος μὲν οὖν κυλλώσιος οὐχ εἷς, ἀλλὰ πλείονες. τὰ πλεῖστα μὲν οὐκ ἐξηρθρηκότα παντάπασιν, ἀλλὰ δι᾽ ἔθος σχήματος ἔν τινι ἀπολήψει τοῦ ποδὸς κεκυλλωμένα. [431] προσέχειν δὲ τῇ ἰητρείῃ τοῖσιδε χρή. ἀπωθέειν μὲν καὶ κατορθοῦν τῆς κνήμης τὸ κατὰ τὸ σφυρὸν ὀστέον, τὸ ἔξωθεν (828) ἐς τὸ εἴσω μέρος, ἀντωθέειν δὲ ἐς τὸ ἔξω μέρος τὸ τῆς περόνης τὸ κατ᾽ αὐτὴν τὴν ἴξιν, ὅκως ἀλλήλοις ἀπαντήσῃ τὰ ὀστέα

magis quidem, interdum minus a naturali fede exiliunt, magisque id femori quam brachio ufuvenit. Nonnulla fi quidem ex luxatis quae a primo ortu contigerunt, fi parva luxatio fuerit, in naturalem ftatum redire poffunt, praefertimque ad pedis articulos. Quibus a primo ortu crus varum efficitur, eorum plerique curari poffunt, nifi magna admodum emotio extiterit, aut etiam pueris aetate paulo amplius provectis ista contigerint. Quam celerrime his igitur curationem adhibere optimum eft, prius quam et pedis offium et carnis in tibia perquam magnus defectus contingat. Vari igitur non uno modo fed pluribus fiunt. Plerumque fi quidem non ex toto fede fua elapfo articulo, fed quod re aliqua detentus eo habitu affueverit, pes varus efficitur. In eorum autem curatione animadvertendum eft, ut tibiae quidem os ad malleolum quod extra fpectat, interiorem in partem propellatur et dirigatur, contra vero os calcis e directo exteriorem in partem repellatur, quo

Ed. Chart. XII. [431—433.] Foës. I. 827. 828. Ed. Lind. II. (828.)
τὰ ἐξίσχοντα. κατὰ μέσον δὲ καὶ πλάγιον τὸν πόδα. τοὺς δ᾽ αὖ δακτύλους ἀθρόους ξὺν τῷ μεγάλῳ δακτύλῳ ἐς τὸ εἴσω μέρος ἐγκλίνειν καὶ περιαναγκάζειν οὕτως. ἐπιδεῖν δὲ κηρωτῇ ἐῤῥητινωμένῃ εὖ καὶ σπλήνεσι καὶ ὀθονίοισι μαλθακοῖσι μὴ ὀλίγοισι μηδὲ ἄγαν πιέζοντα. [432] οὕτω δὲ τὰς περιαγωγὰς ποιέεσθαι τῆς ἐπιδέσιος, ὥσπερ καὶ τῇσι χερσὶν ἡ κατόρθωσις ἦν τοῦ ποδὸς, ὅκως ὁ πούς ὀλίγον μᾶλλον ἐς τὸ βλαισσὸν ῥέπον φαίνηται. ἴχνος δέ τι ποιέεσθαι ἢ δέρματος μὴ ἄγαν σκληροῦ ἢ μολυβδίνου. [433] προσεπιδεῖν δὲ μὴ πρὸς τὸν χρῶτα τιθέντα, ἀλλ᾽ ὅταν ἤδη τοῖσιν ὑστάτοισιν ὀθονίοισι μέλλῃς ἐπιδέειν. || ὅταν δὲ ἤδη ἐπιδεδεμένος ἔῃ, ἑνός τινος τῶν ὀθονίων χρὴ, οἷσιν ἐπιδέεται τὴν ἀρχὴν προσράψαι πρὸς τὰ κάτω τοῦ ποδὸς ἐπιδέσματα κατὰ τὴν ἴξιν τοῦ μικροῦ δακτύλου. ἔπειτα ἐς τὸ ἄνω τείνοντα, ὅκως ἂν δοκέῃ μετρίως ἔχειν περιβάλλειν ἄνωθεν τῆς γαστροκνημίης, ὡς μόνιμον ᾖ κατατεταγμένον οὕτως. ἁπλῷ δὲ λόγῳ, ὥσπερ κηροπλαστέοντα χρὴ ἐς τὴν φύσιν

ossa quae extant tum circa medium, tum circa transversum pedem, inter se concurrant. Digiti vero una cum pollice interiorem in partem repente inclinentur, atque hunc in modum cogantur. Adhibito autem cerato quod copiosam resinam recipiat, et spleniis et fasciis mollibus, neque paucis neque admodum appressis deligatio instituenda, neque aliter fasciae circumducendae quam si pes manibus componeretur, quo pes paulo magis ad valgum spectare videatur. Tum solea quaedam ex corio non admodum duro, aut plumbo paranda, eaque non ad cutem posita ad alliganda, sed cum jam postremas fascias appositurus es. Ubi jam devinctus fuerit, unius cujusdam lintei ex quibus deligatio constat caput, ad fascias quae in inferiore parte pedis existunt, e regione parvi digiti assuendum, deinde sursum intendendum ut dum moderate habere videatur, supra carnosam tibiae partem posteriorem prominentem circumducatur, atque ita firmiter collocatum haereat. Ad summum, quasi quis ceram fingat, ea ad justam naturam adducenda, ut et

Ed. Chart. XII. [433-435.] Foës. I. 828. Ed. Lind. II. (828. 829.)

τὴν δικαίην ἄγειν καὶ τὰ ἐκκεκλιμένα καὶ τὰ συντεταμένα παρὰ τὴν φύσιν καὶ τῇσι χερσὶν οὕτω διορθοῦντα καὶ τῇ ἐπιδέσει ὡσαύτως, προσάγειν δὲ οὐ βιαίως, ἀλλὰ παρηγορικῶς. προσράπτειν δὲ τὰ ὀθόνια ὅκως ἂν ξυμφέρῃ τὰς ἀναλήψιας ποιέεσθαι. ἄλλα γὰρ ἄλλης τῶν χωλωμάτων δέεται ἀναλήψιος. ὑποδημάτιον δὲ ποιέεσθαι μολίβδινον, ἔξωθεν τῆς ἐπιδέ(829)σιος ἐπιδεδεμένον, οἷον αἱ Χῖαι κρηπῖδες ῥυθμὸν εἶχον. ἀλλ' οὐδὲν αὐτοῦ δεῖ, ἤν τις ὀρθῶς μὲν τῇσι χερσὶ διορθώσῃ, ὀρθῶς δὲ τοῖσιν ὀθονίοισιν ἐπιδέῃ, ὀρθῶς δὲ καὶ τὰς ἀναλήψιας ποιοῖτο. ἡ μὲν οὖν ἴησις αὕτη καὶ οὔτε τομῆς οὔτε καύσιος οὐδὲν δεῖ οὔτ' ἄλλης ποικιλίης. θᾶσσον γὰρ ἐνακούει τὰ τοιαῦτα τῆς ἰητρείης ἢ ὡς ἄν τις οἴοιτο. προσνικᾶν μέντοι χρὴ τῷ χρόνῳ, ἕως ἂν αὐξηθῇ τὸ σῶμα ἐν τοῖσι δικαίοισι σχήμασιν. [434] ὅταν δὲ ἐς ὑποδήματος λόγον εἴη, ἀρβύλαι ἐπιτηδειόταται αἱ πηλοπάτιδες καλεόμεναι. τοῦτο γὰρ ὑποδημάτων ἥκιστα κρατέεται ὑπὸ τοῦ ποδὸς, ἀλλὰ κρατέει μᾶλλον. [435] ἐπιτήδειος δὲ καὶ ὁ Κρητικὸς τρόπος τῶν ὑποδημάτων.

quae inclinant et quae praeter naturam distenduntur, manibus nec non deligatione in naturalem statum reponantur, neque magna vi sed leniter cogantur. Ita vero fasciae assuendae, ut quemadmodum opus est, membrum excipiatur. Nam et aliae claudicationes alium excipiendi modum postulant. Tum calceus plumbeus parandus, supra vinculum inducendus, eo modulo qualem Chiae crepidae habebant. Verum neque eo opus est, si quis recte manibus componat, tum rectam fasciarum deligationem adhibeat, tum recte excipiat. Atque haec quidem curatio, quae neque sectionem, neque ustionem neque aliam varietatem ullo modo postulat. Ista namque opinione celerius curationi cedunt. Tempore tamen superanda sunt, quoad justo habitu corpus incrementum acceperit. Cum vero calci ratio ineunda erit, accommodatissimi erunt calcei arbylae dictae, quibus lutum cal catur. Hoc namque calceamenti genus minime a pede superatur, sed ipsum potius continet. Maxime quoque accommodata est Cretensis calceamenti ratio.

Ed.Chart.XII.[436—439.] Foes.I.828.829. Ed. Lind. II. (829. 830.)

Ὅσοισι δ᾽ ἂν κνήμης ὀστέα ἐξαρθρήσαντα καὶ ἕλκος ποιήσαντα τελείως ἐξίσχῃ τὰ παρὰ τὸν πόδα ἄρθρα, εἴτε εἴσω ῥεύσαντα εἴτε μέντοι καὶ ἔξω, τὰ τοιαῦτα μὴ ἐμβάλλειν, ἀλλ᾽ ἐᾷν τὸν βουλόμενον τῶν ἰητρῶν ἐμβαλεῖν. σαφέως γὰρ εἰδέναι χρὴ ὅτι ἀποθανεῖται ἐὰν ἐμβληθέντα ἐμμείνῃ, καὶ ἡ ζωὴ δὲ ὀλιγήμερος τούτοις γενήσεται. ὀλίγοι γὰρ αὐτῶν τὰς ἑπτὰ ἡμέρας ὑπερβάλλοιεν. σπασμὸς γὰρ ὁ κτείνων ἐστίν. [437] ἀτὰρ καὶ γαγγραινοῦσθαι ἱκνέεται κνήμην καὶ τὸν πόδα. ταῦτα βεβαίως εἰδέναι χρὴ οὕτως ἐσόμενα, καὶ οὐκ ἄν μοι δοκέῃ οὔτ᾽ ἐλλέβορος ὠφελήσειν, αὐθήμερον δὲ δοθεὶς καὶ αὖθις πινόμενος. ἄγχιστα δὲ εἴπερ τι τοιοῦτον, οὐ μέντοι οὐδὲ τοῦτο δοκέω. || ἢν δὲ μὴ ἐμβληθῇ μηδ᾽ ἀπ᾽ ἀρχῆς, μηδ᾽ εἰσπειρηθῇ ἐμβάλλειν, (830) περιγίνονται οἱ πλεῖστοι αὐτῶν. χρὴ δὲ ἡρμόσθαι μὲν τὴν κνήμην καὶ τὸν πόδα οὕτως, ὡς αὐτὸς ἐθέλει. [438] μοῦνον δὲ μὴ ἀπαιωρευμένα, μηδὲ κεκινευμένα ἔστω, καὶ ἰητρεύειν δὲ πισσηρῇ καὶ σπλήνεσιν οἰνηροῖσιν, ὀλίγοισι, μὴ ἄγαν ψυχροῖσιν. ψῦχος γὰρ ἐν τοῖσι τοιούτοισι σπασμὸν ἐπικαλέεται. [439] ἐπιτήδεια

At vero quibus tibiae oſſa luxata, accedente vulnere, commiſſura quae eſt ad pedem penitus eminent, ea ſive intro ſive extra vergant, minime reponenda ſunt, ſed ſinenda, ut qui velit ea reponat medicus. Id enim manifeſto noſſe oportet, eos quibus iſta repoſita permanſerint interituros, paucisque diebus duraturos. Convulſione namque ſublati, pauci diem ſeptimum ſuperant. Sed et pes et tibia ad gangraenam deveniunt, eaque ſic affore certo noſſe convenit. Ac neque veratrum eodem die exhibitum, iterumque epotum mihi videtur auxilio futurum, proxime tamen ſi quid aliud, facere, quod certe non exiſtimo. Quod ſi neque repoſita, neque ab initio tentata fuerint, eorum plerique ſuperſunt. Tibiae vero et pes eo quo aeger velit modo obſirmanda, tantum ne dependeant neve moveantur. Curatio vero cerato quod picem habeat et ſpleniis vino madentibus, paucis, non admodum frigidis inſtituenda. Frigus namque in hujusmodi affectibus con-

Ed. Chart. XII. [439—442.] Foës. I. 829. Ed. Lind. II. (830.)

δὲ καὶ φύλλα τεύτλων ἢ βηχίου ἢ ἄλλου τινὸς τῶν τοιούτων ἐν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ ἡμίεφθα ἐπιτεθέντα, ἰητρεύειν ἐπί τε τὸ ἕλκος ἐπί τε τὰ περιέχοντα. [440] κηρωτῇ δὲ χλιερῇ ἐπιχρίειν αὐτὸ τὸ ἕλκος. ἢν δὲ ἡ ὥρη χειμερινὴ ἔῃ, καὶ ἔρια ῥυπαρὰ ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ καταῤῥαίνοντα χλιεροῖσι ἄνωθεν ἐπιτέγγειν. [441] καταδεῖν δὲ μηδὲν μηδενὶ, μηδὲ περιπλάσσειν. εὖ γὰρ εἰδέναι χρὴ ὅτι πίεξις καὶ ἀχθοφορίη πᾶν κακὸν τοῖσι τοιούτοισιν ἐστίν. [442] ἐπιτήδεια δὲ πρὸς τὰ τοιαῦτα καὶ τῶν εναίμων μετεξέτερα, ὅσοισιν αὐτῶν ξυμφέρει. ἔρια δὲ ἐπιτιθέντα οἴνῳ ἐπιτέγγοντα πολὺν χρόνον ἐᾷν. τὰ δὲ ὀλιγημερώτατα τῶν ἐναίμων καὶ ὅσα ῥητίνη προσκαταλαμβάνεται, οὐχ ὁμοίως ἐπιτήδεια ἐκείνοισιν ἐστί. χρονίη γὰρ ἡ κάθαρσις τῶν ἑλκέων γίνεται τούτων. πολὺν γὰρ χρόνον πλαδαρὴ γίνεται. τινὰς δὲ τούτων ἀγαθὸν ἐπιδέειν. εἰδέναι μὲν δή που σάφα χρὴ ὅτι ἀνάγκη τὸν ἄνθρωπον χωλὸν αἰσχρῶς γενέσθαι, καὶ γὰρ ὁ ποὺς ἐπὶ τὸ ἄνω ἀνέσπασται τῶν τοι-

vulſionem accerſit. Accommodata quoque eſt curatio per betae folia aut tuſſilaginis aut alterius hujusmodi in vino nigro auſtero ſemicocta, ulceri adjectisque partibus impoſita. Ulcus autem ipſum cerato tepido illinendum. Quod ſi tempus hibernum ſit, lanae quoque ſordidae, vino et oleo tepido madentes imponendae ac deſuper irrigandae. Neque omnino quicquam deligandum aut circumponendum. Probe enim noſſe convenit, hujusmodi affectibus appreſſionem et pondus omnem afferre noxam. Accommodata autem ad ea nonnulla ſunt ex medicamentis quae cruentis vulneribus imponuntur, ea nimirum, quibus convenit ut lanae impoſitae vino madentes diutius permaneant. Ex iis vero medicamentis quae cruentis vulneribus admoventur, quaecunque intra paucos dies ſolvuntur et quae reſinam recipiunt, non aeque ut illa accommodata exiſtunt. Horum enim ulcerum purgatio, cum multo tempore madeant, in longius tempus protrahitur, atque ex iis nonnulli utiliter deligantur. Noſſe tamen certo convenit neceſſe eſſe hominem turpiter claudicare, cum pes ſuperiorem in

Ed. Chart. XII. [442. 443.] Foës. I. 829. Ed. Lind. II. (830. 831.)

οὕτων, καὶ τὰ ὀστέα τὰ διο(831)λισθήσαντα ἔξω ἐξέχοντα φαίνεται. οὔτε γὰρ ψιλοῦται τῶν τοιούτων ὀστέων οὐδὲν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, εἰ μὴ κατὰ βραχύ τι, οὔτε ἀφίσταται, ἀλλὰ περιωτειλοῦται λεπτῇσιν ὠτειλῇσι καὶ ἀσθενέσι, καὶ ταῦτα ἢν ἀτρεμίζωσι πουλὺν χρόνον, ἢν δὲ μὴ, ἑλκύδριον ἐγκαταλειφθῆναι κίνδυνος ἀναλθές. ὅμως δὲ περὶ οὗ ὁ λόγος, οὕτω μὲν οἱ ἰητρευόμενοι σώζονται, ἐμβληθέντος δὲ τοῦ ἄρθρου καὶ ἐμμείναντος ἀποθνήσκουσι. [443] ὁ αὐτὸς δὲ λόγος οὗτος ἢν καὶ τὰ τοῦ πήχεος ὀστέα τὰ παρὰ τὸν καρπὸν τῆς χειρὸς ἕλκος ποιήσαντα ἐξίσχῃ, ἤν τε εἰς τὸ εἴσω μέρος τῆς χειρὸς ἤν τε εἰς τὸ ἔξω. σάφα γὰρ ἐπίστασθαι χρὴ, ὅτε ἀποθανεῖται ἐν ὀλίγῃσιν ἡμέρῃσι, τοιούτῳ θανάτῳ οἵῳ περ καὶ πρόσθεν εἴρηται, ὅτῳ ἂν ἐμβληθέντα τὰ ὀστέα ἐμμείνῃ. οἷσι δ᾽ ἂν μὴ ἐμβληθῇ μηδὲ πειρηθῇ ἐμβάλλεσθαι, οὗτοι πολὺ πλείονες περιγίνονται. ἰητρείη δὲ τοιαύτη τοῖσι τοιούτοισιν ἐπιτηδείη, οἵη περ εἴρηται. τὸ δὲ σχῆμα αἰσχρὸν τοῦ χωλώματος ἀνάγκη εἶναι καὶ τοὺς δακτύλους τῆς χειρὸς ἀσθενέας καὶ ἀχρηΐους. ἢν μὲν γὰρ εἰς τὸ ἔσω μέρος ὀλισθῇ

partem retrahatur, luxataque ossa extra eminere conspiciantur. Neque enim ullum ex his ossibus fere, nisi paululum quid, nudatur, neque abscedit, verum tenuibus imbecillisque cicatricibus obducitur, idque si longo tempore quieverint, alioqui periculum est ne aliquod ulcusculum, quod curationem non recipiat, relinquatur. Verum quod ad praesens institutum attinet, qui hac ratione quidem curantur, servantur. At ubi repositus articulus remanserit, intereunt. Eadem quoque ratio est ubi cubiti ossa ad manus articulum facto vulnere, vel interiorem in partem vel exteriorem emineant. Certo enim tenendum est, eum cui recondita ossa permanserint, supra posito mortis genere intra paucos dies interiturum. Quibus vero neque reposita sunt neque repositio tentata, eos multo plures superesse. His autem quae dicta est curatio idonea existit. Claudicationis quoque habitum deformem, manusque digitos imbecillos et inutiles reddi necesse est. Ubi namque interiorem in partem ossa luxantur, digiti

Ed. Chart. XII. [443. 444.] Foës. I. 829. 830. Ed. Lind. II. (831. 832.)

τὰ ὀστέα, ξυγκάμπτειν οὐ δύναται τοὺς δακτύλους. ἢν δὲ ἐς τὸ ἔξω μέρος, ἐκτανύειν οὐ δύναται. [444] ὅσοισι δ᾽ ἂν κνήμης ὀστέον ἕλκος ποιησάμενον παρὰ τὸ γόνυ ἔξω ἐξίσχῃ, ἤν τε ἐς τὸ ἔξω μέρος ἤν τε ἐς τὸ εἴσω, τούτοισιν ἢν μέν τις ἐμβάλῃ, ἔτι ἑτοιμότερος ὁ θάνατός ἐστιν ἤπερ τοῖσιν ἑτέροισι, καίπερ κἀκείνοισιν ἕτοιμος ἐών. ἢν δὲ μὴ ἐμβαλὼν ἰητρεύεις, ἐλπίδες μὲν σωτηρίης οὕτω μόνως εἰσίν. κινδυνοδέστερα δὲ ταῦτα τῶν ὀστέων γίνεται, ὅσῳ ἂν ἀνωτέρω καὶ ὅσῳ ἂν ἰσχυρότερα ἔῃ καὶ ἀπὸ ἰσχυροτέρων ὀλισθήκῃ. (832) ἢν δὲ τὸ ὀστέον τὸ τοῦ μηροῦ τὸ πρὸς τοῦ γόνατος ἕλκος ποιησάμενον ἐξολισθῇ, ἐμβληθὲν μὲν καὶ ἐμμεῖναν ἔτι βιαιότερον θᾶσσον τὸν θάνατον ποιήσει τῶν πρόσθεν εἰρημένων, μὴ ἐμβληθὲν δὲ πολὺ ἀκινδυνοδέστερον ἢ τὰ πρόσθεν. || ὅμως δὲ μούνη ἐλπὶς αὕτη σωτηρίης. ὁ ὠυτὸς δὲ λόγος καὶ περὶ τῶν κατὰ τὸν ἀγκῶνα ἄρθρων καὶ περὶ τῶν τοῦ πήχεος καὶ τοῦ βραχίονος. ἃ γὰρ ἂν τούτων ἐξαρθρήσαντα ἐξίσχῃ, ἕλκος ποιησάμενα πάντα, ἢν ἐμβληθῇ, θάνατον φέρει, μὴ ἐμβληθέντα δὲ ἐλπίδα σωτηρίης. χώλωσις δὲ τοῖσι περιγενομένοισι. θανατωδέστερα δὲ τοῖσιν ἐμβαλλομένοισίν ἐστιν

inflecti, si in exteriorem, extendi nequeunt. At quibus tibiae os ad genu, accedente vulnere vel ad interiorem vel ad exteriorem partem foras eminet, id si recondatur magis quidem eos adhuc praecipitat quam caeteros, licet etiam illis periculum intendatur. Verum si non reposito osse curationem adhibueris, hac sola quidem ratione spes salutis superest. Eo autem majus conjunctum periculum haec ossa habent, quo superiora ac validiora a robustioribus prolapsa fuerint. Quod si os femoris ad genu cum ulcere luxetur, id si repositum quidem permanserit, majore adhuc vi et celerius quam supra dicta hominem praecipitat, non repositum vero majore periculo caret quam superiora: una tamen haec salutis spes est. Eadem ratio est et in articulis ad cubiti gibbum, et in cubito et in brachio. Ex his enim, ubi luxata cum ulcere eminent, ea omnia, si reconduntur, mortem, non reposita, spem salutis afferunt. At iis qui evadunt claudicatio adest. Articuli autem superiores si re-

τὰ ἀνωτέρω [445] τῶν ἄρθρων. ἀτὰρ καὶ τοῖσιν ἐμβαλλομένοισι κινδυνοδέστερα αὐτὰ ταῦτα. εἰ δέ τινι τὰ ἀνωτέρω ἄρθρα ἐξαρθρήσαντα ἕλκος ποιήσαντα ἐξίσχῃ, ταῦτα δέ τι καὶ ἐμβαλλόμενα ταχυθανατώτατα ἔῃ καὶ μὴ ἐμβαλλόμενα κινδυνοδέστερα. ἰητρείη δὲ ἤδη εἴρηται οἵη τις ἐμοὶ δοκέῃ ἐπιτηδειοτάτη εἶναι. ὅσοισι δὲ ἄρθρα δακτύλων ἢ ποδὸς ἢ χειρὸς ἐξαρθρήσαντα ἕλκος ποιήσαντα ἐξέσχε μὴ κατεηγότος τοῦ ὀστέου, ἀλλὰ κατ᾽ αὐτὴν τὴν ξύμφυσιν ἀποσπασθέντος, τούτοισιν εἰ ἐμβληθέντα ἐμμείνει, ἔνι μέντοι κίνδυνος σπασμοῦ, ἢν μὴ χρηστῶς ἰητρεύωνται. ὅμως δέ τι ἄξιον ἐμβάλλειν, προειπόντα ὅτι φυλακῆς πολλῆς καὶ μελέτης δέεται. ἐμβάλλειν μέντοι ῥήϊστον καὶ δυνατώτατον καὶ τεχνικώτατόν ἐστι τῷ μοχλίσκῳ, ὥσπερ καὶ πρόσθεν εἴρηται ἐν τοῖσι κατεαγνυμένοισι καὶ ἐξίσχουσιν ὀστέοισιν. ἔπειτα ἀτρεμέειν ὡς μάλιστα χρὴ καὶ κατακεῖσθαι καὶ ὀλιγοσιτέειν. ἄμεινον δὲ καὶ φαρμα(833)κεῦσαι ἄνω κούφῳ τινὶ φαρμάκῳ. τὸ δὲ ἕλκος ἰητρεύειν ἢ ἐναίμοισι τοῖσιν ἐπιτέγκτοισιν ἢ πολυο-

condantur, mortem magis afferunt. Sed et iidem non repositi periculum majus habent. At si cui superiores articuli luxati cum ulcere foras emineant, ii utcunque recondantur mortem magis afferunt, non repositi quoque majori periculo sunt expositi. Sed et quaenam curatio mihi maxime accommodata esse videatur, jam exposita est. Jam vero quibus digitorum aut pedis aut manus articuli luxati, cute vulnerata excesserint osse non fracto, sed ab ipsa connexione avulso, iis, si repositi permanserint, convulsionis quidem periculum, nisi recta curatio adhibeatur, impendet. Operae pretium tamen est, ubi praedixeris multa cautione et diligentia opus esse, ad repositionem aggredi. Facillima autem maximeque efficax et artificiosa est repositio, quae per vectis molitionem fit, velut etiam supra in ossibus fractis et eminentibus dictum est. Deinde quam maxime quiescere convenit ac decumbere modicoque cibo uti. Praestat quoque et levi aliquo medicamento sursum purgare. Ulcus autem aut medicamentis, quae cruentis vulneribus protinus imponuntur et perfundi sunt idonea, curandum est, aut

φθάλμοισιν ἢ οἷσιν ἐν κεφαλῇ ὀστέα κατεηγότα ἰητρεύεται κατάψυχρον δὲ κάρτα μηδὲν προσφέρειν. ἥκιστα μὲν οὖν τὰ πρῶτα ἄρθρα κινδυνώδεά ἐστι, τὰ δὲ ἔτι ἄνω κινδυνωδέστερα. ἐμβάλλειν δὲ χρὴ αὐθήμερον ἢ τῇ ὑστεραίῃ, τριταίῳ δὲ ἢ τεταρταίῳ ἥκιστα. τεταρταῖα γὰρ ἐόντα ἐπισημαίνει τῇσι παλιγκοτίῃσι μάλιστα. οἷσιν ἂν οὖν μὴ αὐτίκα γένηται ἐμβάλλειν, ὑπερβαίνειν χρὴ ταύτας τὰς εἰρημένας ἡμέρας· ὅ τι γὰρ ἂν εἴσω δέκα ἡμερέων ἐμβάλλῃ πᾶν καταληπτόν. ἢν δὲ ἄρα ἐμβεβλημένῳ σπασμὸς ἐπιγένηται, ἐμβάλλειν τὸ ἄρθρον δεῖ ταχὺ, καὶ θερμῷ τέγγειν ὡς πλειστάκις καὶ τὸ ὅλον σῶμα θερμῶς καὶ λιπαρῶς καὶ μαλθακῶς ἔχειν καὶ μάλιστα κατὰ τὰ ἄρθρα. [446] κεκάμφθαι δὲ μᾶλλον ἢ ἐκτετάσθαι πᾶν τὸ σῶμα χρή· προσδέχεσθαι μέντοι κατὰ τοὺς δακτύλους τὰ ἄρθρα τὰ ἐμβαλλόμενα ἀποστατικὰ ἔσεσθαι. τὰ γὰρ πλεῖστα οὕτω γίνεται, ἢν καὶ ὁτιοῦν φλεγμονῆς ἐπιγένηται. ὡς εἰ μὴ δι' ἀμαθίην τῶν δημοτέων ἐν αἰτίῃ ἔμελλεν ὁ ἰητρὸς ἔσεσθαι, οὐδὲν ἂν πάντως οὐδ' ἐμβάλλειν

buphthalmi foliis, aut iis quae fractis calvariae oſſibus ſubveniunt, nihilque quod valde ſit frigidum admovendum. Ac primi quidem articuli minimum periculo ſunt obnoxii. Superiores majus periculum habent. Eodem autem vel certe poſtero die recondendi ſunt, tertio aut quarto minime. Quarto enim die recrudeſcentis mali notae maxime eduntur. Quibus ergo non protinus repoſitio contigit, hi dies transmittendi ſunt. Quicquid enim intra decem dies reconditum fuerit, contineri ſolet. Quod ſi recondito articulo convulſio accedat, is protinns expellendus eſt et calida ſubinde perfundendus, totumque corpus tum praecipue circa articulos, calide, blande ac molliter continendum. Verum inclinatum magis quam intentum totum corpus eſſe convenit. Expectandum tamen eſt ut reconditi digitorum articuli abſcedere debeant. Plerumque enim ita contingit, ſi vel levis inflammatio ſubſit. Adeo ut niſi in imperitiae culpam apud vulgum medicus incurreret, nihil omnino reponi oporteret. Atque oſſa quidem ad articulos foras eminentia,

ἔδει. τὰ μὲν οὖν κατὰ τὰ ἄρθρα ὀστέα ἐξίσχοντα ἐμβαλλόμενα οὕτω κινδυνώδεά ἐστιν, ὡς εἴρηται.

|| Ὅσα δὲ κατὰ τὰ ἄρθρα τὰ κατὰ τοὺς δακτύλους ἀποκόπτεται τελείως, ταῦτα ἀσινέα τὰ πλεῖστά ἐστιν, ἢν μή τις ἐν αὐτῇ τῇ τρώσει λειποθυμήσας βλαβείη. [447] καὶ ἰητρείη φαύλη ἀρκέσει τῶν τοιούτων ἑλκέων. ἀτὰρ καὶ ὅσα μὴ κατὰ τὰ ἄρθρα, ἀλλὰ κατ᾽ ἄλ(834)λην τινὰ ἴξιν τῶν ὀστέων ἀποκόπτεται, καὶ ταῦτα ἀσινέα ἐστὶ, καὶ ἔτι εὐαλθέστερα τῶν ἑτέρων, καὶ ὅσα κατὰ τοὺς δακτύλους ὀστέα κατεαγότα ἐξίσχει μὴ κατὰ τὸ ἄρθρον, καὶ ταῦτα ἀσινέα ἐστὶν ἐμβαλλόμενα. ἀποκόψιες δὲ τέλειαι ὀστέων καὶ κατὰ τὰ ἄρθρα καὶ ἐν ποδὶ καὶ ἐν χειρὶ καὶ ἐν κνήμῃ τοῖσι παρὰ τὰ σφυρὰ, καὶ ἐν πήχεϊ τοῖσι κατὰ τοὺς καρποὺς, τοῖσι πλείστοισιν ἀποκοπτομένοισιν ἀσινέα γίνεται ὅσα ἂν μὴ αὐτίκα λειποθυμίη ἀνατρέψῃ ἢ τεταρταίοισιν ἐοῦσι πυρετὸς ξυνεχὴς ἐπιγένηται. ἀποσφακελίσιες μέντοι σαρκῶν καὶ ἐν τρώμασιν αἱμοῤῥόοισι γενομένοισιν ἢ ἀποσφίγξεσιν ἰσχυραῖς καὶ ἐν ὀστέων κατήγμασι γενομένοισι, πιεχθεῖσι μᾶλλον τοῦ

ubi reconduntur, hunc in modum velut dictum est, periculum adferunt.

At quaecunque ad digitorum articulos ex toto praeciduntur, ea plerumque sunt innoxia, nisi quis sub ipso vulnere in animi deliquium incurrat, iisque ulceribus quaevis curatio satis erit. Sed et quae non ad articulos, verum ad aliam quandam ossium rectitudinem praeciduntur, etiam haec innoxia sunt et adhuc caeteris promptiorem curationem recipiunt. Quae item in digitis ossa fracta cute eminent, non ad articulos, haec etiam innoxie reconduntur. Praecisiones autem ossium ex toto et ad articulos et in pede et manu et in tibia, nonnullis ad malleolos et in cubito: quibusdam ad primam palmae partem, plerumque citra noxam fiunt, si non protinus animi defectio oppresserit, aut quarto die febris assidua accesserit. Carnium tamen siderationes contingunt et in vulneribus sanguinem profundentibus et in valentibus constrictionibus, tum in ossium

Ed. Chart. XII. [447.] Foës. I. 831. 832. Ed. Lind. II. (834. 835.)

καιροῦ, καὶ ἐν ἄλλοισι δεσμοῖσι βιαίοισι ἀποληφθέντα ἀποπίπτει πολλοῖσι, καὶ οἱ πολλοὶ περιγίνονται τῶν τοιούτων. καὶ οἷσι μηροῦ μέρος τι ἀποπίπτει καὶ τῶν σαρκῶν καὶ τοῦ ὀστέου καὶ οἷσι βραχίονος. ἧσσον δὲ πήχεός τε καὶ κνήμης ἀποπεσούσης καὶ ἔτι εὐφόρως περιγίνονται. οἷσι μὲν οὖν κατεαγέντων ὀστέων ἀποσφακελίσιες αὐτίκα ἐγένοντο καὶ μελασμοὶ, τούτοισι μὲν ταχεῖαι περιῤῥήξιες γίνονται τοῦ σώματος καὶ τὰ ἀποπίπτοντα ταχέως ἀποπίπτει ἤδη τῶν ὀστέων προενδεδωκότων. οἷσι δὲ ὑγιέων ἐόντων τῶν ὀστέων οἱ μελασμοὶ γίνονται, αἱ μὲν σάρκες ταχέως θνήσκουσι καὶ τούτοισι, τὰ δὲ ὀστέα βραδέως ἀφίστανται, ᾗ ἂν τὰ ὅρια τοῦ μελασμοῦ γένηται καὶ ἡ ψίλωσίς τοῦ ὀστέου. χρὴ δὲ ὅσα ἂν κατωτέρω τοῦ σώματος τῶν ὁρίων τοῦ μελασμοῦ ἔῃ, ταῦτα, ὅταν ἤδη πάμπαν τεθνήκῃ καὶ ἀναλγέα ᾖ, ἀφαιρέειν κατὰ τὸ ἄρθρον προμηθεόμενον ὅκως μὴ τιτρώσῃς. (835) ἢν γὰρ ὀδυνηθῇ ἀποταμνόμενος καὶ μήπω κυρήσῃ τὸ σῶμα τεθνεὸς ταύτῃ ᾗ ἀποτέμνεται, κάρτα κίνδυνος ὑπὸ τῆς ὀδύνης λειποθυμῆσαι. || αἱ δὲ τοιαῦται λειποθυμίαι πολλοὺς

fracturis plus aequo compreſſis. In aliis item quae vinculis violenter intercepta fuerint, plerumque decidunt. Et ex his complures evadunt, nec non quibus in femore carnis et oſſis pars aliqua excidit, et quibus in brachio. Minus autem ex brachio et tibia cum quid decidat, hi adhuc facile tolerant et ſuperſunt. Quibus igitur fractis oſſibus ſiderationes et denigrationes confeſtim contingunt, iis quidem, cum jam antea oſſa ceſſerint, celeres corporis abruptiones ſiunt et quae caſura ſunt, cito decidunt. At quibus integris oſſibus denigrationes contingunt, iis quidem carnes celeriter etiam emoriuntur, oſſa autem, tum qua parte nigrities terminatur tum qua nudata ſunt, tarde abſcedunt. Partes autem corporis quae infra terminos denigrationis fuerint, ubi jam prorſus emortuae fuerint et dolorem non ſenſerint, ad articulos auferendae, ea cautione ut ne vulnus inferatur. Nam ubi qui exciditur dolet, neque dum qua parte exciditur corpus emortuum fuerit, ne ſub dolore animus deficiat, admodum periclitatur. Ejusmodi vero animi defectiones

Ed. Chart. XII. [447. 448.] Foës. I. 832. Ed. Lind. II. (835.)

παραχρῆμα ἤδη ἀπώλεσαν. μηροῦ μὲν οὖν ὀστέον ψιλωθὲν ἐκ τοιούτου τρόπου ὀγδοηκοσταῖον εἶδον ἀποστάν. ἡ μέντοι κνήμη τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ κατὰ τὸ γόνυ ἀφηρέθη εἰκοσταίη. ἐδόκεε δέ μοι καὶ ἐγγυτέρω. οὐ γὰρ ἅμα, ἀλλ' ἐπὶ τὸ προμηθέστερον ἔδοξέ μοί τι ποιέειν. κνήμης τε ὀστέα ἐκ τοιούτου μελασμοῦ, μάλα κατὰ μέσην τὴν κνήμην ἐόντα, ἑξηκοσταῖα μοι ἀπέπεσεν ὅσα ἐψιλώθη αὐτῶν. διενέγκοι μὲν γὰρ ἄν τι καὶ ἰητρείη ἰητρείης ἐς τὸ θᾶσσόν τε καὶ βραδύτερον τὰ ὀστέα ψιλούμενα ἀποπίπτειν, διενέγκοι δ' ἄν τι καὶ πίεξις πιέξιος καὶ ἐπὶ τὸ ἰσχυρότερόν τε καὶ ἀσθενέστε-[448]ρον, καὶ ἐς τὸ θᾶσσόν τε καὶ βραδύτερον ἀπομελανθέντα ἀποθανεῖν τὰ νεῦρα καὶ τὰς σάρκας καὶ τὰς ἀρτηρίας καὶ τὰς φλέβας, ἐπεὶ ὅσα μὴ ἰσχυρῶς ἀποληφθέντα θνήσκει, ἔνια τῶν τοιουτέων οὐκ ἀφικνέεται ἐς ὀστέων ψιλώματα, ἀλλ' ἐπιπολαιότερα ἐκπίπτει. ἔνια δὲ οὐδὲ εἰς νεύρων ψιλώματα ἀφικνεῖται, ἀλλὰ ἐπιπολαιότερα ἐκπίπτει. διὰ οὖν ταύτας τὰς προφάσιας οὐκ ἔστιν ἓν οὔνομα ἀριθμοῦ τῷ χρόνῳ θέσθαι ἐν ὁκόσῳ ἕκαστα κρίνεται. προσδέχεσθαι δὲ μάλα χρὴ τοιαῦτα ἰήματα. ἐπιδέειν γὰρ φοβερώτερά ἐστιν

multos jam confestim e medio sustulerunt. Ac femoris quidem os hoc modo nudatum octogesimo die abscedere vidi. Verum tibia huic homini vigesimo die circa genu detracta fuerat, mea autem sententia etiam citius. Neque enim simul, sed ut consultius quid fieret visum est. Tibiae vero ossa ex hujusmodi nigritie, quae ex ipsis nudata fuerunt fere ad mediam tibiam, sexagesimo die mihi deciderunt. Curatio sane quidem curationi praestat, quo maturius vel serius nudata ossa decidant. Pressus item a pressu et validitate et imbecillitate differt, quo etiam celerius aut tardius nervi, carnes, arteriae et venae denigratae emoriantur. Quae enim non valide intercepta emoriuntur, ex his nonnulla ad ossium nudationes non deveniunt, sed in summo magis decidunt, in quibusdam vero neque nervus denudatur, sed magis summae partes decidunt. Eas igitur ob causas tempus intra quod horum singula judicatione solvuntur, certo numero comprehendere non licet. At certe ejusmodi curatio-

Ed. Chart. XII. [448—450.] Foës. I. 832. Ed. Lind. II. (835. 836.)

ἤ τινι ἰητρεύειν, καὶ ἰητρείη πραείη ἀρκέει πᾶσι τοιούτοισιν. αὐτὰ γὰρ ἑωυτὰ κρίνει μόνον. τῆς τε διαίτης ἐπιμελέεσθαι χρὴ, ὡς κατὰ δύναμιν ἀπύρετος ἔῃ, καὶ ἐν σχήμασι δικαίοισιν εὐθετίζειν τὸ (836) σῶμα. δίκαια δὲ καὶ ταῦτα μηδὲ μετεωροποιέειν, μηδὲ ἐς τὸ κάτω ῥέπειν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐς τὸ ἄνω ποτὶ καὶ ἔστ᾽ ἂν τελείως περιῤῥαγῇ. αἱμοῤῥαγιέων γὰρ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ κίνδυνος. διὰ τοῦτο γοῦν οὐ χρὴ καταῤῥοπα ποιέειν τὰ τραύματα, ἀλλὰ τἀναντία. [449] ἐπεὶ ὅταν γε ὁ χρόνος ἐγγένηται πλείων καὶ καθαρὰ τὰ ἕλκεα γένηται, οὐκ ἔτι ταῦτα τὰ σχήματα ἐπιτήδειά ἐστιν, ἀλλ᾽ ἡ εὐθεῖα θέσις, καὶ ἐνίοτε ἐπὶ τὸ κατάῤῥοπον ῥέποντα. ἀνὰ χρόνον γὰρ ἐνίοισι τούτων ἀποστάσιες ὀστέου γίνονται καὶ ὑποδεσμίδων δέονται. [450] προσδέχεσθαι δὲ χρὴ τοὺς τοιούτους ἀνὰ χρόνον ὑπὸ δυσεντερίης πιέζεσθαι. καὶ γὰρ ἐπὶ τοῖς μελαινομένοισι τοῖσι πλείστοισιν ἐπιγίνεται δυσεντερίη καὶ ἐπὶ τῇσιν αἱμοῤῥαγίῃσιν ἐξ ἑλκέων. ἐπιγίνεται δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ

nes suscipienda sunt, quippe cum ad aspectum ipsum magis quam ad medicationem sint formidabiles. Iisque omnibus levis medicatio satis est. Ipsa enim per se sola solvuntur. Ea quoque in victu adhibenda diligentia, ut quoad ejus fieri poterit, febri adversetur et justo habitu corpus collocetur. Justus autem hic corporis habitus, ut neque in sublime sublatum sit neque deorsum spectet, sursum tamen magis, idque praecipue, quoad circumcirca ex toto abruptum fuerit. Tunc enim profluentis sanguinis periculum impendet. Eam igitur ob causam vulnera declivia non collocari, sed contra debent, quandoquidem procedente jam tempore, atque ubi ulcera pura fuerint, non amplius accommodatus est hic habitus, sed recta positio interdumque in declive tendens convenit. Temporis namque successu horum nonnullis ossis decessiones contingunt, atque ideo fasciis primum injectis velut subligaminibus opus habent. In his autem sperandum est fore ut procedente tempore cruentis dejectionibus corripiantur. Nam et plerisque in his quae denigrantur et in sanguinis ab ulcere profusionibus, cruentae dejectiones su-

Ed.Chart.XII.[450–455.] Foëſ.I.832.833. Ed.Lind. II.(836.837.)
κεκριμένων ἤδη καὶ τῶν μελασμῶν καὶ τῆς αἱμοῤῥαγίης, [451] καὶ ὁρμᾶται μὲν λαύρως καὶ ἰσχυρῶς, ἀτὰρ οὔτε πολυήμερος γίνεται οὔτε θανατώδης. οὔτε γὰρ μάλα ἀπόσιτοι γίνονται οἱ τοιοῦτοι οὔτε ἄλλως ξυμφέρει κενεαγγέειν.

[452] Μηροῦ δὲ ὀλίσθημα κατ᾽ ἰσχίον ὧδε χρὴ ἐμβάλλειν, ἢν ἐς τὸ εἴσω μέρος ὀλισθήκῃ. [454] ἀγαθὴ μὲν ἥδε καὶ δικαίη καὶ κατὰ φύσιν ἡ ἐμβολὴ καὶ δή τι καὶ ἀγωνιστικὸν ἔχουσα, ὅστις γε τοῖσι τοιούτοισιν ἥδεται κομψευόμενος. κρεμάσαι χρὴ τὸν ἄνθρωπον τῶν ποδῶν πρὸς μεσόδμην δεσμῷ δυνατῷ, μαλθακῷ δὲ καὶ πλάτος ἔχοντι. τοὺς δὲ πόδας διέχειν χρὴ ὅσον τέσσαρας δακτύλους ἀπ᾽ ἀλλήλων ἢ καὶ ἔλασσον. χρὴ δὲ καὶ ἐπάνωθεν τῶν ἐπιγουνίδων προσπεριβεβλῆσθαι, πλα(837)τεῖ ἱμᾶντι καὶ μαλθακῷ ἀνατείνοντι ἐς τὴν μεσόδμην. [455] τὸ δὲ σκέλος τὸ σιναρὸν τετάσθαι χρὴ, ὡς δύο δακτύλοισι μᾶλλον τοῦ ἑτέρου, ἀπὸ δὲ τῆς γῆς τὴν κεφαλὴν ἀπεχέτω ὡς δύο πήχεας ἢ ὀλίγῳ πλέον ἢ ἔλασσον. τὰς δὲ χεῖρας παρατεταμένας παρὰ τὰς πλευρὰς προσδεδεμένος ἔστω μαλθακῷ τινι. || πάντα δὲ ταῦτα ὑπτίῳ

perveniunt. Atque id plerumque fit jam judicatione abſolutis denigrationibus et ſanguinis eruptione. Ferturque id impetu largo et vehementi, ſed neque multis diebus perſeverat, neque lethale eſt. Nam neque ii cibos admodum averſantur, neque alias inedia conducit.

At femur coxa elapſum, ubi interiorem in partem prociderit, hac ratione reconditur. Haec quidem proba et juſta et ſecundum naturam repoſitio eſt, ſaneque ad gloriam fere comparata, ſi quis hujusmodi oſtentationem affectet. Homo a pedibus ex transverſa mediae domus trabe, vinculo valido, molli tamen et lato ſuſpendatur, quatuor inter ſe circiter digitis aut etiam minus diſtantibus. Supra genua quoque inſuper lorum latum ac molle, quod ad eandem trabem pertingat, circumdandum. Crus vero affectum duobus digitis amplius quam alterum intentum eſſe debet. Caput quoque duos fere cubitos, aut paulo amplius aut minus, a terra recedat. Manus autem ad latera porrectae re aliqua molli alligandae. Eaque omnia ſupino decumbenti homini

κατακειμένῳ κατασκευασθήτω, ὥς ὅτι ἐλάχιστον χρόνον κρέμηται. ὅταν δὲ κρεμασθῇ, ἄνδρα χρὴ εὐπαίδευτον καὶ μὴ ἀσθενέα ἐνείραντα τὸν πῆχυν μεσηγὺ τῶν μηρῶν, εἶτα θέσθαι τὸν πῆχυν μεσηγὺ τοῦ περινέου καὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ μηροῦ ἐξεστηκυίης. ἔπειτα συνάψαντα τὴν ἑτέρην χεῖρα πρὸς τὴν ἐξηρμένην, παραστάντα ὀρθὸν παρὰ τὸ σῶμα τοῦ κρεμαμένου ἐξαπίνης ἐκκρεμασθέντα, μετέωρον αἰωρηθῆναι ὡς ἰσοῤῥοπώτατον. αὕτη δὲ ἡ ἐμβολὴ παρέχεται πάντα ὅσα χρὴ κατὰ φύσιν. αὐτό τε γὰρ τὸ σῶμα κρεμάμενον τῷ ἑωυτοῦ βάρει κατάτασιν ποιέεται, ὅ τε ἐκκρεμασθεὶς ἅμα μὲν τῇ κατατάσει ἀναγκάζει ὑπεραιωρεῖσθαι τὴν κεφαλὴν τοῦ μηροῦ ὑπὲρ τῆς κοτύλης, ἅμα δὲ τῷ ὀστέῳ τοῦ πήχεος ἀπομοχλεύειν καὶ ἀναγκάζειν εἰς τὴν ἀρχαίην φύσιν ὀλισθαίνειν. χρὴ δὲ παγκάλως μὲν τοῖσι δεσμοῖσιν ἐσκευάσθαι, φρονέοντα δὲ ὡς ἰσχυρότατον τὸν ἐξαιωρούμενον εἶναι. ὡς μὲν οὖν καὶ πρόσθεν εἴρηται, μέγα τὸ διαφέρον ἐστὶ τῶν φυσίων τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἐς τὸ εὐέμβλητα εἶναι καὶ δυσέμβλητα, καὶ διότι μέγα διαφέρει, εἴρηται πρόσθεν ἐν τοῖς περὶ ὤμου.

apparanda, ut quam paucissimo tempore suspensus maneat. Homine suspenso peritus aliquis neque imbecillus cubitum inter femora trajectum, inter caput femoris elapsum et interfemineum medium collocare debet, deinde altera manu ad eam quae est interposita conjuncta, rectus adstans repente ad suspensi hominis corpus annexus, sublimis quam maxime aequabili libramento appendere. In hac sane reponendi ratione omnia quibus secundum naturam opus est suppeditantur. Nam et corpus ipsum suspensum suopte pondere extensionem facit, et qui appensus est simul quidem extendendo caput femoris e regione sui acetabuli sublime ferri cogit, unaque cubiti osse molitionem facit et in pristinam sedem retrudit. Vincula autem quam optime quidem accommodata esse oportet, id certe advertendo, ut qui sublimis appenditur quam validissimus existat. Quemadmodum igitur supra quoque dictum est, multum homini homo natura praestat, in eo quod vel facilis vel difficilis repositio fiat. Itemque cur multum intersit, supra cum de humero age-

Ed. Chart. XII. [456. 457.] Foës. I. 833. Ed. Lind. II. (837. 838.)

[456] ἐνίοισι γὰρ ὁ μηρὸς ἐμπίπτει ἀπ᾽ οὐδεμιῆς παρασκευῆς, ἀλλ᾽ ὀλίγης μὲν κατατάσιος, ὅσον τῇσι χερσὶ καθιθῆναι, (838) βραχείης δὲ κιγκλίσιος. πολλοῖσι δὲ συγκάμψασι τὸ σκέλος κατὰ τὸ ἄρθρον ἐνέπεσεν ἤδη ἀμφίσφαλσιν ποιησάμενον. ἀλλὰ γὰρ τὰ πολὺ πλείω οὐκ ἐνακούει τῆς τυχούσης παρασκευῆς. διὰ τοῦτο ἐπίστασθαι μὲν χρὴ τὰ κράτιστα περὶ ἑκάστου ἐν πάσῃ τῇ τέχνῃ. χρέεσθαι δὲ οἷσιν ἂν δόξῃ ἑκάστοτε. εἴρηνται μὲν οὖν τρόποι κατατασίων καὶ ἐν τοῖσιν ἔμπροσθεν γεγραμμένοισιν, ὥστε χρέεσθαι τούτων ὅστις ἂν παρατύχῃ. δεῖ γὰρ ἀντικατατετάσθαι ἰσχυρῶς, ἐπὶ θάτερα μὲν τοῦ σκέλεος, ἐπὶ θάτερα δὲ τοῦ σώματος. ἢν γὰρ εὖ καταταθῇ, ὑπεραιωρηθήσεται ἡ κεφαλὴ τοῦ μηροῦ ὑπὲρ τῆς ἀρχαίης ἕδρης. καὶ ἢν μὲν ὑπεραιωρηθῇ οὕτως, οὐδὲ κωλῦσαι ἔτι ῥηΐδιον ἵζεσθαι αὐτὴν ἐς τὴν ἑωυτῆς ἕδρην, ὥστε ἤδη πᾶσα ἀρκέει μόχλευσίς τε καὶ κατόρθωσις. ἀλλὰ γὰρ ἐλλείπουσιν ἐν τῇ κατατάσει. διὰ τοῦτο ὄχλον πλείω παρέχει ἡ ἐμβολή. [457] χρὴ οὖν οὐ μόνον παρὰ

remus dictum eſt. Nonnullis enim absque ullo apparatu, ſed ex modica intenſione, quae manuum directione fit, levique agitatione femur intro revertitur. Multis etiam crus, qua commiſſura eſt inflectentibus, id facta circumactione jam in ſuam ſedem revertit. At multo ſaepius evenit ut non cuilibet cedat apparatui. Quocirca quae quidem in quavis arte in ſingulis plurimum praeſtant, ſcire convenit, in uſum vero ea adhibere quae ad ſingula accommodari videbuntur. Extendendi ergo rationes etiam a me in ſuperioribus dictae ſunt, ut ex his quaecunque ſuppetet in uſum adhiberi poſſit. Vehementem enim in diverſas partes extenſionem fieri oportet, ut in alteram quidem crus, in alteram vero corpus adducatur. Nam ſi probe extenſio fiat, femoris caput ſupra priſtinam ſedem ſublime efferetur, ſicque in ſublime evectum, non jam facile prohibeatur quominus in ſua ipſius ſede conſidat, adeo ut etiam quaevis molitio ac directio ſatis ſit. Sed enim parcior extenſio fieri conſuevit, ideoque majorem moleſtiam repoſitio adſert.

Ed. Chart. XII. [457.] Foef. I. 833. Ed. Lind. II. (838. 839.)

τὸν πόδα τὰ δεσμὰ ἐξηρτῆσθαι, ἀλλὰ καὶ ἄνωθεν τοῦ γούνατος, ὅκως μὴ κατὰ τὸ τοῦ γούνατος ἄρθρον ἐν τῇ τανύσει ἡ ἐπίδεσις ἔῃ μᾶλλον ἢ κατὰ τὸ τοῦ ἰσχίου ἄρθρον. οὕτω μὲν οὖν χρὴ τὴν κατάτασιν τὴν πρὸς τὸ τοῦ ποδὸς μέρος ἐσκευάσθαι, ἀτὰρ καὶ τὴν ἐπὶ θάτερα κατάτασιν μὴ μόνον ἐκ τῆς περὶ τὸ στῆθος καὶ τὰς μασχάλας περιβολῆς ἀντιτείνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἱμᾶντι μακρῷ διπτύχῳ, ἰσχυρῷ, προσηνεῖ, παρὰ τὸν περίνεον βεβλημένῳ, παρατεταμένῳ ἐπὶ μὲν τὰ ὄπισθεν παρὰ τὴν ῥάχιν, ἐπὶ δὲ τὰ ἔμπροσθεν παρὰ τὴν κληῗδα προσηρτημένῳ, πρὸς τὴν ἀρχὴν τὴν ἀντικατατείνουσαν οὕτω διαναγκάζεσθαι, τοῖσι μὲν ἔνθα διατεινομένοισι, τοῖσι δὲ ἔνθα. ὅκως δὲ ὁ ἱμὰς ὁ παρὰ τὸν περί-(839)νεον μὴ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τοῦ μηροῦ παρατεταμένος ἔσται, ἀλλὰ μεσηγὺ τῆς κεφαλῆς ἐπὶ τοῦ περινέου. ἐν δὲ τῇ κατατάσει κατὰ μὲν τὴν κεφαλὴν τοῦ μηροῦ ἐρείσας τὴν πυγμὴν, ἐς τὸ ἔξω ὠθεέτω. ἢν δὲ μετεωρίζεται ἑλκόμενος, διέρσας τὴν χεῖρα καὶ ἐπισυνάξας τῇ ἑτέρῃ χειρὶ, ἅμα μὲν συγκατατεινέτω, ἅμα δὲ ἐς τὸ ἔξω συναναγκαζέτω. ἄλλος δὲ

Neque ergo pedibus ſolum, verum etiam ſupra genu vincula injici neceſſe eſt, quo non magis genu quam coxendicis articulus deligatione intendatur. Atque hunc in modum ad pedes extenſionem apparatam eſſe convenit. Sed et neque ad pectus ſolum et alas circumjecto vinculo in diverſa contenſio fieri debet, verum etiam loro longo, duplici, valido, leni, ad interſoemineum interjecto, quod poſteriore quidem parte juxta ſpinam porrigatur, anteriore vero per jugulum ad aliud initium contra tendat, ita vis adhibenda eſt, his quidem una parte, aliis altera diſtentionem molientibus. Ita tamen ne lorum quod ad interſoemineum demittitur, ſupra ſemoris caput porrigatur, ſed inter caput et interſoemineum medium deducatur. In ipſa vero extenſione ſemoris quidem caput obnixo pugno exteriorem in partem propellendum. Quod ſi qui trahitur ſublimis pendeat, inſerta manu, eique altera conjuncta, ſimul quidem extendendum et in exteriorem partem impel-

τις τὸ παρὰ τὸ γόνυ τοῦ μηροῦ ἡσύχως ἐς τὸ εἴσω μέρος κατορθούτω. εἴρηται δὲ καὶ πρόσθεν ὅτι || ἐπάξιον ὅστις ἐν πόλει πολυανθρώπῳ ἰητρεύει, ξύλον κεκτῆσθαι τετράγωνον ὡς ἑξάπηχυ ἢ ὀλίγῳ μεῖζον, εὖρος δὲ ὡς δίπηχυ. πάχος δὲ ἀρκέει σπιθαμιαῖον. [458] ἔπειτα κατὰ μῆκος μὲν ἔνθεν καὶ ἔνθεν τομὴν ἔχειν χρὴ, ὡς μὴ ὑψηλοτέρη τοῦ καιροῦ ἡ μηχάνησις εἴη. ἔπειτα φλιὰς βραχείας, ἰσχυρὰς, ἐνηρμοσμένας, ὀνίσκους ἔχειν ἑκατέρωθεν. [459] ἔπειτα ἀρκέει μὲν ἐν τῷ ἡμίσει τοῦ ξύλου. οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ διὰ παντὸς ἐντετμῆσθαι ὡς καπέτους μικρὰς πέντε ἢ ἓξ, διαλειπούσας ἀπ᾽ ἀλλήλων τέσσαρας δακτύλους. αὐτὰς δὲ ἀρκέει εὖρος τριδακτύλους εἶναι καὶ βάθος οὕτως. ἔχειν δὲ κατὰ μέσον τὸ ξύλον καὶ καταγλυφὴν χρὴ βαθυτέρην ἐπὶ τετράγωνον ὡς τριῶν δακτύλων, καὶ ἐς μὲν τὴν καταγλυφὴν ταύτην, ὅταν δοκέῃ προσδεῖν ξύλον, ἐμπηγνύναι ἐναρμόζον τῇ καταγλυφῇ, τὸ δὲ ἄνω στρογγύλον. ἐμπηγνύναι δὲ, ἐπὴν ποτε δοκέῃ ξυμφέρειν, μεσηγὺ τοῦ περινέου καὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ μηροῦ. τοῦτο τὸ

lendum. Alius autem femur ad genu leviter interiorem in partem dirigat. Operae pretium vero esse etiam supra dictum est, ut qui in percelebri civitate medicinam factitat, lignum sibi comparet quadrangulum sex fere cubitorum, aut paulo majus latitudine bicubitali, cujus crassitudo dodrantalis satis est. Id praeterea hinc et inde in longitudinem sectionem habeat, ne molitio convenientem altitudinem excedat. Postes insuper asellos continentes, breves, validos, utraque parte insertos habeat. Tum satis quidem est si in dimidia ligni parte, nihil tamen prohibet quo minus etiam per totum, quinque aut sex fossulae longae, quatuor inter se digitis distantes incisae sint. Quibus trium digitorum latitudo eademque altitudo sufficit. In medio vero alte exsculptum cavum in quadratam figuram ad tres fere digitos, lignum habere oportet, in quod, ubi opus esse videbitur, lignum cavo accommodatum, superiore autem parte teres defigatur. Defigendumque id, ubi conferre videbitur, medium inter femoris caput et interfoe-

Ed. Chart. XII. [459. 460.] Foës. I. 834. Ed. Lind. II. (839. 840.)

ξύλον ἑστεὸς κωλ(840)ύει τὴν ἐπίδοσιν ἐπιδιδόναι τὸ σῶμα, τοῖσι πρὸς ποδῶν ἕλκουσιν. ἐνίοτε γὰρ ἀρκέει αὐτὸ τὸ ξύλον τοῦτο ἀντὶ τῆς ἄνωθεν ἀντικατατάσιος. ἐνίοτε δὲ καὶ κατατεινομένου τοῦ σκέλεος ἔνθεν καὶ ἔνθεν αὐτὸ τὸ ξύλον τοῦτο χαλαρὸν ἐγκείμενον ἢ τῇ ἢ τῇ ἐκμοχλεύειν ἐπιτήδειον ἂν εἴη τὴν κεφαλὴν τοῦ μηροῦ ἐς τὸ ἔξω μέρος. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ αἱ κάπετοι ἐντέτμηνται, ὡς καθ᾽ ὁκοίην ἂν αὐτέων ἁρμόσῃ ἐμβαλλόμενος ξύλινος μοχλὸς μοχλεύοι ἢ παρὰ τὰς κεφαλὰς τῶν ἄρθρων ἢ κατὰ τὰς κεφαλὰς τελέως ἐρειδόμενος ἅμα τῇ κατατάσει ἤν τε ἐς τὸ ἔξω μέρος συμφέρῃ ἐκμοχλεύεσθαι ἤν τε ἐς τὸ εἴσω, [460] καὶ ἤν τε στρογγύλον τὸν μοχλὸν ξυμφέρῃ εἶναι ἤν τε πλάτος ἔχοντα. ἄλλος γὰρ ἄλλῳ τῶν ἄρθρων ἁρμόζει, εὔχρηστος δέ ἐστιν ἐπὶ πάντων τῶν ἄρθρων ἐμβολῆς τῶν κατὰ τὰ σκέλεα αὕτη ἡ μόχλευσις σὺν κατασείσει. περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος ἐστὶ, στρογγύλος ἁρμόζει ὁ μοχλὸς εἶναι. ἀπὸ τουτέων τῶν μηχανέων καὶ ἀναγκαῖον οὐδὲν ἄρθρον μοι δοκέει οἷόν τε εἶναι ἀπορη-

mineum. Quo erecto prohibetur corpus quominus concedat, cum a pedibus trahitur. Interdum namque hoc ipsum solum loco extensionis quae a superiore parte in diversa adducitur abunde est. Interdum vero dum crus utrinque extenditur, hoc ipsum lignum in hanc vel illam partem laxius incumbens idoneum fuerit ut caput femoris exteriorem in partem molitione impellat. Ea enim de causa excisae sunt fossulae, ut ad quam congruere videbitur, demisso vecte ligneo aut juxta ipsa articulorum capita, aut in ea penitus impacto una cum extensione, vel externam vel interiorem in partem, prout conducere videbitur, molitio adhibeatur, idque sive teretem sive latum vectem esse expedit, cum alius aliis articulis magis accommodatus sit. Haec autem per vectem molitio cum concussione ad omnes crurum articulos reponendos perquam est accommodata. In eo autem quod in quaestione versatur, rotundum vectem esse convenit. Ubi vero exteriorem in partem prolapsus est articulus, latus est accommodatus. Atque post haec machinamenta si vis adhibeatur, non videtur

Ed. Chart. XII. [460. 461.] Foës. I. 834. Ed. Lind. II. (840. 841.)
θῆναι τοῦ ἐμπεσεῖν. εὕροι δ' ἄν τις καὶ ἄλλους τρόπους τούτου τοῦ ἄρθρου ἐμβολῆς. εἰ γὰρ τὸ ξύλον τοῦτο τὸ μέγα ἔχει κατὰ μέσον καὶ ἐκ πλαγίων φλιὰς δύο ποδιαίας, ὕψος δὲ ὅκως δοκέει ξυμφέρειν τὴν μὲν ἔνθεν, τὴν δὲ ἔνθεν, ἔπειτα ξύλον πλάγιον ἐνείη ἐν τῇσι φλιῇσιν, ὡς κλιμακτὴρ, ἔπειτα διέρσαι τὸ ὑγιὲς σκέλος μεσηγὺ τῶν φλιέων, τὸ δὲ σιναρὸν ἄνωθεν τοῦ κλιμακτῆρος ἔχοι ἐναρμόσον. ἀτάρ τι πρὸς τὸ ὕψος καὶ πρὸς τὸ ἄρθρον, ᾗ (841) ἐκπέπτωκε, ῥηΐδιον χρὴ ἁρμόζειν. τὸν γὰρ κλιμακτῆρα ὑψηλότερον χρὴ ποιέειν τοῦ μετρίου, καὶ ἱμάτιον πολύπτυχον ὡς ἂν ἁρμόσῃ ὑποτείνειν ὑπὸ τὸ σῶμα. [461] ἔπειτα χρὴ ξύλον ἔχον τὸ πλάτος μέτριον καὶ μῆκος ἄχρι τοῦ σφυροῦ ὑποτεταμένον ὑπὸ τὸ σκέλος εἶναι ἱκνεόμενον ἐπέκεινα τῆς κεφαλῆς τοῦ μηροῦ, ὡς οἷόν τε. προσκαταδεδέσθαι δὲ χρὴ πρὸς τὸ σκέλος ὁκοσαχῶς ἂν μετρίως ἔχῃ. κἄπειτα κατατεινομένου τοῦ σκέλεος, εἴτε ξύλῳ ὑπεροειδέϊ εἴτε τουτέων τινὶ τῶν κατασίων, ὁμοῦ χρὴ καταναγκάζεσθαι τὸ σκέλος περὶ τὸν κλιμακτῆρα ἐς τὸ κάτω μέρος ξὺν τῷ ξύλῳ τῷ προσδεδεμένῳ.

mihi ullus articulus repositione frustrari posse. Quanquam etiam alios hujus articuli recondendi modos quis inveniat. Etenim si magnum hoc lignum medium et ad latera postes duos pedales habeat ea altitudine, quae idonea esse videatur, utraque ex parte unum tum lignum transversum super postes tanquam scalae gradus imponatur, deinde integro crure inter postes transmisso, quod affectum est supra gradum adaptetur. Verumtamen ad altitudinem et ad articulum qua parte prolapsus est, facile aliquid accommodari debet. Nam et gradus moderato altior constituendus et vestem multiplicem, prout congruere videbitur, corpori substernere oportet. Post haec lignum convenienti longitudine et latitudine ad malleolos usque cruri subjiciendum sic ut ultra femoris caput, quoad ejus fieri poterit, feratur, et ad crus, quoties aequum videbitur, alligandum. Deinceps dum crus extenditur, sive id per lignum fiat quod est in pistilli formam, sive per aliquod aliud, quod ad extendendum sit idoneum, una crus supra gradum cum

Ed.Chart.XII.[461.462.] Foës. I. 834—836. Ed. Lind. II. (841.842.)

τὸν δέ τινα κατέχειν τὸν ἄνθρωπον ἀνωτέρω τοῦ ἄρθρου κατὰ τὸ ἰσχίον, καὶ γὰρ οὕτως ἅμα μὲν ἡ κατάτασις ὑπεξαίροιτο τὴν κεφαλὴν τοῦ μηροῦ ὑπὲρ τῆς κοτύλης, ἅμα δὲ ἡ μόχλευσις ἀπωθέοι τὴν κεφαλὴν τοῦ μηροῦ εἰς τὴν ἀρχαίην φύσιν. αὗται πᾶσαι αἱ εἰρημέναι ἀνάγκαι ἰσχυραὶ καὶ πᾶσαι κρείσσους τῆς ξυμφορῆς, ἤν τις ὀρθῶς καὶ καλῶς σκευάζοι. || ὥσπερ δὲ καὶ πρόσθεν εἴρηται, πολύ τι ἀπὸ ἀσθενεστέρων κατατασίων καὶ φαυλοτέρης κατασκευῆς τοῖσι πλείστοισιν ἐμπίπτει.

[462] || Ἢν δὲ ἐς τὸ ἔξω κεφαλὴ μηροῦ ὀλισθῇ, τὰς μὲν κατατάσιας ἔνθα καὶ ἔνθα χρὴ ποιέεσθαι, ὥσπερ εἴρηται, τοιουτοτρόπως. τὴν δὲ μόχλευσιν πλάτος ἔχοντι μοχλῷ μοχλεύειν χρὴ, ἅμα τῇ κατατάσει ἐκ τοῦ ἔξω μέρεος ἐς τὸ εἴσω ἀναγκάζοντα, κατά τε αὐτὸν ἤδη τὸν γλουτὸν τιθέμενον τὸν μοχλὸν καὶ ὀλίγῳ ἀνωτέρω. ἐπὶ δὲ τὸ ὑγιὲς ἰσχίον κατὰ τὸν γλουτὸν ἀντιστηριζέτω τις τῇσι χερσὶν, ὡς μὴ ὑπείκῃ τὸ (842) σῶμα ἢ ἑτέρῳ τινὶ τοιούτῳ μοχλῷ ὑπερβάλλων καὶ ἐρείσας ἐκ τῶν καπέτων τὴν ἁρμόζουσαν ἀντι-

alligato ligno deorſum adurgendum, et ab aliquo homo ſupra commiſſuram ad coxam eſt continendus. Hac enim via ſimul quidem diſtenſionis vi femoris caput ſupra cavitatem ſublime attolletur, ſimulque molitione in priſtinam ſedem protrudetur. Hae omnes commemoratae cogendi rationes validae ſunt, omnesque, ſi quis recte ac probe apparatas habeat, calamitatem ſuperant. Ac quemadmodum ante dictum eſt, longe imbecilliore extenſione magisque vulgari apparatu plerumque hic articulus reconditur.

At vero ubi exteriorem in partem femoris caput luxatum fuerit, eodem quo ſupra dictum eſt modo ab utraque parte extenſiones faciendae. Molitio autem per latum vectem una cum extenſione adhibenda, ab exteriore parte ad interiorem adurgendo, ad natem ipſam aut paulo ſupra vecte appoſito. Ad ſanam autem coxam juxta natem quis manibus obfirmatis, ut ne corpus cedat, aut alio aliquo hujusmodi vecte ſuperjecto et ex aliqua conveniente

Ed. Chart. XII. [462. 463.] Foës. I. 836. Ed. Lind. II. (842.)

κατασχέτω. τοῦ δὲ μηροῦ τοῦ ἐξηρθρηκότος τὸ παρὰ τὸ γόνυ εἴσωθεν ἔξω παραγέτω ἡσύχως. ἡ δὲ κρέμασις οὐχ ἁρμόσει τούτῳ τῷ τρόπῳ τῆς ὀλισθήσιος τοῦ ἄρθρου. ὁ γὰρ πῆχυς τοῦ ἐκκρεμαμένου ἀπωθέοι ἂν τὴν κεφαλὴν τοῦ μηροῦ ἀπὸ τῆς κοτύλης. τὴν μέντοι ξὺν τῷ ὑποκειμένῳ ξύλῳ μόχλευσιν μηχανήσαιτ᾽ ἄν τις ὥστε ἁρμόζειν καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τοῦ ὀλισθήματος ἔξωθεν προσαρτέον. ἀλλὰ τί καὶ δεῖ πλείω λέγειν; ἢν γὰρ ὀρθῶς μὲν καὶ εὖ κατατείνηται, ὀρθῶς δὲ μοχλεύηται, τί οὐκ ἂν ἐμπέσοι ἄρθρον οὕτως ἐκπεπτωκός; [463] ἢν δὲ ἐς τοὔπισθεν μέρος ἐκπεπτώκῃ ὁ μηρὸς, τὰς μὲν κατατάσιας καὶ ἀντιτάσιας οὕτω δεῖ ποιέεσθαι, καθάπερ εἴρηται. ἐπιστορέσαντα δὲ ἐπὶ τὸ ξύλον ἱμάτιον πολύπτυχον ὡς μαλακώτατον ἔῃ, πρηνέα κατακλίναντα τὸν ἄνθρωπον οὕτω κατατείνειν. ἅμα δὲ τῇ κατατάσει χρὴ τῇ σανίδι καταναγκάζειν τὸν αὐτὸν τρόπον, ὡς τὰ ὑβώματα κατ᾽ ἴξιν τοῦ πυγαίου ποιησάμενον τὴν σανίδα καὶ μᾶλλον ἐς τὸ κάτω μέρος ἢ ἐς τὸ ἄνω τῶν ἰσχίων, καὶ ἡ ἐντομὴ ἐν τῷ τοίχῳ τῇ σανίδι μὴ εὐθεῖα ἔστω, ἀλλ᾽ ὀλίγον κατα-

fossula firmato, contra obluctetur ac femoris luxati partem, quae ad genu est, ab interiore parte in exteriorem leviter deducat. Huic vero luxationis modo suspensio minime convenit. Ejus enim qui appenditur cubitus femoris caput e suo cavo protruderet. Huic tamen luxationis modo convenientem per subjectum lignum molitionem comminiscetur aliquis, si exteriore parte admoveatur. Sed quid plura? Nam si recte et probe extensio fiat, recte quoque molitio adhibeatur, quis articulus hoc modo prolapsus non restituatur? Quod si posteriorem in partem femur prolapsum sit, extendere quidem et in diversa ducere quo modo dictum est oportet, instratoque ligno multiplici stragulo, quo mollissimum sit et homine prono reclinato, hunc in modum extensio adhibenda. Una autem cum extensione, quomodo in gibbosis spinae affectibus, per asserem deorsum impellendum est, assere e natium regione magisque in inferiorem quam superiorem partem collocato. Incisura vero in pariete ad asserem directa

φερής πρός τὸ τῶν ποδῶν μέρος. αὕτη ἡ ἐμβολὴ κατὰ φύσιν μάλιστα τῷ τρόπῳ τούτῳ τοῦ ὀλισθήματός ἐστι καὶ ἅμα ἰσχυροτάτη, ἀρκέσειε δ᾽ ἂν ἴσως ἀντὶ τῆς σανίδος καὶ ἐφεζόμενόν τινα ἢ τῇσι χερσὶν ἐρεισάμενον ἢ ἐπιβάντα ἐξαπίνης ὁμοίως ἐπαιωρηθῆναι ἅμα τῇ κατατάσει. ἄλλη δὲ οὐδεμίη ἐμβολὴ τῶν προειρημένων κατὰ φύσιν ἐστὶ τῷ τρόπῳ τούτῳ τοῦ ὀλισθήματος.

Ἢν δὲ ἐς (843) *τὸ ἔμπροσθεν ὀλισθῇ, τῶν μὲν κατατασίων ὁ αὐτὸς τρόπος ποιητέος, ἄνδρα δὲ χρὴ ὡς ἰσχυρότατον ἀπὸ χειρῶν καὶ ὡς εὐπαιδευτότατον ἐνερείσαντα τὸ θέναρ τῆς χειρὸς τῆς ἑτέρης παρὰ τὸν βουβῶνα καὶ τῇ ἑτέρῃ χειρὶ τὴν ἑωυτοῦ χεῖρα προσκαταλαβόντα ἅμα μὲν ἐς τὸ κάτω ὠθέειν τὸ ὀλίσθημα, ἅμα δὲ ἐς τὸ ἔμπροσθεν τοῦ γούνατος μέρος. οὗτος γὰρ ὁ τρόπος τῆς ἐμβολῆς μάλιστα κατὰ φύσιν τούτῳ τῷ ὀλισθήματί ἐστιν. ἀτὰρ καὶ ὁ κρεμασμὸς ἐγγύς τι τοῦ κατὰ φύσιν. δεῖ μέντοι τὸν ἐκκρεμάμενον ἔμπειρον εἶναι, ὡς μὴ ἐκμοχλεύοι τῷ πήχεϊ τὸ ἄρθρον,*

nou ſit, ſed paulum deorſum ſpectans et ad pedes inclinata. Haec reponendi ratio hujusmodi luxato articulo, tum maxime ſecundum naturam, tum etiam validiſſima eſt. Aſſeris autem loco abunde fortaſſis fuerit aliquem inſidentem, aut manibus annitentem vel derepente pedibus conſiſtentem, una quoque cum extenſione ſublimem ferri. Ex praedictis vero alia nulla reponendi ratio hujusmodi luxato articulo ſecundum naturam eſt.

At ſi anteriorem in partem luxatum fuerit, idem certe extendendi modus convenit. Vir autem cum manibus robuſtiſſimus tum etiam peritiſſimus ſuperiore alterius manus parte ad inguen oſſirmata, eandemque altera manu inſuper comprehendens, una quidem luxatam articulum deorſum ſimulque ad anteriorem genu partem propellat. Hic enim reponendi modus huic luxationi maxime ſecundum naturam convenit. Sed et ſuſpendendi ratio prope fere ad naturam accedit. Eum tamen qui appenditur gnarum eſſe oportet, ut ne cubiti molitione articulum expellat,

Ed. Chart. XII. [463. 464.] Foëſ. I. 836. 837. Ed. Lind. II. (843. 844.)

ἀλλὰ περὶ μέσον τὸν περίνεον καὶ κατὰ τὸ ἱερὸν ὀστέον τὴν ἐκκρέμασιν ποιέεται. [464] εὐδοκιμέει δὲ καὶ ὁ πειραθεὶς ἀσκῷ || τοῦτο τὸ ἄρθρον ἐμβαλέσθαι, καὶ ἤδη μέν τινας εἶδον, οἵτινες ὑπὸ φαυλότητος καὶ τὰ ἔξω ἐγκεκλιμένα καὶ τὰ ὄπισθεν ἀσκῷ ἐπειρῶντο ἐμβαλεῖν, οὐ γινώσκοντες ὅτι ἐξέβαλλον αὐτὸ μᾶλλον ἢ ἐνέβαλλον. ὁ μέντοι πρῶτος ἐπινοήσας, δῆλον ὅτι πρὸς τὰ εἴσω ὠλισθηκότα ἀσκῷ ἐμβάλλειν ἐπειρήσατο. ἐπίστασθαι μὲν οὖν χρὴ ὡς χρηστέον ἀσκῷ εἰ δέοι χρέεσθαι. διαγινώσκειν δὲ χρὴ ὅτι ἕτερα πολλὰ ἀσκοῦ κρείσσω ἐστίν. χρὴ δὲ τὸν μὲν ἀσκὸν κατατιθέναι ἐς τοὺς μηροὺς ἀφύσητον ἐόντα, ὡς ἂν δύναιτο ἀνωτάτω πρὸς τὸν περίνεον ἀνάγοντα, ἀπὸ δὲ τῶν ἐπιγουνίδων ἀρξάμενον ταινίῃ πρὸς ἀλλήλους τοὺς μηροὺς καταδῆσαι, ἄχρι τοῦ ἡμίσεος τῶν μηρῶν. ἔπειτα ἐς ἕνα τῶν πολλῶν τὸν λελυμένον ἐνθέντα αὐλὸν ἐκ χαλκείου φυσᾶν καὶ ἐσαναγκάζειν ἐς τὸν ἀσκόν. τὸν δὲ ἄνθρωπον πλάγιον κατακέεσθαι τὸ σιναρὸν σκέλος ἐπιπολῆς ἔχον(844)τα. ἡ μὲν οὖν παρασκευὴ αὕτη ἐστί. σκευάζονται δὲ κάκιον οἱ πλεῖ-

ſed circa medium interfoemineum et juxta os ſacrum appenſionem faciat. Laudandus quoque is eſt, qui per utrem hunc articulum recondere tentarit. Nonnullos tamen vidi, qui ob ineptiam tam ea quae extra quam quae in poſteriorem partem erumperent, per utrem reponere tentarent neque adverterent hoc modo articulum potius expelli quam reſtitui. Conſtat certe eum qui primus id excogitavit, quae intro luxata fuerunt per utrem reponere tentaſſe. Noſſe igitur convenit ubi uſus expetit, utre utendum eſſe, ſcire tamen licet multa alia utre praeſtantiora eſſe. Uter autem non inflatus inter femora collocatur, ſic ut, quoad ejus fieri poteſt maxime ſublimis ad interfoemineum adducatur, tum a patellis genu initio ducto, faſcia femora inter ſe vinciantur, quae ad eorum mediam partem tendat, deinde impoſito folle fabrili in partem ex multis ſolutam, flatus in utrem immittitur ac diſtendi cogitur. Homo vero in latus decumbere debet, et crus affectum ſuperiore parte habere. Atque hujuſmodi quidem eſt apparatus. Plerique

στοι ἢ ὡς ἐγὼ εἴρηκα. οὐ γὰρ καταδέουσι τοὺς μηροὺς ἐπὶ συχνὸν, ἀλλὰ μοῦνον τὰ γόνατα καὶ οὐ προσκατατείνουσι. χρὴ δὲ καὶ προσκατατείνειν. ὅμως δὲ ἤδη τινὲς ἐνέβαλον, ῥηϊδίου πράγματος ἐπιτυχόντες. εὐφόρως δὲ οὐ πάνυ ἔχει διαναγκάζεσθαι οὕτως. ὅ τε γὰρ ἀσκὸς ἐμφυσώμενος οὐ τὰ ὀγκηρότατα αὐτοῦ ἔχει πρὸς τῷ ἄρθρῳ τῆς κεφαλῆς, ἣν δεῖ μάλιστα ἐκμοχλεύσασθαι. ἀλλὰ κατὰ τὸν ἑωυτὸν αὐτὸς μέσος καὶ τῶν μηρῶν ἴσως ἢ κατὰ τὸ μέσον ἢ ἔτι κατωτέρω. οἵ τε αὖ μηροὶ φύσει γαυσοὶ πεφύκασιν. ἄνωθεν γὰρ σαρκώδεές τε καὶ ξύμμηροι. ἐς δὲ τὸ κάτω ὑπόξηροι. ὥστε καὶ ἡ τῶν μηρῶν φύσις ἐπαναγκάζοι τὸν ἀσκὸν, ἀπὸ τοῦ ἐπικαιροτάτου χωρίου. εἴτε οὖν τι σμικρὸν ἐνθήσει τὸν ἀσκὸν, μικρὴ ἡ ἰσχὺς ἐοῦσα, ἀδύνατόν ἐστιν ἀναγκάζειν τὸ ἄρθρον· εἰ δὲ δεῖ ἀσκῷ χρέεσθαι, ἐπὶ πολὺ οἱ μηροὶ ξυνδετέοι πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἅμα τῇ κατατάσει τοῦ σώματος ὁ ἀσκὸς φυσητέος. τὰ δὲ σκέλεα ἀμφότερα ὁμοῦ καταδεῖν ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ τῆς ἐμβολῆς ἐπὶ τὴν τελευτήν. χρὴ δὲ περὶ πλείστου

tamen deterius quam ego dixi apparant. Neque enim femorum magnam partem, sed genua tantum devinciunt, neque praeterea intensionem admovent, quae tamen necessario adhiberi debet. At nonnulli rem facilem nacti luxationem etiam restituerunt. Verum hoc pacto non admodum facilis impulsio est. Inflatus enim uter qua potissimum parte tumet articuli caput, quod molitione impelli maxime debet, non attingit, sed fere tota sui parte medius inter femora vel circa medium vel adhuc inferius collocatur. Ad haec femora etiam ipsa curva natura sunt comparata. Superiore enim parte carnosa sese contingunt, inferiore vero in angustum tenuantur. Ita ut etiam femorum natura utrem ab eo loco expellat, in quem maxime immitti oportebat. Si quis igitur parvum utrem immittat, fieri nullo modo poterit ut vis exigua articulum impellat. Quod si utre utendum sit, femora inter se magna ex parte colliganda, unaque cum corporis extensione uter inflandus. In hoc vero repositionis modo utraque crura extrema parte simul deliganda. At vero in tota arte imprimis quidem

Ed. Chart. XII. [464. 465.] Foës. I. 837. Ed. Lind. II. (844. 845.)

μὲν ποιέεσθαι ἐν πάσῃ τῇ τέχνῃ, ὅκως ὑγιὲς μὲν ποιήσῃς τὸ νοσέον. εἰ δὲ πολλοῖσι τρόποισιν οἷόν τε εἴη ὑγιέας ποιέειν, τὸν ἀοχλότατον χρὴ αἱρέεσθαι. καὶ γὰρ ἀνδραγαθικώτερον τοῦτο καὶ τεχνικώτερον, ὅστις μὴ ἐπιθυμέει δημοειδέος κιβδηλίης. περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος ἐστὶν, τοιαίδε τ᾽ ἂν τινες κατοικίδιοι κατατάσιες εἶεν τοῦ σώματος, ὥστε ἐκ τῶν παρεόντων τὸ εὔπορον εὑρίσκειν. [465] τοῦτο μὲν ἢν τὰ δεσμὰ τὰ ἱμάντινα μὴ παρείη τὰ μαλθακὰ καὶ προσηνέα, ἀλλ᾽ ἢ (845) σιδήρεα ἢ ὅπλα ἢ σχοινία, ταινίῃσι χρὴ ἢ ἐῤῥήγμασι τρυχίων ἐριτεῶν περιελίσσειν ταύτῃ μάλιστα, εἰ μέλλοι τὰ δεσμὰ καθέξειν καὶ ἔτι ἐπιπλέον. ἔπειτα οὕτω δεῖν τοῖσι δεσμοῖσι. τοῦτον δὲ ἐπὶ κλίνης χρὴ, ἥτις ἰσχυροτάτη καὶ μεγίστη τῶν παρεουσέων, κατατετάσθαι καλῶς τὸν ἄνθρωπον. τῆς δὲ κλίνης τοὺς πόδας ἢ τοὺς πρὸς κεφαλῆς ἢ τοὺς πρὸς ποδῶν ἐρηρεῖσθαι πρὸς τὸν οὐδὸν, εἴτε ἔξωθεν ξυμφέρει εἴτε εἴσωθεν. παρὰ δὲ τοὺς ἑτέρους πόδας παρεμβεβλῆσθαι ξύλον τετράγωνον, πλάγιον, διῆκον ἀπὸ τοῦ ποδὸς πρὸς τὸν πόδα, καὶ ἢν μὲν λεπτὸν ἔῃ τὸ ξύλον,

tibi allaborandum eſt, ut quod aegrum eſt ad ſanitatem reducas. Quod ſi ea multis modis reſtitui poteſt, is qui minimum habet moleſtiae eligendus. Iſtud enim ad bonum virum et artis peritum spectare magis videtur, ſi popularem auram non affectes. Verum, quod ad praeſens inſtitutum attinet, tam domeſtici ſunt quidam extendendi corporis modi, ut prompte in rem praeſentem expediri poſſint. Nempe quidem ſi lora mollia et lenia non adſuerint, ſed vel ferreae catenae vel rudentes nautici vel funes, ea vincula qua parte injici debent, aut etiam amplius, faſciis aut laneorum panniculorum ſegmentis convolvenda, tum vinculis vincienda. Homine vero in lecto ex iis quorum eſt copia firmiſſimo et maximo bene extento, lecti pedes vel a capite vel qui a pedibus ſunt, aut exteriore aut interiore parte, prout conſerre videbitur, ad januae limen offirmandi. Ad alios autem pedes lignum quadratum transverſum, quod ab uno ad alterum pedem pertingat, objiciendum, ac ſi id quidem exiguum extiterit, ad lecti pedes

προσδεδέσθω πρὸς τοὺς πόδας τῆς κλίνης, ἢν δὲ παχὺ ἔῃ, μηδέν. ἔπειτα τὰς ἀρχὰς χρὴ τῶν δεσμῶν καὶ τῶν πρὸς τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν πρὸς τῶν ποδῶν || προσδῆσαι ἑκατέρας πρὸς τὸ ὕπερον ἢ πρὸς ἄλλο τι τοιοῦτον ξύλον. ὁ δὲ δεσμὸς ἐχέτω ἰθυωρίην κατὰ τὸ σῶμα ἢ καὶ ὀλίγον ἀνωτέρω. ξυμμέτρως δὲ ἐκτετάσθω πρὸς τὰ ὕπερα, ὡς ὀρθὰ ἑστεῶτα τὸ μὲν παρὰ τὸν οὐδὸν ἐρείδηται, τὸ δὲ παρὰ τὸ ξύλον τὸ παραβεβλημένον. κἄπειτα οὕτω τὰ ὕπερα ἀνακλῶντα χρὴ τὴν κατάτασιν ποιέειν. ἀρκέει δὲ κλῖμαξ ἰσχυροὺς ἔχουσα τοὺς κλιμακτῆρας ὑποτεταμένη ὑπὸ τὴν κλίνην, ἀντὶ τοῦ οὐδοῦ τε καὶ τοῦ ξύλου τοῦ παρατεταμένου, ὡς τὰ ὕπερα πρὸς τῶν κλιμακτήρων τοὺς ἁρμόζοντας ἔνθεν καὶ ἔνθεν προσερηρεισμένα, οὕτω τὴν κατάτασιν ποιεῖσθαι τῶν δεσμῶν. ἐμβάλλεται δὲ μηροῦ ἄρθρον καὶ τόνδε τὸν τρόπον, ἢν ἐς τὸ εἴσω ὀλισθῇ καὶ ἐς τὸ ἔμπροσθεν. κλίμακα χρὴ κατορύξαντα ἐπικαθῆσαι τὸν ἄνθρωπον, ἔπειτα τὸ μὲν ὑγιὲς σκέλος ἡσύχως κατατείναντα προσ(846)δῆσαι ὅκου ἂν ἁρμόσῃ. ἐκ δὲ τοῦ σιναροῦ εἰς κεράμιον ὕδωρ ἐγχέαντας ἐκκρεμάσαι ἢ ἐς [466] σφυρίδα λίθους ἐμβάλλοντας. ἕτερος τρόπος

deligandum, ſin craſſum, ſine vinculo relinquendum. Poſt haec vinculorum capita tum a capite tum a pedibus utraque ad piſtillum, vel ad aliquod aliud hujusmodi lignum alligentur. Vinculum vero e directo ad corpus, vel paulo etiam ſupra collocetur. Per piſtilla vero, quae erecta exiſtunt, conveniens extenſio fiat, quorum alterum ad limen, alterum ad objectum lignum offirmatur. Tum ſic retro adductis piſtillis extenſio facienda. Ad hoc autem ſatis eſſe poterit ſcala firmos gradus habens lecto ſuppoſita, ad cujus gradus liminis et ligni appoſiti loco, piſtillis convenienter hinc et inde firmatis, eodem modo vinculorum diſtenſio adhibeatur. Femoris item articulus, ſive interiorem in partem ſive in priorem luxatus fuerit, hunc etiam in modum reconditur. Scalae in terram defixae homine inſidente, tum crus quidem integrum leviter extentum, qua commodum videbitur alligandum, ex affecto autem vas fictile aqua plenum appendendum, aut ſporta in quam conjecti lapides fuerint. Eſt et alius reponendi modus, ſi interio-

ἐμβολῆς. ἢν ἐς τὸ εἴσω ὀλισθῇ, στρωτῆρα χρὴ διαδῆσαι μεταξὺ δύο στύλων, ὕψος ἔχοντα συμμέτρως. προσεχέτω δὲ τοῦ στρωτῆρος κατὰ τὸ ἓν μέρος ὁ νοσέων, ὁκόσον τὸ πυγαῖον. περιδήσας δὲ περὶ τὸ στῆθος τοῦ ἀνθρώπου ἱμάτιον, ἐπικαθῆσαι τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τὸ προσεχὲς τοῦ στρωτῆρος. εἶτα προσλαβεῖν τὸ στῆθος πρὸς τὸν στύλον πλατεῖ τινί. ἔπειτα τὸ μὲν ὑγιὲς σκέλος κατεχέτω τις, ὡς μὴ περισφάλληται. ἐκ δὲ τοῦ σιναροῦ ἐκκρεμάσαι βάρος ὅσον ἁρμόζει, ὡς καὶ πρόσθεν εἴρηται. πρῶτον μὲν οὖν δεῖ εἰδέναι ὅτι πάντων τῶν ὀστέων αἱ ξυμβολαί εἰσιν ὡς ἐπιπολὺ ἡ κεφαλὴ καὶ ἡ κοτύλη. ἐφ᾽ ὧν δὲ καὶ ἡ χώρα κοτυλοειδὴς καὶ ἐπίμακρος. ἔνιαι δὲ τῶν χωρέων γληνοειδέες εἰσίν. ἀεὶ δὲ ἐμβάλλειν δεῖ πάντα τὰ ἐκπίπτοντα ἄρθρα, μάλιστα μὲν εὐθὺς παραχρῆμα ἔτι θερμῶν ἐόντων, εἰ δὲ μὴ, ὡς τάχιστα. καὶ γὰρ τῷ ἐμβάλλοντι ῥήϊτερον καὶ θᾶσσόν ἐστιν ἐμβαλεῖν καὶ τῷ ἀσθενέοντι πολὺ ἀπονωτέρη ἡ ἐμβολὴ ἢ πρὶν διοιδεῖν ἐστί. δεῖ δὲ ἀεὶ πάντα τὰ ἄρθρα ὁκόταν μέλλῃς ἐμβάλλειν, προσαναμαλάξαι καὶ διακιγκλίσαι. ῥᾷον γὰρ ἐθέλει ἐμβάλλε-

rem in partem luxatio contigerit. Trabes justa altitudine inter duas columnas deligatur, cui ab una parte, quae pro magnitudine natium extet, aeger se applicet, obvolutoque pectori stragulo, homo contiguae trabis parti insideat, tum pectore ad columnam lata quadam habena adducto, demum crus integrum ne circumoberret, ab aliquo quidem contineatur, laeso vero pondus quantum convenire videbitur, ut etiam supra dictum est, appendatur. Imprimis igitur nosse convenit ossium omnium juncturas ut plurimum ex capite et acetabulo constare, ac in quibusdam cavum acetabuli formam referre, in nonnullis vero sinus leviter esse depressos. Prolapsi autem omnes articuli maxime quidem protinus, dum adhuc sunt calidi, vel certe quam citissime recondendi. Nam et qui reponit facilius ac citius reponet, aegroque longe minorem molestiam affert, si priusquam locus intumuerit, articulus recondatur. Omnes item recondendi articuli ante emolliri et dimoveri debent. Sic enim facilius reverti solent. In omnibus autem articulorum re-

σθαι. παρὰ δὲ πάσας τὰς τῶν ἄρθρων ἐμβολὰς ἰσχναίνειν δεῖ τὸν ἄνθρωπον, μάλιστα μὲν περὶ τὰ μέγιστα ἄρθρα καὶ χαλεπώτατα ἐμβάλλεσθαι, ἥκιστα δὲ περὶ τὰ ἐλάχιστα καὶ ῥηΐδια.

|| Δακτύλων δὲ ἢν ἐκπέσῃ ἄρθρον, ἤν τε τὸ πρῶτον τῆς χειρὸς ἤν τε τὸ δεύτερον ἤν τε τὸ (847) τρίτον, ὁ αὐτὸς καὶ ἴσος τρόπος τῆς ἐμβολῆς. χαλεπώτερα μὲν ἀεὶ τὰ μέγιστα τῶν ἄρθρων ἐμβάλλειν, ἐκπίπτει δὲ κατὰ τέσσαρας τρόπους ἢ ἄνω ἢ κάτω ἢ ἐς τὸ πλάγιον ἑκατέρωθεν, μάλιστα μὲν ἐς τὸ ἄνω, ἥκιστα δὲ ἐς τὰ πλάγια, ἐν τῷ σφόδρα κινέεσθαι. ἑκατέρωθεν δὲ τῆς χώρης οὗ ἐκβέβηκεν ὥσπερ ἄμβη ἐστίν. ἢν μὲν οὖν ἐς τὸ ἄνω ἐκπέσῃ ἢ ἐς τὸ κάτω, διὰ τὸ λειοτέρην εἶναι ταύτην τὴν χώρην ἢ ἐκ τῶν πλαγίων καὶ ἅμα μικρῆς ἐούσης τῆς ὑπερβάσιος, ἢν μεταστῇ τὸ ἄρθρον, ῥηΐδιόν ἐστιν ἐμβάλλειν. τρόπος δὲ τῆς ἐμβολῆς ὧδε. περιελίξας τὸν δάκτυλον ἄκρον ἢ ἐπιδέσματί τινι ἢ ἄλλῳ τρόπῳ τοιούτῳ τινὶ, ὅκως ὁκόταν κατατείνῃς ἄκρου λαβόμενος μὴ ἀπολισθάνῃ. ὅταν δὲ περιελίξῃς, τὸν μέν τινα δια-

positionibus imperanda abstinentia est, praecipue quidem ubi maximi sunt et repositu difficillimi articuli, minimum vero ubi minimi et qui facile reconduntur.

At vero ubi digitorum articulus exciderit, sive primus qui ad manum est, sive secundus, sive tertius, eadem et aequalis est reponendi ratio. Maximi tamen articuli aegrius semper restitui solent. Prolabuntur autem quatuor in partes, aut sursum aut deorsum aut utrinque ad latus, sed sursum maxime, minime in latus, idque dum vehementer moventur. Ex utraque vero parte in quam excesserunt, velut superciliosa quaedam eminentia in extrema ora labro similis apparet. Si quidem igitur in superiorem aut inferiorem partem exciderit, cum hic locus levior quam qui ad latera sit, simulque prolapsus articulus parum excesserit, facilis repositio est. Reponendi autem ratio sic habet. Digito extremo vel fascia vel alia quapiam hujusmodi ratione obvoluto, ne ea parte prehensus, dum intenditur, elabatur, unus qui-

Ed. Chart. XII. [466.] Foës. I. 839. Ed. Lind. II. (847. 848.)

λαβέσθαι ἄνωθεν τοῦ καρποῦ τῆς χειρὸς, τὸν δὲ τοῦ κατειλημένου. ἔπειτα κατατείνειν πρὸς ἑωυτὸν ἀμφοτέρους εὖ μάλα καὶ ἅμα ἀπῶσαι τὸ ἐξεστηκὸς ἄρθρον ἐς τὴν χώρην. ἢν δὲ ἐς τὰ πλάγια ἐκπέσῃ, τῆς μὲν κατατάσιος ὁ αὐτὸς τρόπος. ὅταν δὲ δὴ δοκέῃ σοι ὑπερβεβηκέναι τὴν γραμμὴν, ἅμα χρὴ κατατείναντας ἀπῶσαι ἐς τὴν χώρην εὐθὺς, ἕτερον δέ τινα ἐκ τοῦ ἑτέρου μέρους τοῦ δακτύλου φυλάσσειν καὶ ἀνωθέειν, ὅκως μὴ πάλιν ἐκεῖθεν ἀπολισθῇ. ἐμβάλλουσι δὲ ἐπιεικέως καὶ αἱ σαῦραι αἱ ἐκ τῶν φοινίκων πλεκόμεναι, ἢν κατατείνῃς ἔνθεν καὶ ἔνθεν τὸν δάκτυλον λαβόμενος, τῇ μὲν ἑτέρῃ τῆς σαύρης, τῇ δὲ ἑτέρῃ τοῦ καρποῦ τῆς χειρός. ὁκόταν δὲ ἐμβάλλῃς, ἐπιδεῖν δεῖ (848) ὀθονίοισιν ὡς τάχιστα λεπτοτάτοισι, κεκηρωμένοισι κηρωτῇ μήτε λίην μαλακῇ μήτε λίην σκληρῇ, ἀλλὰ μετρίως ἐχούσῃ. ἡ μὲν γὰρ σκληρὴ ἀφέστηκεν ἀπὸ τοῦ δακτύλου. ἡ δὲ ἁπαλὴ καὶ ὑγρὴ διατήκεται καὶ ἀπόλλυται, θερμαινομένου τοῦ δακτύλου. λύειν δὲ ἄρθρον δακτύλου τριταῖον ἢ τεταρταῖον. τὸ δὲ ὅλον ἢν μὲν φλεγμήνῃ, πυκνότερον λύειν· ἢν δὲ μὴ, ἀραιότερον. κατὰ

dem manum ſupra primam juncturam, alter digiti partem obvolutam prehendat, tum ad ſeſe probe uterque extendat, unaque prolapſum articulum in ſuam ſedem impellat. Quod ſi in latus excidit, eadem quidem extendendi ratio adhibetur. Ubi namque lineam tibi exceſſiſſe videbitur, ſimul dum extenditur protinus in locum ſuum impellendus. Alius vero quidam ab altera parte digitum repellat, id obſervans ne rurſum eam in partem elabatur. Idoneam quoque repoſitionem praeſtant lacertae vimineae ex palmis contextae, σαῦραι Graecis dictae ubi in diverſa digitum contendendo, altera manu lacertam, altera primam manus juncturam prehendas. Repoſitus articulus linteis tenuiſſimis, cerato neque nimis liquido neque nimis duro, ſed mediocri conſiſtentia illitis, quam celerrime deligari debet. Quod enim durum eſt a digito abſcedit, quod liquidum et molle, digiti calore diſſluit et evaneſcit. Digiti autem articulus tertio aut quarto quoque die ſolvendus, ac, ut in totum dicam, ſi qui-

Ed. Chart. XII. [466. 467.] Foës. I. 839. Ed. Lind. II. (848.)

πάντων δὲ τῶν ἄρθρων ταῦτα λέγω. [467] καθίσταται δὲ τοῦ δακτύλου τὸ ἄρθρον τεσσαρεσκαιδεκαταῖον. ὁ αὐτὸς δέ ἐστι θεραπείης τρόπος, δακτύλων χειρός τε καὶ ποδός. παρὰ πάσας δὲ τὰς τῶν ἄρθρων ἐμβολὰς δεῖ ἰσχραίνειν καὶ λιμαγχονέειν ἄχρι ἑβδόμης, καὶ εἰ μὲν φλεγμαίνει, πυκνότερον λύειν, ἢν δὲ μὴ, ἀραιότερον. ἡσυχίην δὲ δεῖ ἔχειν ἀεὶ τὸ πονέον ἄρθρον καὶ ὡς κάλλιστα ἐσχηματισμένον κέεσθαι. γόνυ δὲ εὐηθέστερον ἀγκῶνος διὰ τὴν εὐσταλίην καὶ τὴν εὐφυΐην, διὸ καὶ ἐκπίπτει ῥᾷον. ἐκπίπτει δὲ πλειστάκις εἴσω. ἀτὰρ καὶ ἔξω καὶ ὄπισθεν. ἐμβολαὶ δὲ ἐκ τοῦ συγκεκάμφθαι ἢ ἐκλακτίσαι ὀξέως ἢ συνελίξας ταινίης ὄγκον ἐν τῇ ἰγνύϊ καὶ θεὶς ἀμφὶ τοῦτον ἐξαίφνης, ἐς ὄκλασιν ἀφιέναι τὸ σῶμα. δύναται δὲ καὶ κατατεινόμενον μετρίως ὥσπερ ἀγκὼν ἐμπίπτειν τὰ ὄπισθεν. τὰ δὲ ἔνθα καὶ ἔνθα ἐκ τοῦ συγκεκάμφθαι ἢ ἐκλακτίσαι, ἀτὰρ ἐκ κατατάσιος μετρίης, ἡ διόρθωσις ἅπασι κοινή. ἢν δὲ μὴ ἐμπέσῃ, τοῖσι μὲν ὄπισθεν

dem inflammatio occupavit, crebrius, ſin minus, rarius. Atque haec communiter de omnibus articulis dicta ſunto. Reſtituitur digiti articulus decimo quarto die. Ac digitorum manus et pedis eadem eſt curandi ratio. In omni vero articulorum repoſitione, victu tenui et inedia etiam ad ſeptimum diem utendum, ac ſi quidem inflammatio ſubſit, crebrius, ſin minus, rarius reſolvendum. Semper autem afflictum articulum quietem agere, et quam optimo habitu collocatum eſſe oportet. Genu cubiti gibbo ob ſuccinctam et commodam ejus naturam benignius eſt, ideoque facilius excidit. Saepius autem interiorem in partem, ſed et in exteriorem et poſteriorem prolabitur. Hoc autem reponit ſubita conflexio aut excalcitratio, aut ſi ad convolutum faſciae globum in poplitem immiſſum, ut derepente genibus flexis corpus in ſuras et talos ſubſidat, permiſeris. Poteſt quoque moderata extenſione, non ſecus ac cubiti gibbus, cum poſteriorem in partem prolapſum eſt, ſuum in locum reverti. Ubi vero in hanc vel illam partem excidit, conflexione aut excalcitratione reconditur. At quae moderata intenſione fit reſtitutio, omnibus communis eſt. Quod ſi non revertit,

Ed. Chart. XII. [467.] Foës. I. 840. Ed. Lind. II. (848. 849.)

|| ξυγκάμπτειν οὐ δύνανται, ἀτὰρ οὐδὲ τοῖσιν ἄλλοισι. πάνυ μινύ(849)θει δὲ μηροῦ καὶ κνήμης τοὔμπροσθεν. ἢν δὲ ἐς τὸ εἴσω, βλαισότεροι. μινύθει δὲ τὰ ἔξω. ἢν δὲ ἐς τὸ ἔξω, γαυσότεροι, χωλοὶ δὲ ἧσσον. κατὰ δὲ τὸ παχύτερον ὀστέον ὀχέει, μινύθει δὲ τὰ εἴσω. ἐκ γενεῆς δὲ καὶ ἐν αὐξήσει κατὰ λόγον τὸν πρόσθεν.

Τὰ δὲ κατὰ τὰ σφυρὰ κατατάσιος ἰσχυρῆς δέεται ἢ τῇσι χερσὶν ἢ ἄλλοισι τοιούτοισι. κατορθώσιος δὲ ἅμα ἀμφότερα ποιεούσης. κοινὸν δὲ τοῦτο ἅπασι. τὰ δὲ ἐν ποδὶ, ὡς καὶ τὰ ἐν τῇ χειρὶ, ὑγιέες. τὰ δὲ τῆς κνήμης ξυγκοινωνέοντα καὶ ἐκπεσόντα ἐκ γενεῆς ἢ καὶ ἐν αὐξήσει ἐξαρθρήσαντα, ταῦτα ἃ καὶ ἐν χειρί. ὁκόσοι δὲ πηδήσαντες ἄνωθεν ἐστηρίξαντο τῇ πτέρνῃ, ὥστε διαστῆναι τὰ ὀστέα καὶ φλέβας ἐκχυμωθῆναι καὶ νεῦρα ἀμφιφλαθῆναι. ὁκόταν γένηται οἷα τὰ δεινὰ, κίνδυνος μὲν σφακελίσαντα τὸν αἰῶνα πρήγματα παρασχεῖν. ῥοιώδη μὲν γὰρ τὰ ὀστέα, τὰ δὲ νεῦρα ἀλλήλοισι

neque cum posteriorem in partem, neque cum alias in partes excessit, flecti admodum queat. Femoris vero et tibiae pars anterior imminuitur. At quibus interiorem in partem excidit, ii valgi magis evadunt, exterioribus autem partibus imminuuntur. Quibus autem exteriorem in partem excidit, ii vari magis claudi vero minus efficiuntur. Crassiore autem ossis parte gestantur, et interioribus partibus imminuuntur. At quibus a primo ortu, aut dum adhuc corpus augetur, luxatio facta est, ii quomodo prius dictum est se habent.

Articuli circa malleolos luxati valida intensione, quae per manus aut per alia hujusmodi adhibetur, opus habent ac directione quae simul utrumque efficiat. Hoc vero omnibus commune est. At quae in pede contingunt velut ea quae in manu curationem recipiunt. Quae vero cum tibia consensionem habent et a primo ortu excidunt, aut etiam dum corpus adhuc augetur luxantur, eandem quam in manu repositionem habent. At quibus ex alto desilientibus et in calcem innixis ossa diffident, venae subter cutem effunduntur, ac nervi contunduntur, ubi haec gravia facta fuerint, periculum quidem est ne ex sideratione iis per totam vitam negotium exhibeatur. Fluxa si quidem iis ossa

Ed.Chart.XII. [467. 468.] Foës. I, 840. 841. Ed. Lind. II. 849. 850.)

κοινωνέοντα. ἔπειτα καὶ οἷσι μάλιστα κατεηγεῖσιν ἢ ὑπὸ τρώματος ἢ ἐν κνήμῃ ἢ ἐν μηρῷ ἢ νεύρων ἀπολυθέντων, ἃ κοινωνέει τούτων ἢ ἐκ κατακλίσιος ἀμελέος ἐμελάνθη πτέρνη, καὶ τούτοισι τὰ παλιγκοτέοντα ἐκ τῶν τοιούτων ἐστίν. ὅτε δὲ καὶ πρὸς τῷ σφακελισμῷ γίνονται πυρετοὶ ὀξέες, λοιμώδεες, γνώμης ἁπτόμενοι, ταχυθάνατοι καὶ ἔτι φλεβῶν αἱμοῤῥοιέων πελιώσιες. σημήϊα δὲ τῶν παλιγκοτησάντων, ἢν τὰ ἐκχυμώματα (850) καὶ τὰ μελάσματα καὶ τὰ περὶ ταῦτα ὑπόσκληρα καὶ ὑπέρυθρα, ἤν τε ξὺν σκληρύσματι πελιδνωθῇ, κίνδυνος μελανθῆναι, ἢν δὲ ὑποπέλια ᾖ ἢ καὶ πέλια μάλα καὶ ἐκχυμώμενα, ἢ ὑπόχλωρα καὶ μαλακὰ, ταῦτα ἐπὶ πᾶσι τοῖσι τοιούτοισιν ἀγαθά. ἡ ἴησις, ἢν μὲν ἀπύρετος ἔῃ, ἐλλέβορον, ἢν δὲ μὴ, μὴ, ἀλλὰ ποτὸν [468] ὀξύγλυκυ, εἰ δέοι. ἐπίδεσις δὲ ἄρθρων. ἐπὶ δὲ πάντα μᾶλλον τοῖσι φλάσμασιν ὀθονίοισι πλείοσι καὶ μαλθακωτέροισι. πίεξις ἧσσον. προσπεριβάλλειν δὲ || τὰ πλεῖστα τῇ πτέρνῃ. τὸ σχῆμα

evadunt. Quia vero nervi inter se consensionem habent, tum vel praecipue quibus ex fractura vel vulnere in tibia aut femore, aut ex dissolutione nervorum qui cum his communicant, aut ex negligentiore decubitu calx denigrata fuit, iis etiam ex talibus recrudescere mala consueverunt, tum vero ubi ad siderationem febres acutae, singultuosae, mentem attentantes et quae citissimam mortem afferant accesserint, idque cum venarum sanguinem fundentium livoribus. Recrudescentis morbi indicia sunt, ubi sanguis e venis in cutem effusus et quae nigrescunt, quaeque his vicina sunt, duritiem et ruborem aliquem contraxerunt. Quod si cum duritie livescunt, ut nigrescant periclitantur. Sin autem sublivida, aut etiam livida et mollia sugillata fuerint, aut aliquantulum ex virore pallida et mollia, haec in hujusmodi omnibus bono sunt. Ad horum curationem si quidem febris absit, veratrum exhibendum alioqui non dandum, sed in potu aqua mulsa acida, ὀξύγλυκυ dicitur, si opus est, utendum. Deligatio vero quae articulis convenit, et quae ad omnia magis adhibeatur. Ad collisa pluribus linteis et mollioribus minoreque compressione utendum, plurima

Ed. Chart. XII. [468. 536.] Foëſ. I. 841. Ed. Lind. II. (850.)
ὅπερ ἡ ἐπίδεσις, ὡς μὴ ἐς τὴν πτέρνην ἀποπιέζηται. νάρθηξι δὲ μὴ χρέεσθαι. οἷσι δ᾽ ἂν ἐκβῇ ὁ ποὺς ἢ αὐτὸς ἢ ξὺν τῇ ἐπιφύσει, ἐκπίπτει μὲν μᾶλλον ἐς τὸ εἴσω· ἢν δὲ μὴ ἐμπέσῃ, λεπτύνεται ἀνὰ χρόνον τό τε ἰσχίον καὶ ὁ μηρὸς καὶ κνήμης τὸ ἀντίον τοῦ ὀλισθήματος. ἐμβολὴ δὲ καὶ ἄλλη ὥσπερ καρποῦ. κατάτασις δὲ ἰσχυρή. ἴησις δὲ νόμος ἄρθρων. παλιγκοτέει, ἧσσον δὲ καρποῦ, ἢν ἡσυχάσωσι. δίαιτα μείων ἐλινύουσι. τὰ δὲ ἐκ γενεῆς ἢ ἐν αὐξήσει, κατὰ λόγον τὸν πρότερον.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΜΟΧΛΙΚΟΝ.

[536] Ὀστέων φύσις, δακτύλων μὲν ἁπλᾶ καὶ ὀστέα καὶ ἄρθρα, χειρὸς δὲ καὶ ποδὸς πουλλὰ ἄλλα, ἀλλοίως συνηρθρωμένα. μέγιστα δὲ τῷ ἀνωτάτω. πτέρνης δὲ ἓν οἷον ἔξω φαίνεται. πρὸς δὲ αὐτὴν οἱ ὀπίσθιοι τένοντες τείνουσι.

faſciae parte ad calcem circumjecta. Figuratio ea ſit quae deligationi convenit, ut ne in calcem expreſſio fiat, neque ferulis utendum. At quibus pes ipſe ſolus, aut cum adnato oſſe exceſſit, interiorem quidem in partem magis excidit, ac niſi recondatur et coxa et femur et tibiae pars luxationi ex adverſo reſpondens, temporis ſucceſſu extenuatur. Repoſitio eadem quae primae juncturae manus, contenſio vero valida. Curatio autem pro lege articulorum adhibetur. Quod ſi quieſcant, minus quam in prima manus junctura morbus recrudeſcit. Et quietem agentibus tenuior victus ratio imperanda. Quae vero a primo ortu, aut cum adhuc corpus augetur contingunt, eam quae ſupra comprehenſa eſt tractationem habent.

HIPPOCRATIS MOCHLICVS SEV VECTIARIVS, HOC EST DE OSSIVM PER MOLITIONEM IMPELLENDORVM RATIONE.

Oſſa hunc in modum a natura ſunt comparata. Digitorum quidem tum oſſium tum articulorum ſimplex eſt junctura. In manu vero et pede cum multa alia varie connectuntur, tum maxima ſunt quae ſupremo loco com-

κνήμης δὲ δύο ἄνωθεν καὶ κάτωθεν ξυνεχόμενα, κατὰ μέσον δὲ διέχοντα. σμικρὸν τὸ ἔξωθεν, κατὰ τὸν σμικρὸν δάκτυλον λεπτότερον βραχεῖ, πλεῖστον δὲ ταύτῃ διεχούσῃ καὶ σμικροτέρῃ ῥοπῇ, κατὰ γόνυ, καὶ ὃ τένων ἐξ αὐτοῦ πέφυκεν, ὃ παρὰ τὴν ἰγγύην ἔξω. ἔχουσι δὲ κάτωθεν κοινὴν ἐπίφυσιν πρὸς ἣν ὁ πούς κινέεται. ἄλλην δὲ ἄνωθεν ἔχουσιν ἐπίφυσιν ἐν ᾗ τὸ τοῦ μηροῦ ἄρθρον κινέεται, ἁπλόον καὶ εὐσταλέως ἐπὶ μήκει. εἶδος κονδυλῶδες, ἔχον ἐπιμηλίδα. αὐτὸς δ᾽ ἔγκυρτος ἔξω καὶ ἔμπροσθεν. ἡ δὲ κεφαλὴ ἐπίφυσίς ἐστι || στρογγύλη, ἐξ ἧς τὸ νεῦρον τὸ ἐν τῇ κοτύλῃ τοῦ ἰσχίου πέφυκεν. ὑποπλάγιον δὲ καὶ τοῦτο προσήρτηται, ἧσσον δὲ βραχίονος. τὸ δ᾽ ἰσχίον προσίσχεται πρὸς τῷ μεγάλῳ σπονδύλῳ τὸ παρὰ τὸ ἱερὸν ὀστέον χονδρονευρώδει δεσμῷ. ῥάχις δὲ ἀπὸ μὲν τοῦ ἱεροῦ ὀστέου μέχρι τοῦ μεγάλου σπονδύλου, κυφή. κύστις τε καὶ γονὴ καὶ ἀρχοῦ τὸ ἐγκεκλιμένον

mittuntur. Calcis unum os est, quale foras prominet, quo etiam a posteriore parte tendines tendunt. Tibiae duo ossa sunt supra et infra cohaerentia, medio vero loco distantia. Quod exterius tendit, parvum et juxta parvum digitum paulo tenuius. Plurima vero hac parte distantia, minoreque momento ad genu inclinatio est, ex quo exterior poplitis tendo ortum habet. Inferiore autem parte communem habent ossis accretionem, qua pes movetur et superiore parte alteram, ubi femoris articulus simplex et longitudine succinctus movetur, tuberculorum speciem referens et patellam habens. Ipsum vero femur exteriore et anteriore parte incurvatur. Ejus caput ossis est accrementum, rotundum, ex quo nervus, qui in coxendicis acetabulo est, originem ducit. Cujus aliquantulum obliqua est connexio, minus tamen quam brachii. Coxendix autem magnae vertebrae, quae est ad os sacrum, ex vinculo cartilaginoso et nervoso inhaerescit. At spina a sacro quidem osse ad magnam vertebram usque in gibbum curvatur. Vesicaque et geniturae pars destinata, rectique intestini quod est inclinatum, ibi sedem habet. Inde vero ad septum transver-

Ed. Chart. XII. [536. 537.] Foes. I. 842. Ed. Lind. II. (850.)

ἐν τούτῳ. ἀπὸ δὲ τούτου ἄχρι φρενῶν ἦλθεν ἡ ἰθύλορδος καὶ αἱ ψόαι κατὰ τοῦτο, ἐντεῦθεν δὲ ἄχρι τοῦ μεγάλου σπονδύλου τοῦ ὑπὲρ τῶν ἐπωμίδων ἰθυκυφής. ἔτι δὲ μᾶλλον δοκέει ἢ ἐστίν. αἱ γὰρ ὄπισθεν τῶν σπονδύλων ἀποφύσιες ταύτῃ ὑψηλόταται. τὸ δὲ τοῦ αὐχένος ἄρθρον λορδόν. σπόνδυλοι δὲ ἔσωθεν ἄρτιοι πρὸς ἀλλήλους, ἀπὸ δὲ τῶν ἔξωθεν χόν[537]δρων καὶ νεύρων συνεχόμενοι. ἡ δὲ ξυνάρθρωσις αὐτῶν ἐν τῷ ὄπισθεν τοῦ νωτιαίου. ὄπισθεν δὲ ἔχουσιν ἔκφυσιν ὀξείην, ἔχουσαν ἐπίφυσιν χονδρώδεα, ἔνθεν νεύρων ἀπόφυσις καταφερής. ὥσπερ καὶ οἱ μύες παραπεφύκασιν ἀπὸ αὐχένος ἐς ὀσφῦν, πληρεῦντες δὲ πλευρέων καὶ ἀκάνθης τὸ μέσον. πλευραὶ δὲ κατὰ τὰς διαφύσιας τῷ σπονδύλῳ νευρίῳ προσπεφύκασιν, ἀπ᾽ αὐχένος ἐς ὀσφῦν ἔσωθεν. ἐπίπροσθεν δὲ κατὰ τὸ στῆθος χαῦνον καὶ μαλθακὸν τὸ ἄκρον ἔχουσαι εἶδος ῥομβοειδέστατον τῶν ζώων. στενότατος γὰρ ταύτῃ ὁ ἄνθρωπος ἐπ᾽ ὄγκων. ᾗ δὲ μὴ πλευραί εἰσιν,

Quae interiorem in partem ſit vertebrarum perverſio, quod ad urinae ſuppreſſionem et ſtuporem attinet, lethalis eſt. Quae vero exteriorem in partem incurvantur, eorum plurima minus ſunt noxia quam quae concutiendo non exceſſerunt, quod illa in ſeſe morbi diſcrimen recipiant, haec vero in magnam corporis partem gliſcant et in praecipuis partibus eveniant. Quale quid in coſtis cernitur quae fractae paucae quidem febre et ſanguinis ſputo, oſſisque vitio tentantur ſive una ſive plures fractae ſint, curatioque ſimplex convenit absque inedia, ſi febris abſit, deligatio quoque pro lege fracturarum. Callus vero viginti diebus, quod laxum os ſit, inducitur. At circumcirca contuſis coſtis tuberculoſi et tuſſiculoſi evadunt, ac ea quae per linamenta fit curatione opus habent, coſtaeque ſideratione tentantur. Ad unamquamque enim coſtam nervi ab omnibus partibus ducuntur. At quae ex caſu in gibbum incurvantur, ea minus in directum agi poſſunt, verum aegrius diriguntur quae ſunt ſupra ſeptum transverſum. Quibus quoque a puero id contingit, ea non augentur, ſed vel crura vel manus vel caput. Adultis gibbus ſi fiat, ſtatim quidem a morbo liberat,

νὸν δ᾽ ἐπισημαίνεται, δι᾽ ὧνπερ καὶ τοῖσι νεωτέροισιν, ἧσσον δὲ κακοήθως. εἰσὶ δὲ οἳ εὐφόρως ἤνεγκαν οἷσιν εὔσαρκον καὶ πιμελῶδες τράπεται. ὀλίγοι δὲ τουτέων περὶ ἑξήκοντα ἔτεα ἐβίωσαν. ἀτὰρ καὶ ἐς τὰ πλάγια διαστρέμματα γίνεται. συναίτια δὲ καὶ τὰ σχήματα ἐν οἷσιν ἂν κατακέωνται, καὶ ἔχει προγνώσιας. πολλοὶ δὲ καὶ αἷμα ἔπτυσαν καὶ ἔμπυοι ἐγένοντο. ἡ δὲ μελέτη ἴησις. ἐπίδεσις ὡς νόμος. διαίτης τὰ πρῶτα ἀτρεκέως. ἔπειτα ἁπαλύνειν ἡσυχίη, σιγῇ, σχήματα, κοιλίη, ἀφροδίσια. ἀτὰρ οἷς ἂν αἷμα, ἀνωδυνώτερα τῶν κατα||γνυμένων καὶ φιλυποστροφώτερα χρόνοισιν. οἷσι δὲ καταλείπεται μυξῶδες ὑπομιμνήσκει. ἐν πόνοισιν, ἴησις, καῦσις, τοῖ(869)σι μὲν ἀπ᾽ ὀστέου μέχρις ὀστέου, μὴ αὐτόδε. ἢν δὲ μεταξὺ, μὴ πέρην. μηδὲ ἐπιπολῆς σφακελισμὸς, καὶ τὰ ἔμμοτα πειρᾶσθαι. εἰρήσεται ἅπαντα τὰ ἐπεισιόντα ὁρατά.

ſucceſſu tamen temporis per eadem quae junioribus ſui ſignificationem edit, minus tamen maligne habent. Ac facile tolerant quibus corpus carnoſum et pingue redditur, horum tamen pauci ad ſexageſimum annum vitam produxerunt. Sed et vertebrae in obliquum intorquentur. Ad id etiam conferunt habitus in quos decumbunt, de quibus praenotiones fiunt. Multi vero etiam ſanguinem expuerunt ſuppuratique extiterunt. Quibus curatio diligens inſtituenda, et deligatio pro more. Victus ratio primis diebus exquiſita eſſe debet, deinde plenior, quies, ſilentium imperandum, habitus corporis accommodandus, alvus ſubducenda, venere abſtinendum. Sed et quibus ſanguis non expuitur, ii dolorem magis ſentiunt temporeque recidivas potius pati ſolent quam quibus coſta perfracta eſt. At quibus mucoſum quiddam relinquitur, id doloribus ſui memoriam commovet. Curatio uſtione perficitur, ſi in quibusdam quidem ab oſſe ad os usque candens ſerramentum demittas, ipſum autem non attingas. Quod ſi in intermediis coſtis fuerit, non in ulteriorem partem penetrandum, neque in ſummo adurendum. Alioqui ſideratio ſequetur et curatio per linamenta experiunda, de quibus dicentur omnia quae intro ſubire aut ſub viſum cadere oportet. Verbis vero non ſatis ex-

λόγοις δ᾽ οὐ μὴ βρώματα, πόματα, θάλπος, ψῦχος σχῆμα. ὅτι καὶ φάρμακα τὰ μὲν ξηρὰ, τὰ δὲ ὑγρὰ, τὰ δὲ πυῤῥὰ, τὰ δὲ μέλανα, τὰ δὲ λευκὰ, τὰ δὲ στρυφνά. ἐπὶ ἕλκη οὕτω καὶ δίαιται.

[547] || Νόμος ἐμβολῆς καὶ διορθώσιος, νόμος μοχλός. σφηνίσκος, ὑπόσονος μὲν ἀνάγειν, μοχλὸς δὲ παράγειν, τὰ δὲ ἐμβλητέα ἢ διοῤθωτέα διαναγκάσαι διεκτείνοντα. ἐν ᾧ ἂν ἕκαστα σχήματι μέλλῃ ὑπεραιωρηθήσεσθαι. τὸ δ᾽ ἐκβὰν ὑπὲρ τούτου ὅθεν ἐξέβη. τοῦτο δὲ ἢ χερσὶν ἢ κρεμασμῷ ἢ ὄνοισιν ἢ περί τι. χερσὶ μὲν οὖν ὀρθῶς κατὰ μέρεα. καρπὸν δὲ καὶ ἀγκῶνα ἀπόχρη διαναγκάζειν. καρπὸν μὲν ἐς ἰθὺ ἀγκῶνος, ἀγκῶνα δὲ ἐγγώνιον πρὸς βραχίονα ἔχοντα. οἷον παρὰ τῷ βραχίονι τὸ ὑπὸ τὴν χεῖρα ὑποτεινόμενον. ἐν οἷσι δὲ δακτύλους ποδὸς, χειρὸς, καρποῦ, ὑβώματος, τὸ ἔξω διαναγκάσαι δεῖ καὶ καταναγκάσαι. τὰ μὲν ἄλλα ὑπὸ χειρῶν

plicari possunt neque cibaria, potiones, calor, frigus, corporis habitus. Tum quod medicamenta partim quidem sicca partim vero humida, quaedam etiam fulva, quaedam nigra, quaedam vero etiam alba, nonnulla quoque acerba eaque hoc modo adhibita, cum victus ratione ulceris curationem faciunt.

Reponendi et dirigendi quaedam lex est, tum quae per vectis molitionem instituitur, tum per cuneolum. Suppositus quidem asellus abducere; vectis vero adducere solet. Quae autem reponenda aut dirigenda sunt, ea extensione facta, in ea figura in qua unumquodque supra sinum suum sublime attolletur, adurgenda. Quod vero excessit, supra id unde excessit protrudendum. Istud autem manibus aut appensione aut asellis, aut ad aliquid injectis vinculis praestatur. Manibus igitur ad partes utimur, primam vero manus juncturam et cubiti gibbum adurgere satis est. Eam quidem quae est ad manum juncturam recta ad cubiti gibbum: cubiti autem gibbum eo habitu ut ad brachium rectum angulum efficiat, qualem in brachio, quod manui subtenditur reddit. In quibus vero pedis aut manus digitos, in manus junctura aut spinae ex gibbo inclinatione, quod ex-

Ed. Chart. XII. [547.] Foës. I. 863. 864. Ed. Lind. II. (869. 870.)

αἱ διαναγκάσεις ἱκαναί. καταναγκάσαι δὲ τὰ ὑπερέχοντα ἐς ἕδρην, πτέρνῃ ἢ θέναρι ἐπί τινος. ὥστε κατὰ μὲν τὸ ἐξέχον, ὑποκέε(870)σθαι ὄγκον σύμμετρον μαλθακὸν, κατὰ δὲ τὸ ἕτερον. μήστωρ δ᾽ ἂν χρὴ ὠθέειν ὀπίσω καὶ κάτω, ἤν τε ἔσω ἤν τε ἔξω ἐκπεπτώκῃ. τὰ δ᾽ ἐκ πλαγίων τὰ μὲν ἀπωθέειν, τὰ δὲ ἀντωθέειν ὀπίσω ἀμφότερα καὶ τὸ ἕτερον. τὰ δὲ ὑβώματα τὰ μὲν ἔσω οὔτε πταρμῷ οὔτε βηχὶ οὔτε φύσης ἐνέσει οὔτε σικύῃ. δεῖ δέ τι ἡ κατάστασις. ἡ δὲ ἀπάτη ὅτι οἷόν τέ ποτε καταγέντων τῶν σπονδύλων καὶ τὰ λορδώματα διὰ τὴν || ὀδύνην δοκέῃ ἔσω ὀλισθηκέναι. ταῦτα δὲ ταχύφυα καὶ ῥάδια. τὰ δὲ ἔξω κατάτασις, τὰ μὲν ἄνω ἐπὶ πόδας, τὰ δὲ κάτω, τἀναντία καταναγκασις δὲ συγκατατάσει ἢ ἕδρῃ ἢ ποδὶ ἢ σανίδι. τὰ δ᾽ ἔνθα ἢ ἔνθα, εἴ τις κατάτασις, καὶ ἔτι τὰ σχήματα ἐν τῇ διαίτῃ.

cessit intro cogere et adurgendo compellere convenit. In reliquis quidem propulsiones quae manibus fiunt abunde sunt. Eminentia vero supra aliquid collocata calce aut sublimiore patinae parte in suam sedem propellere oportet, ita ut qua extant mollis globulus accommodate supponatur, altera autem ex parte peritus aliquis retro et deorsum protrudat, sive interiorem sive exteriorem in partem prolapsa sint. Quae in obliquum inclinant, partim protrudere partim retrotrudere utrimque et ex altera parte oportet. At spinae ex gibbo inclinationes, quae quidem interiorem in partem fiunt, neque sternutamento neque tussi neque flatu immisso neque cucurbitula restituuntur, verum aliqua distensione opus est. In errorem autem inducuntur, quod, velut aliquando fractis vertebris contingit, etiam spinae introrsum inclinationes prae dolore intro luxationem fecisse videantur. Haec vero celeriter et facile coalescunt. Quae exteriorem in partem incurvantur, partim quidem quae supra sunt in pedes distensio, partim vero quae infra contrario modo facta restituit. Impulsio vero cum distensione, aut insidendo aut pede aut assere fieri debet. Quae in hanc vel illam partem obliquantur, si quae admoveatur distensio, ac praeterea corporis habitus adhibita victus ratione restituit.

Ed. Chart. XII. [547. 548.] Foës. I. 864. 865. Ed. Lind. II. (870. 871.)

Τὰ ἄρμενα πάντα εἶναι πλατέα, προσηνέα, ἰσχυρὰ εἰδέη, μὴ δεῖ ῥάκεσι προκατειλίχθαι, ἐσκευάσθαι πρὶν ἢ ἐ. τῆσ.. ἀνάγκησι. πάντα συμμεμετρημένως, τὰ μήκεα καὶ ὕψεα καὶ εὖρεα. διάτασις οἷον μηροῦ τὸ παρὰ σφυρὸν δεδέσθαι καὶ ἄνω τοῦ γούνατος. ταῦτα μὲν ἐς τὸ αὐτὸ τείνοντα. παρὰ δ᾽ ἰξύϊ καὶ περὶ μασχάλας καὶ κατὰ περίνεον καὶ μηρὸν, τὰ μεταξὺ τῆς ἀρχῆς. τὸ μὲν τὸ στῆθος, τὸ δ᾽ ἐπὶ νῶτον τείνοντα. ταῦτα δ᾽ ἐς τὸ ὑπὸ (871) ἅπαντα τεινόντων προσδεθέντα ἢ πρὸς ὑπεροειδέα ἢ πρὸς ὄνον. ἐπὶ μὲν οὖν κλίνης ποιέοντι τοῦτο μὲν τῶν ποδῶν πρὸς οὐδὲν χρὴ ἐρεῖσαι, πρὸς δὲ τὸ ἕτερον ξύλον ἰσχυρὸν πλάγιον παραβεβλῆσθαι. τὰ δὲ ὕπερθεν ὑπεροειδέα πρὸς ταῦ[548]τα ἀντιστηρίζοντα διατείνειν, ἢ πλήμνας κατορύξας ἢ κλίμακα διαθέντα, ἀμφοτέρωθεν ὠθέειν. τὸ δὲ κοινὸν σανὶς || ἑξάπηχυς, εὖρος δίπηχυς. πάχος σπιθαμῆς ἔχουσα ὄνους δύο ταπεινοὺς ἔνθεν καὶ ἔνθεν. ἔχουσα δὲ καὶ κατὰ μέσον στυλίσκους ξυμ-

Quae ad usum sunt accommodata, ea omnia lata, blanda, specie valida esse oportet. Neque lintea ante convoluta esse debent, praeparata tamen ante quam vis adhibeatur, omnia, moderata tum longitudine tum latitudine tum crassitudine. Velut in femoris distensione, quod est ad malleolum et supra genu deligari debet, et per haec quidem eodem distensio fieri. Juxta lumbos autem et circa axillas, et ad intersoemineum et femur vincula injici debent, ac media sui parte partim quidem ad pectus, partim vero ad dorsum tendere. Haec vero ad id quod subter est, quo omnia extenduntur, deliganda, sive ad pistillares fustes sive ad asellum. In lecto igitur si istud moliare, haec quidem lecti fulcra ad januae limen offirmare oportet, ad altera vero lignum validum transversum objicere, pistillaribus autem fustibus qui supra sunt ad haec obnixis distensionem facere sex cubitorum, latitudinis bicubitalis, crassitudinis dodrantalis, duos humiles asellos hinc et inde habens. In medio quoque columellas habeat, in quas velut scalae gradus expoliti insiguntur, quaeque ad subsistendum moderata ad lignum magnitudine se habeant, velut in demisso humero contingit. Cava quoque

Ed. Chart. XII. [548.] Foës. I. 865.866. Ed. Lind. II. (871.872.)

μέτρους, ἐξ ὧν κλιμακτῆρες πεσταί. ἐς τὴν ὑπόστασιν τῷ ξύλῳ, ὥσπερ τῷ κατώμῳ. καταγλύφους δὲ, ὥσπερ ληνοὺς λείας ἔχειν, τετραδακτύλους εὖρος καὶ βάθος, καὶ διαλιπεῖν τοσοῦτον, ὅσον αὐτῇ τῇ μοχλεύσει ἐς διόρθωσιν. ἐν μέσῳ δὲ τετράγωνον καταγλυφὴν ὥστε στυλίσκον ἐνεῖναι, ὃς παρὰ περίνεον ἐὼν περιῤῥέπειν τε κωλύσειεν ὅ τε ὑποχαλαρὸς ὑπομοχλεύσει. χρὴ δὲ τῆς σανίδος ἢ ἐν τῷ τοίχῳ τὸ ἄκρον καταγεγλυμμένον τι ἐχούσης τοῦ ξύλου ὦσαι τὸ ἄκρον, ἐπὶ δὲ θάτερα καταναγκάζειν, ὑποτιθέντα μαλθακά τινος σύμμετρα.

Οἷσιν ὀστέον ἀπὸ ὑπερώης ἀπῆλθε, μέση ἵζει ἡ ῥὶς τουτέοισιν. οἱ δὲ φλώμενοι κεφαλὰς ἄνευ ἕλκεος ἢ πεσόντος ἢ κατάξαντος ἢ πιέσαντος, τουτέων ἐνίοισι τὰ δριμέα ἔρχεται ἀπὸ κεφαλῆς κατὰ τὰς φάρυγγας καὶ ἀπὸ τρώματος ἐν τῇ κε||φαλῇ, καὶ ἐς τὸ (872) ἧπαρ καὶ ἐς τὸν μηρὸν, σημεῖα παραλλαγμάτων καὶ ἐκπτωμάτων καὶ ᾗ καὶ ὅπως καὶ ὅσον διαφέρει ταῦτα πρὸς ἄλληλα, καὶ οἷσιν ἡ κοτύλη πα-

laevia exsculpta veluti quosdam alveos habere oportet, quatuor digitorum latitudine et altitudine tantumque inter se distare, quantum ad directionem, in ipsa per vectem molitione satis esse videatur. In medio vero cavum in quadratam figuram exsculptum esse debet, in quod columella immittatur, quae juxta intersoemineum posita desluere corpus vetet, quando aliquanto laxior immissa molitionem quandam faciet. Oportet autem tabellae ligneae, aut quae summum in pariete quodammodo insculptum habeat, extremum protrudere et in alteram partem vim impellere, supposito molli aliquo quod conveniat.

Quibus ex palato os discessit, iis medius nasus desidit. Quibus vero caput citra ulcus colliditur, aut re aliqua incidente aut frangente aut apprimente, eorum nonnullis ex capite in fauces acria veniunt et ex capitis vulnere. Ac ad jecur et femur partium, ubi alia super aliam effertur et luxationem fecerunt, notae redundant et quatenus quaque ratione, quantumque inter se differant considerandum. Quibus quoque acetabulum perruptum est, et quibus nervus

Ed. Chart. XII. [448.] Foës. I. 866. Ed. Lind. II. (872.)

ρήαγε καὶ οἷσι νευρίον ἀπεσπάσθη καὶ οἷσιν ἐπίφυσις ἀπέαγε, καὶ οἷσι καὶ ὥς καὶ ἐν ᾗ δύο ἐστὶν, ἐπὶ τουτέοισι κίνδυνοι, ἐλπίδες. οἷσι κακαὶ ὅτε κακώσιες θανάτου, ὑγιείας ἀσφαλείας καὶ ἃ ἐμβλητέα ἢ χειριστέα, καὶ ὅτε καὶ ἃ οὐ ἢ ὅτε οὔ. ἐπὶ τουτέοισιν ἐλπίδες, κίνδυνοι οἷα καὶ ὅτε χειριστέα, καὶ τὰ ἐκ γενεῆς ἔξαρθρα, τὰ αὐξανόμενα τὰ ηὐξημένα καὶ ὅ τι θᾶσσον καὶ ὅ τι βραδύτερον καὶ ὅ τι χωλὸν καὶ ὥς καὶ οὔων, καὶ διότι καὶ ὅτι μινυθείσῃ καὶ ᾗ καὶ ὥς καὶ οἷσιν ἧσσον, καὶ ὅτι τὰ καταγέντα θᾶσσον καὶ βραδύτερον φυόμενα ἢ αἱ διαστροφαὶ καὶ ἐπιπωρώσιες γίνονται, καὶ ἄκη τουτέων οἷσιν ἕλκεα αὐτίκα ἢ ὕστερον γίνονται. οἷσι καὶ ὀστέα καταγεῖσι μείω, οἷσιν οὔ. οἷσι καταγέντα ἐξέσχε καὶ ᾗ ἐξίσχει μᾶλλον, οἷσιν ἐκβάντα ἢ ἄρθρα ἐξίσχια παγῶνται, καὶ δι᾽ ἃ ἐν οἷσιν ὁρῶσιν, ἐν οἷσι διανοεῦνται,

aliquis divellitur et quibus os adnatum perfractum, tum quibus et quanam ratione unum etiam aut duo, in quibus os geminum eſt, et quaenam eos pericula circumſtent aut ſpes affulgeant, quibus deſperatio et quando triſtis exitus impendet, aut certa ſalus imminet et quaenam repoſitionem aut manus tractationem, et quando poſtulent et quaenam minime aut quando non. In his tum ſpes tum pericula praedicenda, tum qualia et quando ſub manus tractationem veniant ſpectanda. Tum quae a primo ortu luxata adhuc incrementum accipiunt, aut jam acceperunt et quodnam citius et quodnam tardius, quodque claudum et quanam ratione, quodque minime exiſtat. Tum quam ob cauſſam et quodnam imminutionem ſentiat, et quanam parte et quonam modo, ac quibus iſta minus contingit. Eſt etiam animadvertendum quod fracta citius aut tardius coaleſcunt, aut perverſiones et oſſium ferruminationes fiunt, eorumque curationes, quibus ulcera ſtatim aut quibus poſtea contingunt, quibus etiam oſſa fracta minora evadunt, quibus minime, quibus fracta cute emineant et quanam parte magis extant, quibus loco emoti aut exerti articuli compingantur, et quasnam ob cauſas in quibus ſenſui patent, in quibus mentis agitatione compre-

ἀμφὶ τὰ παθήματα, ἀμφὶ τὰ θεραπεύματα νόμοισι τοῖσι νομίμοισι. περὶ ἐπιδέσιος, παρασκευὴ, πάρεξις, κατάτασις, διόρθωσις, ἀνάτριψις, ἐπίδεσις, ἀνάληψις, θέσις, σχῆμα, χρό(873)νοι, δίαιται. τὰ χαυνότατα τάχιστα φύεται. τὰ δ᾽ ἐναντία ἐναντίως, διαστροφαὶ, οἱ κυρτοὶ, ἄσαρκοι, ἄνευροι. τὸ ἐμπεσὸν ὡς προσωτάτω ἢ τὸ ἐκπεσὸν ἔσται, τοῦ χωρίου οὗ ἐξέπεσε. νεύρων τὰ μὲν ἐν κινήσει καὶ ἐν πλάδῳ ἐπιδοτικὰ, τὰ δὲ μὴ, ἧσσον. ἄριστον ᾗ ἂν ἐκπέσῃ ἢ ἐμπέσῃ τάχιστα. πυρεταίνοντι μὴ ἐμβάλλειν, μηδὲ τεταρταῖα. πεμπταῖα ἥκιστα ἀγκῶνα, καὶ τὰ ναρκώδεα πάντα, ὡς τάχιστα ἄριστα τὴν φλεγμονὴν [549] παρέντα. τὰ ἀποσπώμενα ἢ νεῦρα ἢ χόνδρια ἢ ἐπιφύσιες ἢ διϊστάμενα κατὰ συμφύσεις. ἀδύνατα ὁμοιωθῆναι. διαπωροῦται ταχέως τοῖσι πλείστοισιν. ἡ δὲ χρῆσις σώζεται, ἐκβάντων τὰ ἔσχατα ῥᾷον. τὰ ῥᾷστα ἐκπεσόντα ἥκιστα φλεγμαίνει. τὰ δὲ ἥκιστα θερμαίνοντα καὶ μὴ ἐπιθεραπευθέντα μάλιστα αὖθις ἐκπίπτει. κατατείνειν ἐν

henduntur. Ad affectiones et curationes ſpectant quae legitimis de deligatione praeceptis continentur, praeparatio, exhibitio, diſtenſio, directio, frictio, deligatio, ſuſpenſio, collocatio, habitus, temporum et victus ratio. Quae laxa ſunt citiſſime coaleſcunt, contra vero quae contrario ſe habent modo. In perverſionibus incurvi fiunt, carne privantur et nervis. Quod repoſitum eſt longius multo locum unde exceſſit ſuperabit, quam quod loco motum eſt. Nervi qui in motu ſunt et loco humore flacceſcente, ii facile cedunt; qui vero non, minus. Optimum, ubi quid excidit, citiſſime reponi. Si febris occupaverit, non tentanda repoſitio neque quarto die, minime vero cubiti gibbum quinto die. Quaecunque etiam torpidum habent ſenſum, ubi inflammatio remiſerit, quam citiſſime reponere optimum. Divulſa in nervis aut cartilaginibus, aut adnato oſſe aut diſſidentia circa juncturas, in priſtinum ſtatum reſtitui nequeunt, ſed in pleriſque celeriter callum contrahunt, uſus autem ſervatur. Partes extremae facile excidunt. Quae facile excidunt, minime inflammatione tentantur. Quae vero minime incaleſcunt, iis, ſi diligens curatio non adhibeatur, maxime rurſus

σχήματι τοιουτέῳ, ἐν ᾧ μάλιστα ὑπεραιωρηθήσεται, σκεπτόμενον ἐς τὴν φύσιν καὶ τὸν τόπον, ᾗ ἐξέβη. διόρθωσις ὀπίσω ἐς ὀρθὸν καὶ ἐς πλάγιον. παρωθέντα δὲ ταχέως ἀντισπάσαντα. ἀντισπάσαι ταχέως ἤδη ἐκ περιαγωγῆς τὰ πλειστάκις ἐκπίπτοντα ῥᾷον ἐμπίπτει. αἴτιον λύσις ἢ νεύρων ἢ ὀστέων, νεύρων μὲν μήκιος ἢ ἐπιδόσιος, ὀστέων δὲ κοτύλης ὁμαλότης, κεφαλῆς φαλακρότης. τὸ ἔθος τρίβον ποιέει. αἰτίη καὶ σχέσις καὶ ἕξις καὶ ἡλικίη. τὸ ὑπόμυξον ἀφλέγμαντον.

|| Οἷσιν ἕλκεα ἐγένε(874)το ἢ αὐτίκα ἢ ὀστέων ἐξισχόντων ἢ ἔπειτα ἢ κνησμῶν ἢ τρηχυσμῶν. ταῦτα μὲν ἢν αἰσθῇ, εὐθέως λύσας πισσηρὴν ἐπὶ τὸ ἕλκος ἐπιθεὶς, ἐπιδεῖν ὡς ἐπὶ τὸ ἕλκος πρῶτον τὴν ἀρχὴν βαλλόμενος, καὶ τἄλλα ὡς οὐ ταύτῃ τοῦ σίνεος ἐόντος. οὕτω γὰρ αὐτὸ τὸ ἰσχνότατον καὶ ἐκπέσῃ τάχιστα καὶ περιῤῥήξεται καὶ καθαρθέντα τάχιστα φύσεται. νάρθηκες δὲ μήτε κατ᾽ αὐτὸ τοῦτο προσάγειν μήτε πιέζειν. καὶ ὧν ὀστέα μὴ μεγάλα ἄπεισιν, ὧν δὲ μεγάλα,

excidunt. Extenſio eo habitu quo maxime ſuperattollentur fieri debet, natura et loco in conſiderationem adhibito. Qua parte exceſſerunt directio fiat, retro recta et in obliquum, propellenda autem celeri revulſione adhibita. Jam vero cito revellere per circumactionem licet. Quae frequentiſſime excidunt nullo negotio reponuntur. In cauſa eſt nervorum aut oſſium ſolutio, nervorum quidem longitudinis aut incrementi, oſſium vero acetabuli aequabilitas, capitis laevitas. Conſuetudo uſum facit. In cauſa quoque eſt corporis diſpoſitio et habitus et aetas et mucus qui ſine inflammatione ſubeſt.

Quibus ulcera ſtatim facta ſunt, aut oſſibus cute extantibus aut poſtea ex pruritu aut aſperitate, ea quidem ubi ſenſeris, confeſtim ſolvito, ulceri cerato picato impoſito deligatoque faſciae initio ſuper vulnus injecto, ac in reliquis perinde te gerito ac ſi ea parte laeſio nulla exiſteret. Hoc namque modo ea pars maxime extenuabitur, et citiſſime circumabrupta excidet, et repurgata ulcera celerrime coaleſcent. Ferulae vero neque ad ipſum ulcus admovendae, neque apprimendae. Et in quibus non magna oſſa abſunt ita

Ed. Chart. XII. [549] Foës. I. 868. Ed. Lind. II. (874. 875.)

οὕτω ποιεῖν. πολλὴ γὰρ ἐμπύησις, καὶ ταῦτ' οὐκ ἔτι οὕτως, ἀλλ' ἀνέψυκται τῶν ὑποστασίων εἵνεκα. τὰ δὲ τοιαῦτα ὁπόσα ἐξέσχε, καὶ εἴτε ἐμβληθῇ εἴτε μὴ, ἐπίδεσις μὲν οὐκ ἐπιτήδειον, διάτασις δὲ σφαῖραι ποιηθεῖσαι, οἷα πέδαι, ἡ μὲν παρὰ σφυρὸν, ἡ δὲ παρὰ γόνυ ἐς κνήμην πλατεῖαι, προσηνέες, ἰσχυραὶ, κρίκους ἔχουσαι. ῥάβδοι τε σύμμετροι κρανίης καὶ μῆκος καὶ πάχος, ὥστε διατείνειν. ἱμάντια δὲ ἐξ ἄκρων ἀμφοτέρωθεν ἔχοντα εἰς τοὺς κρίκους ἐνδεδέσθαι. ὡς τὰ ἄκρα ἐς τὰς σφαίρας ἐνστηριζόμενα διαναγκάζῃ. ἴησις δὲ πισσηρὴ θερμή. σχήματα καὶ ποδὸς θέσις καὶ ἰσχίου. δίαιτα ἀτρεκής. ἐμβάλλειν τὰ ὀστέα τὰ ὑπερίσχοντα αὐθημεραῖα ἢ δευτεραῖα. τεταρταῖα δὲ ἢ πεμπταῖα μὴ, ἀλλ' ἐπὴν ἰσχνὰ ᾖ. ἡ δ' ἐμβολὴ τοῖσι μοχλικοῖσιν ἢ τὸ ἐμβαλλόμενον τοῦ ὀστέου ἢν μὴ ἔχῃ ἀποστήριξιν, ἀποπρίσαι τῶν κωλυόντων. ἀτὰρ καὶ ὡς τὰ ψιλωθέντα ἀποπέσῃ τε καὶ βραχύ(875)τερα τὰ μέλεα. τὰ δὲ ἄρθρα τὰ μὲν πλέον, τὰ δὲ μεῖον ὀλισθαί-

se gerendum, et in quibus magna ossa absunt, et cum multa suppuratio adsit, non amplius ista neque eodem modo facienda, sed nudatur pars recrementorum quae moram traxerunt gratia. At quaecunque magna ossa cute eminent, iis, sive reponantur sive non, deligatio quidem non convenit, sed distensio. Orbes conficiuntur quales compedes, quorum unus quidem juxta malleolum, alter ad genu in crure adaptetur. Hi lati, leves et validi sunto circulos habentes. Virgae autem corneae eam convenientem tum magnitudinem tum crassitudinem habeant, ut distensionem moliantur. Habenas vero utrinque in extremis finibus habeant, quibus ad annulos alligentur ita ut extremi fines orbibus innixi vim adhibeant. Curationem perficiunt ceratum picatum calidum, habitus corporis pedis et coxendicis positio, exquisita victus ratio. Quae supereminent ossa, eodem aut postero die reponito, quarto aut quinto die minime, sed ubi gracilia evaserint. Repositio vero per vectium molitionem facienda est, aut ossis quod reponitur, si firmamentum non habeat, impedimenta praecidenda. Quin etiam nudata ossa decident et breviora membra evadent. At articuli partim qui-

Ed. Chart. XII. [130. 131.] Foës. I. 869. 870. Ed. Lind. II. (664. 665.)
τει, καὶ τὰ μὲν μεῖον ἐμβαλεῖν ῥάδιον, τὰ δὲ μέζους ποιεῖ τὰς κακώσιας καὶ ὀστέων καὶ νεύρων καὶ ἄρθρων καὶ σαρκῶν καὶ σχημάτων. μηρὸς δὲ καὶ βραχίων ὁμοιότατα ἐκπίπτουσιν.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΕΛΚΩΝ.

[130] (664) Ἕλκεα ξύμπαντα οὐ χρὴ τέγγειν, πλὴν οἴνῳ, ἢν μὴ ἐν ἄρθρῳ εἴη τὸ ἕλκος. τὸ γὰρ ξηρὸν τοῦ ὑγιέος ἐγγυτέρω ἐστὶ καὶ τὸ ὑγρὸν τοῦ μὴ ὑγιέος. τὸ γὰρ ἕλκος ὑγρόν ἐστι, τὸ δὲ ὑγιὲς ξηρόν. ἀνεπίδετον δὲ ἐᾷν ἄμεινόν ἐστιν, ὅ τι γε μὴ καταπλάσσεται. οὐδὲ καταπλάσσειν ἐνδεχόμενόν ἐστιν ἔνια τῶν ἑλκέων. μᾶλλον δὲ τὰ νεότρωτα τῶν παλαιοτέρων καὶ τὰ ἐν τοῖσιν ἄρθροισιν. ὀλιγοσιτέειν τε ὡς μάλιστα καὶ ὕδωρ ξυμφέρει πᾶσι τοῖσιν ἕλκεσι. μᾶλλον δὲ τοῖσι (665) νεωτέροισι τῶν παλαιοτέρων, καὶ [131] ὅ τι ἄλλο φλεγμαίνει ἕλκος ἢ || μέλλει, καὶ ὅ τι σφακελίσαι κίνδυνος, καὶ τοῖσιν ἕλκεσι καὶ φλέγμασι τοῖσιν ἐν τοῖσιν ἄρ-

dem magis, partim vero minus luxantur et qui quidem minus, facile reconduntur. Quibusdam quoque majora tum ossium tum nervorum et articulorum ac carnium vitia contingunt. Femur autem et brachium quam simili inter se modo excidunt.

HIPPOCRATIS LIBER DE VLCERIBVS.

Ulcera quaecunque ea sint, praeter quam vino madefieri non debent, nisi si articulos ulcus occupet. Quod enim siccum est ad sanum, quod humidum ad vitiatum propius accedit. Est namque ulcus humidum, sanum autem siccum. Praestat autem vinculo abstinere, nisi certe ubi cataplasma imponitur. Neque in quibusdam ulceribus cataplasmate uti licet, idque magis in recentibus quam vetustis, et iis quae articulos occupant. Paucus autem cibus et aquae potio quam maxime omnibus ulceribus, magis tamen recentibus quam vetustis confert, tum sicubi in ulcere inflammatio adest, aut metuitur aut ubi periculum est ne quid vitietur, vel cum articuli ulcera inflammatione tentantur, aut ubi convulsio-

θροισι, καὶ ὅκου σπασμὸς γενέσθαι κίνδυνος, καὶ τοῖσιν ἐν κοιλίῃ τρώμασι, πάντων δὲ μάλιστα τοῖσιν ἐν κεφαλῇ καὶ μηρῷ κατεαγεῖσι καὶ ἄλλῳ ᾧ κάτηξις γένηται. ἑστάναι δὲ ἐν τῷ ἕλκει ἥκιστα ξυμφέρει, καὶ μᾶλλον ἢν ἐν τῷ σκέλεϊ ἔχῃ τὸ ἕλκος. ἀλλ' οὐδὲ καθῆσθαι οὐδὲ πορεύεσθαι. ἡσυχίη δὲ καὶ ἀτρεμίη ξυμφέρει μάλιστα. τὰ δὲ νεότρωτα ἕλκεα πάντα ἥκιστα ἂν φλεγμήναιεν αὐτά τε καὶ τὰ περιέχοντα, εἴ τις διαπυήσει ὡς τάχιστα, καὶ τὸ πῦον μὴ ἀπολαμβανόμενον ἀπὸ τοῦ ἕλκεος τοῦ στόματος ἴσχοιτο, ἢ εἴ τις ἀποτρέποι ὅκως μηδὲ μελλήσει διαπυῆσαι, πλὴν τοῦ ἀναγκαίου πύου ὀλιγίστου, ἀλλὰ ξηρὸν εἶναι ὡς μάλιστα φαρμάκῳ μὴ περισκελέϊ. πυρῶδες γὰρ γίνεται ἐπὴν φρίκη ἐγγένηται καὶ σφυγμός. φλεγμαίνει γὰρ τὰ ἕλκεα τότε, ὁκόταν διαπυῆσαι μέλλῃ. διαπυεῖ δὲ ἀλλοιουμένου τοῦ αἵματος καὶ θερμανθέντος, ἕως σαπὲν πῦον γένηται τῶν τοιούτων ἑλκέων. ὅταν δοκέῃς δεῖσθαι καταπλάσιος, οὐ χρὴ αὐτὸ τὸ ἕλκος καταπλάσσειν, ἀλλὰ τὰ περιέχοντα, ὅκως τὸ πῦον ἀποχωρέῃ καὶ τὰ σκλη-

nis metus impendet et venter vulnus accepit: tum vero vel maxime, si caput et femur, vel quaevis alia pars fracturam senserit. Stare autem ulceri minime convenit, idque praesertim si in crure ulcus sit, immo neque sedere neque ambulare. Verum quies et otium plurimum conducunt. At recentia ulcera omnia tum ipsa tum ambientes partes minime inflammatione tentantur, si quis quam celerrime ad suppurationem adducat, neque pus ulceris osculo interceptum supprimatur, aut si quis inhibeat ne ad pus nisi necessarium idque paucissimum deveniant, sed quam maxime siccet medicamento non molesto. Igneum namque fervorem concipiunt, ubi horror ac pulsatio accesserit. Inflammatione si quidem tunc ulcera tentantur, cum ad suppurationem tendunt. Suppurant autem alterato et calefacto sanguine, ita ut putrefactus in hujusmodi ulceribus in pus convertatur. At ubi cataplasmate opus esse visum fuerit, non ad ipsum ulcus, sed ad ambientes partes admovendum, quo via puri fiat et quae indurnerunt emolliantur. Quod vero

ῥυόμενα μαλαχθῇ. τῶν δὲ ἑλκέων ὅπερ μὲν ἂν ὀξέϊ βέλει διατμηθῇ ἢ διακοπῇ, ἐνδέχεται ἔναιμον φάρμακον, καὶ τὸ κωλῦον διαπυεῖν ἀναξηραῖνόν τι. ἥτις ὑπὸ τοῦ βέλεος (666) ἐφλάσθη καὶ ἐκόπη σὰρξ, ταύτην δὲ ἰητρεύειν, ὅκως διάπυος ὡς τάχιστα γένηται. ἧσσόν τε γὰρ φλεγμαίνει καὶ ἀνάγκη τὰς σάρκας τὰς φλασθείσας καὶ κοπείσας καὶ σαπείσας καὶ πῦον γενομένας ἐκτακῆναι. ἔπειτα βλαστάνειν νέας σάρκας. ἕλκεϊ νεοτρώτῳ παντὶ πλὴν ἐν κοιλίῃ ξυμφέρει αἷμα ποιέειν ἀποῤῥέειν πυκνὰ, ὅκως ἂν δοκέῃ καιρὸς εἶναι, καὶ ἀπ᾽ αὐτῶν τῶν ἑλκέων τῶν περιεχόντων τὸ ἕλκος, ἄλλως τε καὶ ἢν ἐν κνήμῃ ἔῃ τὸ ἕλκος ἢ ἐν δακτύλῳ ποδὸς ἢ χειρὸς, μᾶλλον ἤ που ἄλλοθι τοῦ σώματος. γίνεται γὰρ ἀποῤῥέοντος τοῦ αἵματος ξηρότερα καὶ μείονα ἰσχναινόμενα. κωλύει [132] μὲν γὰρ μάλιστα τὰ τοιαῦτα ἕλκεα ὑγραίνεσθαι, ἔπειτα δὲ καὶ τὰ σύμπαντα αἵματος σηπεδὼν καὶ ἐξ αἵματος μεταστάσιος γένηται. ξυμφέρει δὲ μετὰ τὴν τοῦ αἵματος ἀποῤῥοὴν

ulcus acuto telo incisum aut dissectum fuerit, medicamentum quod cruentis protinus imponitur, ἔναιμον Graeci vocant, et siccans quoddam quod suppurare vetet, admittit. Quae caro a telo collisa aut caesa est, ea ita curanda est, ut quam celerrime in pus vertatur. Nam cum minus inflammatione tentetur, tum necesse est carnes quae collisae caesaeque sunt, putrefactas et in pus versas tabescere, deinde novas carnes renasci. Omni recens facto ulceri, praeterquam si in ventre sit, ex eo ipso vulnere sanguinem statim plus minusve effluere expedit. Nam tum ipsum ulcus, tum quae ipsum ambiunt partes minus inflammatione vexantur. Quin et ab inveteratis ulceribus ut crebro sanguis effluat, prout opportunum videbitur, tam ab ipsis ulceribus quam a circumstantibus ulcus partibus efficere conducit, tum praecipue si in crure, aut pedis aut manus digito ulcus sit, magis quam in alia corporis parte. Exhausta enim sanguinis effluxu ficciora ac minora evadunt. Ejusmodi namque ulcera praecipue quidem sanescere prohibet, tum demum vero reliqua etiam omnia, sanguinis putredo et quod ex sanguinis mutatione est

Ed. Chart. XII. [132.] Foës. I. 870. 872. Ed. Lind. II. (666. 667.)

ἐπὶ τῶν τοιούτων ἑλκέων καὶ σπόγγον ἐπιδεῖν, πυκνὸν καὶ μαλθακὸν τετμημένον ξηρότερον ἢ ὑγρότερον, ἢ ἐπὶ τῷ σπόγγῳ ἄνωθεν φύλλα ἰσχνὰ τίθεσθαι. ἔλαιον δὲ καὶ ὅσα μαλθακώδεα ἢ ἐλαιώδεά ἐστι φάρμακα, οὐ ξυμφέρει τοῖσι τοιούτοισιν ἕλκεσιν, ἢν μὴ πάνυ ἤδη πρὸς ὑγιείην τείνη. οὐδὲ τοῖσι νεοτρώτοισιν ἕλκεσι ξυμφέρει ἔλαιον, οὐδὲ μαλθακώδεα οὐδὲ στεατώδεα φάρμακα, ἄλλως τε καὶ ὅτι ἂν δέηται ἕλκος πλείονος καθάρσιος. τὸ δὲ ξύμπαν εἰπεῖν, ἐλαίῳ τὴν χρίσιν ποιέεσθαι καὶ ἐν θέρει καὶ ἐν χειμῶνι, πρὸς ἃ τῶν τοιούτων φαρμάκων δεόμεθα.

|| Ὑποκάθαρσις τῆς κάτω κοιλίης ξυμφέρει τοῖσι πλείστοισι τῶν ἑλκέων καὶ ἐν τρώμασιν ἐν κεφαλῇ ἐοῦσι καὶ (667) ἐν κοιλίῃ καὶ ἐν ἄρθροισι καὶ ὅσα σφακελίσαι κίνδυνος καὶ ὅσα ῥαπτὰ καὶ τοῖσιν ἐσθιομένοισι καὶ ἑρπιστικοῖσι καὶ τοῖσιν ἄλλως πεπαλαιωμένοισιν ἕλκεσι. καὶ ὅπῃ ἂν μέλλῃ ἐπιδεῖν, οὐ χρὴ οὐδ᾽ ἐμπλάσσειν τὰ φάρμακα, πρὶν ἂν πάνυ ξηρὸν ποιήσῃς τὸ ἕλκος, τότε δὲ δεῖ προστιθέναι,

ortum. Post sanguinis effluxum, in his ulceribus spongiam densam, mollem, incisam, sicciorem, non humidiorem alligare conducit, aut spongiae folia gracilia superimponere. Oleum vero et quaecunque mollitudinem et olei vim habent medicamenta, hujusmodi ulceribus minime conferunt, nisi jam prorsus ad sanitatem tendant. Neque recentibus ulceribus oleum, neque mollia neque pinguia medicamenta conveniunt, tum vel maxime cum ulcus copiosiore purgatione indigeat. Atque, ut uno verbo dicam, olei litu tum aestate tum hieme ad ea quae hujusmodi medicamenta requirunt, utendum.

In magna ulcerum parte inferiorem alvum purgare convenit, tum etiam in vulneribus capitis et ventris et articulorum, tum in quibus partis corruptela imminet, itemque in his quae suturam postulant et in his quae exedunt et serpunt, tum alias in his ulceribus quae inveteraverunt, et quae deligationem postulant. At neque ubi deligatione uti aut medicamenta ulceri imponere voles, id prius quam ulcus

Ed. Chart. XII. [132.] Foës. I. 872. 873. Ed. Lind. II. (667.)

ἀνασπογγίζειν δὲ τὸ ἕλκος πολλάκις σπόγγῳ, καὶ αὖθις ὀθόνιον ξηρὸν καὶ καθαρὸν προσίσχων πολλάκις. οὕτω δὲ ἐπιθεὶς τὸ φάρμακον τὸ δοκέον ξυμφέρειν, ἐπιδεῖν ἢ μὴ ἐπιδεῖν. ἕλκεσι τοῖσι πλείστοισιν ὥρη ἡ θερμοτέρη ξυμφορωτέρη τοῦ χειμῶνος, πλὴν τοῖσιν ἐν κεφαλῇ καὶ κοιλίῃ. μᾶλλον δὲ ἡ ἰσημε||ρινή. τὰ ἕλκεα ὁκόσα ἂν καθαρθέντα καλῶς τε καὶ ἐς τὸ δέον ἀεὶ ἐπὶ τὸ ξηρότερον ποιῆται τὴν βλάστησιν, ταῦτα δὲ οὐχ ὑπερσαρκέει ὡς ἐπιτοπολύ. ἢν ὁκόθεν οὖν ὀστέον ἀφιστῆται ἢ καυθὲν ἢ πρισθὲν ἢ ἄλλῳ τῷ τρόπῳ, τῶν ἑλκέων τούτων αἱ οὐλαὶ κοιλότεραι γίνονται. ἕλκεα οὐ κεκαθαρμένα οὐκ ἐθέλει ξυνιέναι, ξυναγόμενα, οὐδ' αὐτόματα ξυνέρχεται. ὧν τὰ περιέχοντα φλεγμαίνει τοῦ ἕλκεος, ἔστ' ἂν μὴ παύσηται τῆς φλεγμασίης, οὐκ ἐθέλει ξυνιέναι. οὐδὲ ὧν τὰ περιέχοντα τοῦ ἕλκεος μελανθῇ καὶ αἵματος σηπεδόνι ἢ καὶ κιρσοῦ παρέχοντος τὴν ἐπιῤῥοὴν τοῦ αἵματος.

valde ſiccum reddideris moliaris oportet, tum vero utiliter imponas. Saepius vero ulcus ſpongia abſtergendum, itemque linteum ſiccum et mundum crebro adhibendum, tum demum medicamentum quod utile videatur impoſitum alligandum, aut ſine vinculo relinquendum. Ulceribus plerisque calidum anni tempus magis quam hiems conducit, praeterquam iis quae ſunt in capite et ventre, magis tamen aequinoctium. Ulcera quae neque probe neque ut convenit prius aſſidue repurgata carnem producere incipiunt, ea plurimum carne ſuperexcreſcunt. Quae vero probe et ut decet repurgata ſemper ad ſiccius niſi ſint, contuſa curatione tendunt, iis fere caro non excreſcit. Quaecunque ex parte os aut uſtum, aut ſectum aut quavis alia ratione ſeceſſerit, in hujusmodi ulceribus cicatrices cavae fiunt. Non repurgata ulcera neque ſi inter ſe adducantur, coire ſolent neque ſua ſponte coaleſcunt. Neque item coire ſolent quorum ulcus ambientes partes inflammatione vexantur, quandiu inflammatio perſeverat. Nec ſi quae ulcus ambiunt nigredinem contrahant, aut ſanguine putreſcente, aut etiam varice

οὐδὲ ταῦτα ἐθέλει ξυνιέναι, ἢν μὴ τὰ περιέχοντα τοῦ ἕλκεος ὑγιέα ποιήσῃς.

[133] Τῶν ἑλκέων τὰ κυκλοτερέα, ἢν ὑπόκοιλα ᾖ, ἐν κύκλῳ πάντῃ ἐπιτάμνειν χρὴ, τὰ ἀφεστεῶτα ἢ πάντα ἢ τὰ ἡμίσεα τοῦ κύκλου, κατὰ μῆκος τῆς φύσιος τοῦ ἀνθρώπου. (668) ἐπὶ παντὶ ἕλκει ἐρυσιπέλατος ἐπιγενομένου κάθαρσιν δεῖ ποιέεσθαι τοῦ σώματος, ἐφ' ὁκότερα ἂν ξυμφέρει τῷ ἕλκει, εἴτε ἄνω εἴτε κάτω. ὅτῳ ἂν οἴδημα γένηται παρὰ τὸ ἕλκος, ἀφλεγμάντου ἐόντος τοῦ ἕλκεος χρόνῳ ὕστερον, πύου ὑπόστασιν ἴσχει τὸ οἴδημα, καὶ ὅ τι ἂν τῇ φλεγμασίῃ οἰδῆσαν μὴ καθίστηται τῶν ἄλλων καθισταμένων, ὅσα ἅμα ἤρξατο φλεγμαίνειν καὶ οἰδίσκεσθαι, καὶ τοῦτο κίνδυνος μηδ' ἅμα ξυνιέναι. ὅσα δὲ πιπτόντων ἢ ἄλλῳ τῷ τρόπῳ διακόπτεται καὶ θλᾶται καὶ ἀνοιδίσκεται τὰ περιέχοντα τὸ ἕλκος καὶ διαπυήσαντα πῦον ἀπὸ τῶν οἰδημάτων ἀποχωρέει κατὰ τὸ ἕλκος. τῶν τοιούτων ὅ τι ἂν δοκέῃ δεῖσθαι καταπλάσιος, οὐ χρὴ αὐτὸ τὸ ἕλκος καταπλάσσειν. ἀλλὰ τὰ περιέχοντα, ὅκως τὸ πῦον ἀποχωρέῃ καὶ τὰ σκληρυνόμενα λαπαχθῇ.

sanguinis influxum suppeditante, id genus ulcera coire solent, nisi ulcus circumstantes partes sanas effeceris.

In rotundis ulceribus, si cavitatem nacta sint, quae abscesserunt in orbem undiquaque aut ex toto aut ex dimidio circuli, secundum hominis naturalem longitudinem praecidere oportet. In omni ulcere cui erysipelas accessit, corporis purgationem quamcunque in partem ulceri conducit, sive sursum sive deorsum, instituere oportet. Quoties circa ulcus tumor accesserit, absque ulceris inflammatione, in eo temporis progressu pus subsidet. Quod vero ex inflammatione intumuit, neque aliis quae una inflammari et intumescere coeperunt conquiescentibus conquiescit, hoc etiam ne una non coalescat metus est. Quaecunque ex casu aut alio pacto discinduntur, colliduntur, aut circum ulcus intumescunt, iisque suppurantibus pus ad ulcus se recipit, in his, si quis usus cataplasmatis esse videatur, id non ad ulcus, sed ad ea quae ipsum ambiunt imponendum, ut pus decedat

Ed. Chart. XII. [133.] Foës. I. 873. 874. Ed. Lind. II. (668. 669.)

ἐπειδὰν δὲ λαπαχθῇ καὶ ἡ φλεγμασίη παύσηται, ἔπειτα ἀφεστηκότα σπόγγους ἐπιδέων προσιστάναι, ἀρχόμενος ἀπὸ τοῦ ὑγιέος ὀλίγον προσχωρέων. ἐπὶ δὲ τῷ σπόγγῳ ἄνωθεν φύλλα ἐπέστω συχνά. ὅ τι δ᾽ ἂν μὴ δύνηται προστῆναι, ἡ σὰρξ ὑγρὴ ἐοῦσα αἰτίη ἐστὶ ταύτην ἐκβάλλειν. ἢν ὑπὸ βαθείῃ σαρκὶ τὸ ἕλκος ἔῃ κατ᾽ ἄμφω, κἀκ τῆς ἐπιδέσιος κἀκ τοῦ προσπιέσοντος ὑποκυρσοῦται. τὸ δὴ τοιοῦτον ἄν τις τάμνῃ πρὸς μήλην, ἢν ἐνδέχηται, εὔροον, ἀπὸ τοῦ στόματος τὸ || ἕλκος ἀνατέμνειν, ὅπῃ ἂν δοκέῃ καιρὸς εἶναι, καὶ οὕτως ἰητρείην προσφέρειν, ὁκοίης δ᾽ ἂν δοκέῃ προσδεῖσθαι. ὡς δὲ τὰ (669) πολλὰ ἐπὶ παντὶ ἕλκει ὅ τι ἂν κοιλίην ἔχῃ, πρὸς τὸ ἰθὺ καταφανέα ἰδεῖν, οἰδήματος μὴ προσεόντος. ἢν μὲν εἴη ἐν αὐτῷ σηπεδὼν ἢ ἡ σὰρξ ὑπέῃ μυδῶσα καὶ σαπρὴ, ἔσται τοῦτο τὸ ἕλκος καὶ τὰ περιέχοντα τὸ ἕλκος ἰδεῖν μέλανα ὑποπέλια, καὶ τῶν ἐσθιομένων ἑλκέων, ὅπῃ καὶ ἂν φαγέδαινα ἐνέῃ, ἰσχυρότατά τε νέμεται καὶ ἐσθίει, καὶ ταύτῃ τοῦ ἕλκεος τὸ περιέχον χροιὴν ἕξει μέλαιναν ὑποπέλιον.

et quae indurata ſunt emolliantur. At ubi emollita ſunt et inſlammatio conquievit, demum ſpongiis alligatis ea quae abſceſſerunt affirmato, orſus a parte ſana paulumque progreſſus. Super ſpongiam autem folia multa imponito. Quod ſi quid aſſirmari nequit, cujus cauſa eſt caro humida, eam ejicere oportet. Si ulcus in carne altius inſederit, utraque ex cauſa tum ex deligatione tum ex eo quod praeterea comprimit, in quendam tumorem aſſurgit. Hoc ſane ſi quis ſecare velit ſupra ſpecillum immiſſum, quatenus licet, ut ad effluxum pateat, ab ore ulceris eſt reſecandum, ubicunque videbitur opportunum, ſicque quaecumque neceſſaria videbitur curatio admovenda. Fere autem ulcus omne quod cavitatem habet, in quam recta conſpici poſſit tumore non praeſente, in eo ſi quidem putredo aut caro nimio humore marcida et putris ſubſit, tum ipſum ulcus tum quae juxta ſunt, nigra aut ſublivida conſpicientur. Et inter ulcera exedentia, quacunque in parte phagedaena adfuerit, et valde depaſcitur et abſumit ea quoque in parte, quae ulcus circumſtant, colorem habebunt nigrum ac ſublividum.

[134] *Καταπλάσματα οἰδημάτων καὶ φλεγμασίης τῆς ἐν τοῖς περιέχουσιν. ἡ ἑφθὴ φλόμος καὶ τῆς τριφίλλου τὰ φύλλα ὠμὰ, καὶ τοῦ ἐπιπτέρου τὰ φύλλα ἑφθὰ καὶ τὸ πόλιον. ἢν δὲ καὶ καθαίρεσθαι δέῃ τὸ ἕλκος, πάντα μὲν καὶ ταῦτα καθαίρει, ἀτὰρ καὶ τῆς συκῆς τὰ φύλλα καὶ τῆς ἐλαίης καὶ τὸ πράσιον. ἕψειν δὲ ταῦτα πάντα, μάλιστα δὲ τούτων ἕψειν τὸν ἄγνον καὶ τὴν συκῆν καὶ τὴν ἐλαίην καὶ τῆς σίδης τὰ φύλλα ὡσαύτως ἕψειν. ὠμοῖσι δὲ τοῖσι δεῖ χρέεσθαι. τῆς μαλάχης τὰ φύλλα. τρίβων ξὺν οἴνῳ, καὶ τοῦ πηγάνου τὰ φύλλα, καὶ τῆς ὀριγάνου χλωρῆς. πᾶσι τούτοισι χρὴ τοῦ λίνου τὸν καρπὸν φρύξαντα καὶ κόψαντα ὡς λειότατον μιγνύναι. ὅκου δὲ ἐρυσίπελας κίνδυνος ἐφ' ἕλκεσι γενέσθαι, τῆς ἰσάτιδος τὰ φύλλα τρίβων ὠμὰ καταπλάσσειν σὺν τῷ λίνῳ ἢ τὸ λίνον δεύων στρύχνου χυλῷ ἢ ἰσάτιδος καταπλάσσειν. ὅταν δὲ τὸ ἕλκος καθα||ρὸν μὲν ἔῃ, φλεγμαίνει δὲ τό τε ἕλκος καὶ τὰ περιέχοντα τοῦ ἕλκεος φακὸν ἐν οἴνῳ ἑψήσας καὶ τρίψας λεῖον, ἐλαίῳ ὀλίγῳ φυρήσας καταπλάσας ἐπιδεῖν, καὶ τοῦ κυνοσβάτου ἑψήσας τὰ φύλλα ἐν*

Partibus vero circa positis tumore et inflammatione laborantibus, utiliter cataplasmate imponitur verbascum coctum et trifolii folia cruda ac epipetri folia cocta et polium. Eademque haec omnia si ulcus purgari postulet, purgandi quidem vim habent. Quin etiam et fici folia et oleae et marrubium, quae omnia incoquere oportet. Inter haec autem maxime viticem, ficum, oleam, decoquito. Eodemque modo mali punicae folia incoquenda sunt. Crudis vero uti licet, malvae foliis ex vino tritis, item rutae atque origani viridis foliis. Quibus omnibus lini semen torrefactum ac quam tenuissime tritum immisceto. Ubi vero erysipelatis metus ulceribus imminet, glasti folia trita cruda cum lini semine ex cataplasmate imponito, aut lini semen solani aut glasti succo maceratum in cataplasmate adhibendum. Cum autem ulcus quidem purum fuerit, ipsum vero et ambientes partes inflammatione vexantur, lenticulam ex vino coctam et laevigatam pauco oleo admixto, ex cataplasmate deligato et rubi canini folia ex aqua laevigata cataplasmate imponito,

Ed. Chart. XII. [134.] Foës. I. 875. Ed. Lind. II. (670.)

ὕδατι (670) τρίψας λεῖα καταπλάσσειν. ὀθόνιον ὑπερτείνας λεπτὸν καθαρὸν, οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ τέγξας καὶ ὅταν ξυνάγειν βούλῃ τοῦ κυνοσβάτου τὰ φύλλα, ὥσπερ τὸν φακὸν σκευάζειν, σαυρίδιον, οἶνος καὶ λίνου καρπὸς παραμίγνυται λεπτός· καὶ τόδε ὁ τοῦ λίνου καρπὸς καὶ ἄγνος ὠμὸς καὶ μηλεία στυπτηρίη, ὄξει ταῦτα δευθέντα.

Ὄμφακα λευκὴν ἐς χαλκεῖον θλίψας ἐρυθρὸν δι᾽ ἠθμοῦ πρὸς ἥλιον τιθέναι τὰς ἡμέρας· τὰς δὲ νύκτας αἴρειν, ὅκως μὴ δροσίζηται. ἀνατρίβειν δὲ τῆς ἡμέρης ἀπαύστως, ὡς ὁμαλῶς ξηραίνηται, καὶ ἀπὸ τοῦ χαλκείου ὡς ὅτι πλεῖστον ἀναλαμβάνειν. τιθέναι δὲ ἐς τὸν ἥλιον τοσοῦτον χρόνον, ἔστ᾽ ἂν παχὺ γένηται ὥσπερ μέλι. ἔπειτα ἐς χύτρην χαλκῆν ἐγχέας καὶ μέλι ὡς κάλλιστον καὶ οἶνον γλυκὺν, ἐναφεψήσας πρότερον ῥητίνην τερμινθίνην, ἕψειν δὲ τὴν ῥητίνην ἐν τῷ οἴνῳ, ἕως ἂν σκληρὴ γένηται ὥσπερ μέλι ἑφθόν. ἔπειτα τὴν μὲν ῥητίνην ἐξελεῖν, τὸν δὲ οἶνον ξυγχέαι. ἔστω δὲ πλεῖστος μὲν ὁ χυλὸς τῆς ὄμφακος· δεύτερος δὲ ὁ οἶνος· τρίτον δὲ τὸ μέλι· καὶ σμύρναν τὴν στακτὴν καὶ ἄλλως ὡς βελτίστην τρίψας

ſuperdato linteo tenui, puro, vino et oleo madente. At ubi oras ulceris committere voles, rubi canini folia eo modo quo lenticulam praeparato vel naſturtium, σαυρίδιον dicitur, vinum et lini ſemen contritum commiſcentur. Hoc quoque lini ſemen vitex cruda, et alumen melinum, haec aceto macerato.

Uvam acerbam albam in vas aeneum rubrum per colum transmiſſam interdiu inſolato, noctu deponito, ne rorem ſentiat. Interdiu autem aſſidue terito, ut aequabiliter ſiccefcat et ex aeneo vaſe quam plurimum contrahat. Tantiſper vero ſoli exponatur, dum mellis craſſitudinem adepta ſit. Deinde in ollam aeneam transfundatur, cum melle quam optimo et vino dulci, in quo prius reſina therebinthina incoxerit dum ad inſtar mellis cocti dura evaſerit, qua poſtea exempta vinum aſſunditur. Sit autem ſucci uvae acerbae maxima pars, ſecundo loco vini, tertio mellis. Myrrha quoque ſtacte, vel alioqui quam optima bene trita, ex eodem vino

Ed. Chart. XII. [134. 135.] Foes. I. 875. 876. Ed. Lind. II. (670. 671.)

λείην καὶ δίεσθαι τοῦ οἴνου τοῦ αὐτοῦ παρεγχέοντα κατ᾽ ὀλίγον. ἔπειτα ἕψειν αὐτὴν ἐφ᾽ ἑαυτῆς τὴν σμύρναν ξὺν τῷ οἴνῳ ἀνακινέοντα. ὅταν δὲ δοκέῃ ἤδη καλῶς ἔχειν τὸ πάχος, ξυγχέαι ἐς τὸν χυλὸν τῆς ὄμφακος, καὶ νίτρον ὡς ἄριστον φρύξας, ἡσύχως μιγνύναι ἐς τὸ φάρμακον, καὶ ἄνθος χαλκοῦ ἔλασσον τοῦ νίτρου. ταῦτα δὲ ἐπειδὰν μίξῃς, ἕψειν, μὴ ἔλασσον τριῶν ἡμερέων, ξύλοισι συκίνοισιν ὡς ὀλίγον ὑποκαίοντα [135] ἢ ἄνθραξιν ὡς μὴ φρύγηται, καὶ ἐμ-(671) βαλλόμενα πάντα ἄνυδρα ἔστω καὶ τὰ ἕλκεα μὴ τεγγέσθω, ὅπη ἂν ἐπαλεί||φηται τοῦτο τὸ φάρμακον. χρῆσθαι δὲ τούτῳ τῷ φαρμάκῳ πρὸς πεπαλαιωμένα ἕλκεα καὶ πρὸς τὰ νεότρωτα, καὶ ἐς πόσθιον καὶ ἐς κεφαλῆς ἕλκεα καὶ ὠτός. φάρμακον ἕτερον τῶν αὐτέων ἑλκέων. χολὴ βοὸς ξηρὴ, μέλι ὡς κάλλιστον, οἶνος λευκὸς, ἐναφεψῆσαι δὲ ἐν αὐτῷ λωτοῦ τορνεύματα. λιβανωτὸς, σμύρνη ἴση, κρόκος ἴσος. ἄνθος τε χαλκοῦ, ὁμοίως δὲ ὑγρῶν, οἶνος πλεῖστος, μέλι δεύτερον, ὀλίγιστον ἡ χολή. ἕτερον. οἶνος, μέλι κέδρινον ὀλίγον, τὰ δὲ ξηρὰ ἄνθος χαλκοῦ, σμύρνα, σίδιον αὖον. ἕτερον. ἄνθος χαλ-

sensim affuso diluitur, dein ipsa per se in vino agitando incoquitur. Ubi vero justam crassitudinem nacta esse videatur, in uvae acerbae succum affunditur. Tum nitrum quam optimum torrefactum, paulatim medicamento admiscetur et floris aeris minor quam nitri modus. Quae ubi inter se mixta fuerint, non minus quam per triduum coquantur, lignis ficulneis paulatim succensis vel carbonibus, ne torreantur. Quae immittuntur omnia humoris sint expertia, ulceraque minime madeant, ubi hoc medicamentum illinitur. Eo utitor ad inveterata et recentia ulcera, tum ad cutem quae colis glandem tegit, tum capitis atque auris ulcera. Aliud medicamentum ad eadem ulcera. Fel bubulum aridum, mel quam optimum, vinum album ex quo loti ramenta deferbuerint, thus, myrrha, aequa portione, croci, floris aeris tantundem. Ex liquidis plurima sit vini portio, deinde mellis, fellis paucissima. Aliud. Vinum, mel cedrinum pauca quantitate, ex aridis autem, flos aeris, myrrha, malicorium sic-

Ed. Chart. XII. [135.] Foës. I. 876. Ed. Lind. II. (671. 672.)

κοῦ ὀπτὸν ἡμιμοίριον, σμύρνης δύο ἡμιμοίρια, κρόκου τρεῖς μοῖραι, μέλι ὀλίγον σὺν οἴνῳ ὀπτώμενα. ἕτερον. λιβανωτου μοῖρα, κικίδος μοῖρα, κρόκου τρεῖς. τούτων ἕκαστον ξηρὸν τρῖψαι ὡς λειότατον. ἔπειτα μίξας τρίβειν ἐφ᾽ ἡλίῳ ὡς θερμοτάτῳ, παραχέων χυλὸν ὄμφακος ἕως ἂν ἰξῶδες γένηται, ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας. ἔπειτα ἐν οἴνῳ αὐστηρῷ μέλανι εὐώδεϊ παραχέειν κατ᾽ ὀλίγον δίεσθαι. ἕτερον. ἐν οἴνῳ γλυκέϊ ἕψειν λευκῷ, πρίνου ῥίζας. ἐπειδὰν δὲ δοκέῃ καλῶς ἔχειν, ἀποχέας τοῦ οἴνου δύο μοίρας ποιῆσαι τοῦδε, καὶ ἀμόργης ἐλαίου ὡς ἀνυδροτάτου μοῖραν μίαν. ἔπειτα ἕψειν ἀνακινέων, ὡς μὴ φρυγῇ, μαλθακῷ πυρὶ, ἕως ἂν δοκέῃ τοῦ πάχεος καλῶς ἔχειν. ἕτερον. τὰ μὲν ἄλλα τὰ αὐτὰ, ἀντὶ δὲ τοῦ οἴνου ὄξος ὀξύτατον ἔστω λευκόν. ἐμβάψαι δὲ ἐς αὐτὸ εἰρία ὡς οἰσυπάδεα, κἄπειτα δεύσας τῇ ἀμόργῃ ἕψειν, καὶ ὀπὸν ἐρινεοῦ ξυγχέαι, καὶ στυπτηρίην μηλείην καὶ νίτρον καὶ ἄνθος χαλκοῦ μῖξαι ὀπτὰ (672) *ἀμφότερα. τοῦτο μᾶλλον τοῦ προτέρου καθαίρει τὰ ἕλκεα. ξηραίνει δὲ τὸ πρότερον οὐχ ἧσσον. ἕτερον. τα εἰρία βάψαι ὡς ἐν ὀλιγίστῳ ὕδατι. ἔπειτα οἶνον ξυγχέας μέ-*

cum. Aliud. Floris aeris usti pars dimidia, myrrhae duae partes dimidiae, croci tres partes, mellis exiguum, ex vino incoquuntur. Aliud. Thuris pars una, gallae tantundem, croci triplum. Singula arida quam laevissime trita, deinde mixta ad solem ferventissimum, uvae acerbae succo affuso, dum viscosa evadant, per tres dies teruntur, demum vino austero, nigro, odorato, paulatim instillato macerantur. Aliud. Ilicis radices ex vino dulci, albo, incoquuntur, atque ubi probe habere videbitur, vini transfusi duae partes sumuntur, et amurcae quam siccissimae una. Deinde agitando ut ne urantur, incoquuntur leni igne dum justam crassitudinem habere videantur. Aliud. Reliqua quidem eadem, verum vini loco acetum album acerrimum sumitur, in quod lanae quam maxime succidae intinguntur, tum ammixta amurca et affuso caprifici succo decoquitur, et alumen melinum ac nitrum aerisque flos, utraque usta admiscentur. Hoc priore ulcera magis purgat, siccat tamen illud non minus. Aliud. Lanae paucissima aqua intinguntur, dein vini

Ed. Chart. XII. [135. 136.] Foës. I. 876. 877. Ed. Lind. II. (672.)

ῥος τρίτον, ἕψειν ἕως ἂν καλῶς ἔχῃ τὸ πάχος, ἀπὸ τῶνδε διαπυΐσκεσθαι ἐξέσται τὰ νεότρωτα τάχιστα.

|| Ἄλλο. ὕρον ξηρὸν ἐπιπάσσειν καὶ στέλλειν κράδης ἐν ὀπῷ φλοιὸν χλωρὸν τρίβων ἐν οἴνῳ ἐνστέλλειν καὶ ἄνευ οἴνου αὐτὸν καὶ ξὺν μέλιτι. ἕτερον. ὄξος ἀφεψῶν, λωτοῦ τορνεύματα. ἔστω δὲ λευκὸν τὸ ὄξος. κἄπειτα μῖξαι ἀμόργην ἐλαιέων καὶ ὀῤῥὸν πίσσης ὠμὸν, καὶ ἐπαλείφειν καὶ καταστάζειν καὶ ἐπιδεσμεῖν. ξηρὰ ἀποτρέπει τὰ νεότρωτα διαπυΐσκεσθαι, ἢ ὄξει ἀπονίψας, οἴνῳ ἀποσπογγίσας.

[136] Ἄλλο. τὸν μόλιβον τὸν λεῖον ξὺν τῇ σποδῷ τῇ κυπρίῃ λεανθέντα ἐπιπάσσειν, καὶ τοῦ λωτοῦ τὰ ἰχθυήματα ἐπιπάσσειν, καὶ τὴν λεπίδα τοῦ χαλκοῦ, καὶ τὴν στυπτηρίην καὶ τὴν χαλκίτην μετὰ τοῦ χαλκοῦ, καὶ μόνην καὶ μετὰ τῶν τοῦ λωτοῦ ἰχθυημάτων. καὶ ἄλλως ὅταν δέηται ξηροῖσι τοῖσι τοιούτοισι χρέεσθαι, καὶ τῇ σποδῷ τῇ ἰλλυριώτιδι λείῃ μετὰ τῶν ἰχθυημάτων, καὶ αὐτοῖσι μόνοισιν ἰχθυήμασι, καὶ ἄνθη ἀργύρου μόνη, ὡς λειοτάτη, καὶ τὴν ἀριστολοχίην

tertia pars affunditur, coquuntur dum ad justam crassitudinem pervenerint. Haec recentia vulnera citissime ad suppurationem deducunt. Ista vero maxime ab his suppurationem avertunt.

Aliud. Arum siccum inspergito, et ficulnei rami corticem viridem cum succo ex vino tritum immittito, quem vel sine vino vel per se cum melle immittere licet. Aliud. Ex aceto albo loti ramenta incoquito, deinde amurcam et serum picis crudum immisceto, illinito, instillato et alligato. Haec sicca recentia vulnera suppurare prohibent, aut loco ex aceto abluto aut ex spongia vino madente deterso adhibita.

Aliud. Plumbum tritum cum spodio Cypria laevigatum inspergito, tum loti corticum fragmenta, tum aeris squamam et alumen et Chalcitidem cum aere et solam et cum loti corticum fragmentis. Alioquin si aridis opus sit, his uti licet et spodio Illyrio cum corticum fragmentis laevigato, aut ipsis corticum fragmentis per se. Flos item argenti per se quam tenuissime tritus et aristolochia tum erasa tum bene

ξύων τε καὶ τρίβων λείην ἐπιπάσσειν. ἕτερον ἔναιμον. σμύρνα, λιβανωτὸς, κικὶς, ἰὸς, ἄνθος χαλκοῦ ὀπτὸν, στυπτηρίη Αἰγυπτίη ὀπτὴ, οἰνάνθη, οἰσυπίδες, μολύβδαινα. τούτων ἴσον ἑκάστου ἡ δίεσις σὺν οἴνῳ ὥσπερ τὸ πρότερον, καὶ ἄλλη ἐργασίη κατὰ τὰ αὐτά. ὄξος ὡς ὀξύτατον λευκὸν, μέλι, στυπτηρίην Αἰγυπτίην. νίτρον ὡς ἄριστον, ἡσύχως φρίξας, χολῆς ὀλίγον συνέχει. τοῦτο τὰ ὑπερσαρ(673)κέοντα καθαίρει καὶ κοιλαίνει καὶ οὐ δάκνει. ἄλλο. ποίη ἡ μικρόφυλλος, ᾗ ὄνομα παρθένιον τὸ μικρόφυλλον, ἣ τὰ θύμια τὰ ἀπὸ τοῦ ποσθίου ἀφαιρεῖ, καὶ στυπτηρίη ἡ χαλκῖτις καὶ μηλιάδος ὠμῆς, ἐλατήριον λεπτὸν ξηρὸν προστεῖλαι καὶ τὸ σίδιον λεπτὸν ξηρὸν ὡσαύτως.

|| Πληροῖ δὲ μάλιστα τὰ κοῖλα τὰ καθαρὰ ποίη ἡ λαγώπυρος ὄνομα. ἔστι δὲ πιτύροισιν ὁμοίη, ὅταν αὐαίνηται, μικρὸν τὸ φύλλον, ὥσπερ καὶ τὸ τῆς ἐλαίης, καὶ μακρότερον, καὶ πρασίου τὸ φύλλον σὺν ἐλαίῳ. ἕτερον. ἰσχάδος τὸ εἴσω τὸ πῖαρ τὸ μελιτοειδὲς ὡς ξηροτάτης, ὕδατος δύο μοίρας καὶ λίνου καρπὸν φρίξας μὴ σφόδρα, ὡς λεπτοτάτου μοῖραν

trita inspergitur. Aliud cruentis vulneribus idoneum. Myrrha, thus, galla, aerugo, flos aeris ustus, alumen Aegyptium ustum, oenanthe, lanae sordidae, plumbi recrementum. Singula pari pondere vino diluuntur, ut supra. Alia etiam mixtura ad eadem. Acetum album quam acerrimum, mel, alumen Aegyptium, nitrum quam optimum leviter tostum, fellis exiguum, simul coquito. Hoc super excrescentem carnem detrahit, excavat et morsus est expers. Aliud. Parthenium quod *μικρόφυλλον* dicitur et herba est minuta habens folia, quaeque cutis glandem tegentis thymia aufert. alumen, chalcitis, melini crudi portio, elaterium tenue aridum inspergitur, eodemque modo malicorium tenue aridum.

Cava autem et pura maxime implet herba lagopyrus nomine, sursures ubi inaruit referens parvo instar oleae folio, sed longiore, et marrubii folium cum oleo. Aliud Caricae quam siccissimae pars interior pinguis, mellis instar, aquae partes duae, seminis lini non admodum tosti et tenu-

μίαν. ἄλλο. τῆς ἰσχάδος, καὶ ἄνθος χαλκοῦ ὀλίγον λεπτὸν καὶ συκῆς ὀπόν. τὸ δ᾽ ἐκ τῆς ἰσχάδος χαμαιλέων μέλας, χολὴ βοὸς ξηρὴ, τὰ μὲν ἄλλα τὰ αὐτὰ, τὰ δὲ ξηρά. κάρδαμον λεπτὸν ὠμὸν, ἐρύσιμον, ἑκατέρου ἴσον, τῆς δὲ ἰσχάδος δύο μέρη, λίνου καρποῦ δύο μοίρας, ὀπὸν συκῆς. ὅταν τούτων τινὶ χρέῃ τῶν φαρμάκων σπλῆνας ἄνωθεν ὀξηροὺς ἐπιθεὶς, σπόγγον ἄνωθεν τῶν σπληνῶν ἐπίθες καὶ ἐπίδει καὶ προσπίεσαι ὀλίγῳ μᾶλλον. τὰ δὲ περιέχοντα, ἢν φλεγμαίνῃ, ὅ τι ἂν δοκέῃ ξυμφέρειν περιπλάσσειν.

Ἢν βούλῃ ὑγρῷ χρέεσθαι καὶ τὸ καρικὸν φάρμακον ἐπαλείφειν. ἐπιδεῖν δὲ ὥσπερ τὰ πρότερα γέγραπται, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ἔστι δὲ ἐκ τῶνδε τὸ φάρμακον ποιεύμενον. ἐλλεβόρου μέλανος, σανδαράχης, λεπίδος, [137] μολίβδου πεπλυμένου σὺν πολλῷ θείου ἀῤῥενι(675)κοῦ, κανθαρίδος. τούτῳ ὁποίῳ δοκέῃ συντεθέντι χρῆσθαι. ἡ δὲ δίεσις κεδρίνῳ ἐλαίῳ. ἐπειδὰν δὲ ἅλις ἔχῃ ἐπαλείφοντι ἐκβάλλειν τὸ φάρμακον. ἐπιπλάσσειν ἄρον ἑφθὸν, λεῖον, ἢ τρίβων ξηρὸν τῷ μέλιτι δεύων. καὶ ἢν ξηρῷ χρὴ τῷ καρικῷ. τούτων χρὴ ἀφε-

iſſime triti pars una. Aliud. Caricae et floris aeris triti exiguum, et fici ſuccus. Tum caricae pars interior, chamaeleon niger, fel bubulum aridum, reliqua quidem eadem. Arida vero, naſturtium tenue crudum, irio, par utriusque modus. Caricae partes, duae ſeminis lini tantundem, fici ſuccus. Ubi horum medicamentorum aliquo uti voles, ſplenia aceto imbuta ſuperimponito, ſpongia ſpleniis ſuperpoſita et alligata, ac paulo magis appreſſa. Quod ſi partes ambientes inflammatione laborent, quod conferre videbitur circumlinito.

Si liquido uti lubet, etiam caricum medicamentum illinito, ac velut antea ſcriptum eſt eodem modo adalligato. Ex his autem conficitur medicamentum, veratro nigro, ſandaracha, aeris ſquama, plumbo eloto, cum multo ſulphure, auri pigmento, cantharidibus. His prout videbitur compoſitis utitor, cedria dilutis. Poſtquam vero abunde illitum fuerit, medicamentum ſummoveto aro cocto laevigato inſperſo, aut contrito arido melle ſubacto. Quod ſi carico ſicco opus

Ed. Chart. XII. [137.] Foës. I. 878, 879. Ed. Lind. II. (674.)

στάνειν, τὸ φάρμακον ἐπιπλάσσων. ποιέει δὲ τὸ ξηρὸν ἀπὸ τοῦ ἐλλεβόρου μόνον καὶ τῆς σανδαράχης. ἕτερον ὑγρόν. ποίη, ἧς τὸ φύλλον ὅμοιον ἄρῳ τὴν φύσιν, λευκὸν δέ· χνοῶδες κατὰ κισσοῦ φύλλον τὸ μέγεθος. αὕτη ἡ ποίη σὺν οἴνῳ ἐπιπλάσσεται, ἢ τοῦ πρίνου τὸ περὶ τὸ στέλεχος τρίψας σὺν οἴνῳ ἐπίπλασαι. ἕτερον. ὀμφακοῦ χυλὸς, ὄξος ὡς ὀξύτατον, ἄνθος χαλκοῦ, νίτρον, ὀπὸς ἐρινεοῦ. || ἐς ὄμφακος χυλὸν στυπτηρίην τε ἐμβάλλειν ὡς λειοτάτην καὶ θεῖναι ἐν χαλκῷ ἐρυθρῷ ἐς ἥλιον καὶ ἀνακινέειν, καὶ ἀνελεῖν ὅταν δοκέῃ καλῶς ἔχειν τὸ πάχος.

Ἔναιμα ξηρὰ τάδε· ἐλλέβορος μέλας ὡς λειότατος ἐπιπάσσεται, ἕως ἄν τι τοῦ ὑγροῦ ἐνέῃ καὶ νεμομένου. ἐπίδεσις δὲ ἡ αὐτὴ, ἥπερ ἐπὶ τοῖσιν ἐμπλάστροισιν. ἕτερον ὁμοίως. ἁλὸς χόνδρους ὡς ξηροτάτους ἐς χυτρίδιον χάλκεον ἢ κεραμεοῦν κενεὸν ἐμβάλλειν, ἴσους ὡς μάλιστα τὸ μέγεθος, μὴ ἁδροὺς, καὶ μέλι ὡς κάλλιστον διπλάσιον τῶν ἁλῶν εἰκάσας ἐπιχέαι ἐπὶ τοὺς ἅλας. ἔπειτα ἐπιθεῖναι ἐπὶ τοὺς ἄνθρακας τὸ χυτρίδιον καὶ ἐᾷν ἕως ἂν κατακαυθῇ πᾶν. ἔπειτα ἀνα-

ſit, his remotis medicamentum inſpergendum. Facit quoque ſiccum ex veratro ſolo et ſandaracha. Aliud liquidum. Herba eſt cujus folium ari naturam refert, album tamen, lanuginoſum, folii hederae magnitudinem aequat, ea herba ex vino imponitur aut quod circum ilicis caudicem inhaeret, ex vino tritum illinitur. Aliud. Uvae acerbae ſuccus, acetum quam acerrimum, flos aeris, nitrum, caprifici ſuccus. In uvae acerbae ſuccum alumen optime laevigatum et in vas aeris rubri conjectum ſoli exponito et dimoveto, ac ubi juſtam craſſitudinem nactum fuerit tollito.

Alia arida haec ſunt. Veratrum nigrum quam optime laevigatum inſpergitur, quamdiu humoris aliquid et depaſcentis inerit. Deligatio autem eadem quae emplaſtris adhibetur. Aliud earundem virium. Salis grana quam ſicciſſima, pari prope magnitudine non craſſa, in ollam aeneam vel fictilem novam conjiciuntur, et mel optimum duplum ad ſales conjectura facta, affunditur, tum olla prunis impoſita ſinitur dum totum comburatur. Deinde ſpongia deter-

σπογγίσας τὸ ἕλκος καὶ ἐκκαθήρας ἐπιδῆσαι ὥσπερ τὸ πρότερον, καὶ πιέσαι ὀλίγῳ μᾶλλον. τῇ δ᾽ ὑστεραίῃ, ὅπῃ ἂν μὴ λάβηται τὸ (675) φάρμακον ἐπιπάσας, προσπιέζειν καὶ ἐπιδεῖν. ὅταν δὲ βούλῃ ἀφιστάναι τὸ φάρμακον, ὄξος θερμὸν ἐπιχέειν, ἕως ἂν ἀποστῇ, καὶ αὖθις τὰ αὐτὰ ποιέειν, ἢν δέηται ἀνασπογγίσας. ἄλλο ξηρὸν δάκνον. μίσυος ὡς λειοτάτου ἐπιπάσσειν ἐπὶ τὰ ὑγρὰ καὶ σαπρὰ καὶ ἄνθος λεπτὸν, μὴ παντελῶς λεῖον. ἄλλο ξηρὸν ὁμοίως δάκνον. ἀνασπογγίσας ὡς οἰσυπωδέστατα εἴρια ἐπ᾽ ὀστράκου κατακαῦσαι δαιδίῳ προσίσχων, ἕως ἂν πάντα κατακαύσῃς. τοῦτο λεῖον τρίβων καὶ ἐπιπάττων τὴν αὐτὴν ἐπιδεῖν ἐπίδεσιν. ἕτερον ξηρὸν ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἑλκέων. χαμαιλέων μέλας. στυπτηρίη ἢ τῷ ὀπῷ τῆς συκῆς δεδευμένη. δεύειν δὲ ὀπτὴν καὶ ἄγχουσαν μίσγειν. ἀναγαλλὶς καὶ στυπτηρίη Αἰγυπτίη ὀπτὴ, ἐπίπαστον Ὀρχομένιον ἐπιπάσσειν. πρὸς δὲ τὰς νομὰς στυπτηρίη, ἥ τε Αἰγυπτίη ὀπτὴ καὶ ἡ μηλείη. πρότερον δὲ ἀπονιτρῶσαι ὀπτῷ

ſum ulcus et repurgatum, ut prius devincitur et paulo magis comprimitur. Poſtridie vero qua parte medicamentum non admiſſum eſt, inſpergitur, apprimitur et alligatur. Ubi autem medicamentum amovere voles, acetum calidum dum abſtrahatur affundito, eadem rurſus faciens ac ſi opus eſt ſpongia detergens. Aliud aridum mordens. Miſy optime laevigatum, ad humida et putrida aſpergito et aeris florem tenuem, non prorſus contritum. Aridum aliud eodem modo mordens. Ulcere per ſpongiam deterſo, lanae quam maxime ſordidae in teſta uruntur, taeda admota dum totae exurantur. Hoc medicamentum leviter tritum inſpergitur, eodemque vinculo alligatur. Aridum aliud ad eadem ulcera. Chamaeleo niger, alumen fiſci ſucco ſubactum. Uſtum autem ſubigendum et anchuſa immiſcenda. Vel anagallis et alumen Aegyptium uſtum et Orchomenium pulvillo inſpergitur. Ad ulcera depaſcentia, nomas vocant. Alumen tum Aegyptium tum Melinum uſtum, prius tamen nitro uſto inſpergenda, et ſpongia detergenda. Valet et chalcitis, στυ-

καὶ ἀνασπογγίσαι, καὶ ἡ χαλκῖτις στυπτηρίη ὀπτή. ὀπτᾶν δὲ ἕως ἂν φλογοειδὴς γένηται.

|| Τῶν παλαιῶν ἑλκέων τῶν ἐν τοῖσιν ἀν[138]τικνημίοισι γινομένων. αἱματώδεα δέ τοι γίνεται καὶ μέλανα. μελιλώτου ἄνθος τρίψας μέλιτι φυρῶν, ἐπιπλάστῳ χρῆσθαι. ἐπὶ νεῦρα δὲ διατμηθέντα, ἐπιδεῖν μυῤῥίνης ἀγρίης ῥίζας κόψας καὶ διαττήσας καὶ φυρήσας ἐλαίῳ, καὶ τὴν ποίην τὴν πεντάφυλλον. λευκὴ δέ ἐστι καὶ χλοώδης καὶ ὑψηλοτέρα ἀπὸ τῆς γῆς ἢ τὸ μέλαν πεντάφυλλον. ταύτην τρίψας ἐν ἐλαίῳ ἐπιδεῖν. ἀπολύειν δὲ τριταῖον.

Μαλθακώδεα. τοῖσι δὲ χρὴ τοῖσι φαρμάκοισι χρῆσθαι, ἐν (676) χειμῶνι μᾶλλον ἢ ἐν θέρει. φάρμακα μαλθακώδεα, ἃ πρὸς οὐλὰς καλὰς ποιέει. σκίλλης τὸ εἴσω τὸ μυξῶδες τρίψας ἢ πεύκην σὺν συείῳ στέατι νέῳ, ὀλίγον ἔλαιον καὶ ῥητίνης ὀλίγον καὶ ψιμυθίου, καὶ στέαρ χηνὸς καὶ συὸς νέον καὶ σκίλλαν καὶ ἔλαιον ὀλίγον. κηρὸς ὡς λευκότατος, στέαρ πρόσφατον καθαρὸν, ἢ σκίλλαν καὶ ἔλαιον λευκὸν, ῥητίνης ὀλίγον. κηρὸν, στέαρ συὸς παλαιὸν καὶ νέον καὶ ἔλαιον καὶ

πτηρίη dicta, usta. Urere autem convenit donec flammam concipiat.

At vetusta ulcera quae fiunt in anteriore tibiae parte, sanguine autem manant et nigra evadunt. Sertulae campanae flos tritus, melle subactus illinitur. Ad nervos praecisos. Myrti agrestis radices contusae et cribro transmissae, oleoque subactae ex vinculo adhibendae. Et quinque folium herba quae alba est et lanuginosa, altiusque a terra attollitur quam quinquefolium nigrum, oleo subacta adalligatur et post triduum resolvitur.

Emollientia quibus quidem hieme potius quam aestate uti convenit. Emollientia medicamenta quae etiam decoras cicatrices efficiunt. Scillae partem interiorem mucosam conterito, aut piceam cum suillo adipe recenti, cum pauco oleo et resinae ac cerussae exiguo. Tum adipem anserinum et suillum recentem, et scillae et olei exiguum. Cera quam albissima, adeps recens purgatus. Aut scilla, oleum album,

ἰὸς καὶ σκίλλα καὶ ῥητίνη. ἔστω δὲ δύο μοῖραι τοῦ παλαιοῦ στέατος πρὸς τὸ νέον, τῶν δὲ ἄλλων ὁκόσον δοκέῃ καιρὸς εἶναι. στέαρ συντήξας πρόσφατον ἀποχέας εἰς ἕτερον χυτρίδιον, καὶ τῆς μολυβδαίνης τρίψας ὡς λειότατον διαττήσας, συμμίξας ἑψεῖν καὶ κυκᾷν τὸ πρῶτον. ἑψεῖν δὲ ἕως ἂν ἐπισταχθὲν ἐπὶ γῆς πήγνυται. ἔπειτα καθελὼν ἀποχέαι τὸ ἄλλο, πλὴν τῆς λίθου τῆς ὑποστάσης, καὶ ἐμβάλλειν ῥητίνην καὶ ἀνακινέειν, καὶ κέδρινον ἔλαιον ὀλίγον ξυμμίξας τὸ ἀφῃρημένον. πᾶσι χρὴ τοῖσι μαλθακοῖσιν ὅκου ἂν ῥητίνην ξυμμιγνύῃς, ἐπειδὰν ἀφέλῃς ἀπὸ τοῦ πυρὸς τὸ φάρμακον, ἐς θερμὸν ἔτι ἐὸν καθεὶς τὴν ῥητίνην κυκᾷν. ἕτερον. στέαρ συὸς παλαιὸν καὶ κηρὸς καὶ ἔλαιον. τὰ δὲ ξηρὰ ἰχθυήματα τοῦ λωτοῦ λιβανωτὸς, μολύβδαινα, ἤγουν τοῦ μὲν μοῖρα καὶ τῆσδε μοῖρα καὶ τοῦ ἰχθυήματος μοῖρα. ἔστω δὲ τοῦ παλαιοῦ στέατος δύο μοῖραι, κηροῦ δὲ μία καὶ νέου στέατος μία. ἕτερον. ἢ στέαρ μόνον παλαιὸν ὕειον. σὺν τῷδε, στέαρ αἰγὸς πρόσφατον. ὡς ἥκιστα ξὺν τῷ ὑμένι κατακαθήρας μι-

resinae modicum. Cera, adeps suillus vetus ac recens, oleum, aerugo, scilla et resina. Veteris autem adipis duplo major sit portio quam recentis, reliquorum vero quantum opportunum esse videbitur. Adeps recens liquatus in alteram ollam transfunditur, et plumbagine levissime trita et cribrata immixta coquitur et primum agitatur. Usque eo autem coquendum dum instillatum in terram indurescat, dein igne sublatum reliquum transfunditur, praeter lapideum illud sedimentum, tum resina immittitur et agitatur, paucaque adjecta cedria, quod ablatum fuit permiscetur. At omnibus emollientibus quibus resinam admisces, sublato ab igne medicamento et adhuc calido, resina immiscenda et agitanda. Aliud. Adeps suillus vetus, cera et oleum, arida vero loti ramenta, thus, plumbago, ut sit thuris pars una, plumbaginis et loti ramentorum tantundem, adipis autem veteris partes duae, cerae una, adipis recentis tantundem. Aliud, aut adeps suillus solus, cum eo adeps caprinus recens, qui repurgatus quam minimum membranarum ha-

κρά, τρίψας ἢ κατακόψας λεῖα, ἔλαιον παραχέειν (677) καὶ παραπάσσειν τὸν μόλιβδον, ξὺν τῇ σποδῷ καὶ λωτοῦ ἰχθυημάτων τὸ ἥμισυ. ἕτερον. στέαρ αἰγὸς, σποδὸς, χαλκῖτις, κυανέη, ἔλαιον.

|| Περὶ πυρικαύστου. ἑψεῖν χρὴ πρίνου ῥίζας ἁπαλὰς, ὧν εἰ ὁ φλοιός ἐστι παχύτατος καὶ χλωρότατος, καταταμὼν μικρὰ, οἶνον λευκὸν ἐπιχέας, μαλθακῷ πυρὶ καθεψεῖν, ἕως ἂν δοκέῃ καλῶς ἔχειν τὸ πάχος, ὡς ὑπάλειπτρον καὶ ἐν ὕδατι τὸν αὐτὸν τρόπον. ἕτερον μὴ δάκνον. ὑὸς στέαρ μόνον παλαιὸν ὑπαλείφειν, τήξας αὐτὸ ἄνωθεν διὰ τῆς σκίλλης, τὴν ῥίζαν διαιρῶν καὶ προστιθεὶς καταδεῖν. τῇ δὲ ἑξῆς ἐπαιονᾷν τήξας, στέαρ τε ὑὸς παλαιὸν καὶ κηρὸν καὶ ἔλαιον συμμίξας καὶ λιβανωτὸν [139] καὶ λωτοῦ ἰχθυήματα καὶ μίλτον τούτῳ ὑπαλείψας. ἄρου φύλλα ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ ἑψήσας, προστιθεὶς καταδεῖν. ἕτερον. ἐπειδὰν τῷ συείῳ στέατι ὑπαλείψῃς τῷ παλαιῷ, καταλείφειν ἀσφοδέλου ῥίζας ἐν οἴνῳ τρίψας καὶ λειώσας. ἕτερον. τήξας στέαρ συὸς παλαιὸν, συμμίξας ῥητίνῃ καὶ ἀσφάλτῳ καὶ αὐτὸ ἐπαλείψας ἐς ὀθόνιον,

beat. Quibus parum tritis et bene contusis oleum affunditur, et plumbum cum spodio inspergitur, itemque loti ramentorum pars dimidia. Aliud. Adeps caprinus, spodium, chalcitis, cyaneus lapis, oleum.

De eo quod igne ambustum est. Ilicis radices tenellae incoquendae. Harum cortex maxime crassus et viridis in tenues partes concisus, vino albo affuso lento igne decoquitur, dum idoneam crassitudinem habuerit, ut illini possit. Potest et ex aqua eodem modo coqui. Aliud minime mordens. Suillus adeps vetustus per se illitus, et supra liquatus per scillae radicem discissam impositam et alligatam. Postridie locus foveatur, adipe suillo vetere liquato, cera et oleo admixto, thure, loti ramentis et rubrica. Hoc illinitur. Ari folia vino et oleo incocta imposita adalligantur. Aliud. Post litum ex adipe suillo vetusto, asphodeli radices ex vino tritae et laevigatae illinuntur. Aliud. Adeps suillus vetustus liquatus resinae et bitumini admiscetur. Et linteolum

Ed. Chart. XII. [139.] Foës. I. 881. Ed. Lind. II. (677. 678.)

θερμήνας πρὸς πῦρ, ἐπιθεὶς ἐπιδεῖν. ὅταν ἐν τῷ νώτῳ ὑπὸ πληγέων ἢ ἄλλως ἕλκος γένηται, τῇ σκίλλῃ διέφθῳ τρίψας καὶ ἐπ' ὀθόνιον ἀλείψας ἐπιδεῖν. ὕστερον δὲ στέαρ αἰγὸς καὶ συὸς νέον καὶ σποδὸν, καὶ ἔλαιον καὶ λιβανωτὸν ἐπαλείφειν.

Οἰδήματα ἐν τοῖσι ποσὶ γινόμενα, αὐτόματα καὶ μὴ αὐτόματα, οὐδὲν ὑπὸ τῶν καταπλασμάτων καθιστάμενα, τά τε οἰδήματα καὶ ἡ φλεγμασίη, καὶ ἢν σπόγγους ἐπιδέῃ τις ἢ εἴρια ἤ τι ἄλλο (678) ἐπὶ τὸ ὑγιὲς, ἔπειτα ἀνοιδίσκηται αὐτόματον καὶ ἀναφλεγμαίνῃ, κατὰ φλέβας ἐπίῤῥους αἴτιόν ἐστιν αἵματος, ᾧτινι μὴ φλάσμα αἴτιόν ἐστι καὶ ἤν που ἄλλοθι τοῦ σώματος τοιοῦτόν τι γίνηται, ὁ αὐτὸς λόγος. ἀλλὰ τοῦ αἵματος χρὴ ἀφιέναι, μάλιστα μὲν κατὰ φλέβας τὰς ἐπιῤῥεούσας, ἢν καταφανέες ἔωσιν· ἢν δὲ μὴ, κατακρούειν τὰ οἰδήματα βαθύτερα καὶ πυκνότερα, καὶ ἄλλο πᾶν ὅ τι ἂν κατακρούῃς, οὕτω χρὴ ποιέειν, καὶ ὡς ὀξυτάτοισι σιδηρίοισι καὶ λεπτοτάτοισι, καὶ ὅταν ἀφαιρῇς τὸ αἷμα τῇ

illitum, igne calefactum admovetur ac deligatur. Quum in dorso ex plagis aut alia ex causa ulcus subortum fuerit, scilla cocta, contrita et ex linteolo illita adalligatur. Postea vero adeps caprinus et suillus recens, spodium, oleum et thus superlinuntur.

Pedum tumores sponte et non sponte provenientes, ubi neque ipsi tumores neque inflammatio, ex cataplasmatis usu subsidunt, tum si spongiis aut lanis adhibitis, aut alio quopiam ad sanam partem alligato, postea sua sponte intumescant et inflammationem concipiant, in his sanguinis per venas influxus in causa est, si cui collisio non sit. Eademque ratio est si tale quid quavis alia corporis parte accidit. Verum sanguinem mittere oportet, praecipue ex venis quidem per quas fit influxus, si modo conspicuae sint, alioqui tumores altioribus et crebrioribus vulnusculis pertundendi. Id quod in eo quodcunque scalpello pertundis eodem modo fieri debet, idque ferramentis quam acutissimis ac tenuissimis praestari. Ubi sanguinem detrahis, specillum non ad-

μήλη, μὴ κάρτα πιέζειν, ὡς μὴ φλάσις προσγίνηται. ὄξει δὲ καταντίζειν καὶ θρόμβον αἵματος ἐν τοῖσι χάσμοισι μὴ ἐᾷν ἐγκαταλείπεσθαι, καταχρίσας τῷ ἐναίμῳ φαρμάκῳ εἴρια οἰσυποῦντα, κατεξασμένα, μαλθακὰ ἐπιδῆσαι, ῥήνας οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ. καὶ ἐχέτω τὸ σχασθὲν ὅκως ἀνόῤῥους εἴη τοῦ αἵματος καὶ μὴ κατόῤῥους, καὶ μὴ τεγγέτω ὅλως, καὶ ὀλιγοσιτεέτω, καὶ πινέτω ὕδωρ. ἢν δὲ ἀπολύων εὑρίσκῃς τὰ σχάσματα φλεγμαίνοντα, καταπλάσσειν τῷ ἐκ τοῦ ἅγνου καὶ λίνου καρποῦ καταπλάσματι. ἢν δὲ ἑλκωθῇ τὰ σχάσματα καὶ συῤῥαγῇ, πρόσχημα ὁρέων, ἔπειτα προσφέρων ὃ ἂν δέῃ τὰ λοιπὰ ἰητρεύειν.

|| Ὅκου δὲ κιρσὸς ἔνεστιν ἐπ᾽ ἀντικνημίου ἢ περιφανὴς ἢ κατὰ τῆς σαρκὸς καὶ ἔστι μέλαν τὸ ἀντικνήμιον καὶ δοκέῃ δεῖσθαι αἵματος ἀπ᾽ αὐτοῦ ἀποῤῥυέντος, οὐ χρὴ τὰ τοιαῦτα κατακρούειν οὐδαμῶς, ὡς γὰρ ἐπιτοπολὺ ἕλκεα μεγάλα γίνεται ἐκ τῶν σχασμάτων διὰ τοῦ κιρσοῦ τὴν ἐπιῤῥοήν. ἀλλὰ χρὴ αὐτὸν τὸν κιρσὸν ἀποκειτέειν ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, ὅπῃ ἂν δοκέῃ καιρὸς εἶναι.

modum apprimito, ne collisio accedat. Aceto autem perfundito, neque sanguinis grumum in cutis hiatibus remanere permittito, illitoque medicamento cruentis vulneribus accommodato, lanas sordidas, bene carptas, molles, vino atque oleo respersas alligato. Locus scalpro pertusus eo sit habitu ut sanguis sursum refluat, non deorsum defluat, neque ullo modo madefiat, inediamque toleret aeger et aquam bibat. Quod si vinculo resoluto cutis incisuras vexatas inflammatione deprehendas, cataplasma ex viticis ac lini semine inducendum. Sin vero ulcerentur ac simul committantur, pro occasione ut res postulat caetera curanda.

At ubi varix anteriorem tibiae partem occupat, aut conspicuus est, aut carne tegitur, nigricatque anterior tibiae pars et sanguinis detractationem expetere videatur, ista scalpello nullo modo pertundi debent. Plerumque enim ex incisuris ob influxum ex varice magna ulcera fiunt. Verum varix ipse multis locis, prout opportunum videbitur, compungendus est.

Ed. Chart. XII. [139. 140.] Foës. I. 882. 883. Ed. Lind. II. (67.)

Ὅταν δὲ (679) φλέβα τάμῃς, ἐπειδὰν τοῦ αἵματος ἀφῇς καὶ λύσῃς τὴν ταινίην καὶ μὴ ἵστηται, τὰ ἀντία ὅκως ἂν ὁ ῥοῦς γίνηται καὶ αἵματος ἐχέτω, ἤν τε χεὶρ ἤν τε σκέλος ᾖ, ὡσεὶ χρέοντος τοῦ αἵματος ὀπίσω, καὶ οὕτως ὑπομείνας χρόνον πλείω ἢ ἐλάσσω [140] κατακείμενος. ἔπειτα ἐπιδῆσαι αὐτὸν οὕτως ἔχοντα, μὴ ἐνεόντος τινὸς θρόμβου ἐν τῇ τομῇ. ἔπειτα σπληνίον διπλόον προσθεὶς, τέγξας οἴνῳ καὶ ἄνωθεν εἴριον ἐλαιώσας καθαρόν. κἢν γὰρ ἐπίῤῥυσις τοῦ αἵματος ἔῃ βιαίη, σχέσις γίνεται ἐπιῤῥέοντος. κἢν θρόμβου ἐπὶ τῇ τομῇ γινομένου οὕτω φλεγμήνῃ, διαπυΐσκεται. ἠριστηκότα δὲ χρὴ πλέον ἢ ἔλαττον καὶ πεπωκότα φλεβοτομέειν καὶ ὑποτεθερμασμένον καὶ ἡμέρης θερμοτέρης ἢ ψυχροτέρης.

Σικύην δὲ προσβάλλοντα χρὴ, ἢν ἐπιῤῥέῃ τὸ αἷμα ἀφῃρημένης τῆς σικύης, κἢν πολὺ ῥέῃ ἢ ἰχὼρ ῥέῃ αὐτοῖσι ταχέως πρὶν ἢ πλησθῇ, αὖθις προσβάλλων ἐπεξέλκειν τὸ λειπόμενον. ἢν δὲ μὴ, θρόμβοι ἐνεχόμενοι ἐν || τοῖσι σχάσμασιν, ἔπειτα ἀναφλεγμήναντα ἕλκεα γίνεται ἐξ αὐτῶν. ὄξει δὲ

Vena secta ubi sanguinem detraxeris, vinculumque solveris, neque sanguis sistitur, contrariam in partem ut sanguinis fluxus fiat, seu brachium seu crus collocetur velut retracto sanguine, eoque statu plus minusve temporis decumbens perseveret, deinde ita jacens deligetur; dum ne quis sanguinis grumus in sectione relictus sit. Tum demum splenium duplex vino madens, ac super lana munda oleo imbuta apponatur. Fluentis namque sanguinis quamvis vehemens eruptio sistitur. Ac si sanguinis grumus in sectione concrescens sic inflammatur, in pus verti solet. Liberalius autem aut parcius pranso et poto vena secanda et leviter concalefacto calidiore potius die quam frigidiore.

Ubi sanguis influit admota cucurbitula, si ea ablata is copiose aut serosus humor effluit, ea cito prius quam impleatur locis scalpro exasperatis affigenda est, et quod restat insuper extrahendum. Alioqui sanguinis grumi in ipsis cutis incisuris inhaerent, indeque postea ulceribus inflammatio

Ed. Chart. XII. 140—142.] Foëſ. I. 883. Ed. Lind. II. (679. 680.)

χρὴ πάντα τὰ τοιαῦτα κατανίζειν καὶ ὕστερον μὴ τέγγειν, μηδὲ κατακέεσθαι ἐπὶ τὰ σχάσματα. τῶν δὲ ἐναίμων τινὶ φαρμάκων καταχρῖσαι τὰ σχάσματα, καὶ ὅταν κάτωθεν τοῦ γόνατος δέῃ προσβάλλων ἢ πρὸς τὸ γόνυ ἑστηκότι ὀρθῷ, ἢν δύνηται ἑστάναι.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΣΥΡΙΓΓΩΝ.

[141] (680) Σύριγγες γίνονται μὲν ὑπὸ φλασμάτων καὶ φυμάτων, γίνονται δὲ καὶ ὑπὸ ἐρεσίης καὶ ἱππασίης, ὅταν ἀθροισθῇ ἐν τῷ γλουτῷ αἷμα πλησίον τῆς ἕδρης. σηπόμενον γὰρ νέμεται εἰς τὰ μαλθακὰ, ἅτε ὑγροῦ ἐόντος τοῦ τε ἀρχοῦ καὶ τῆς σαρκὸς μαλθακῆς ἐν ᾗ νέμεται, ἔστ᾽ ἂν τὸ φῦμα ῥήξῃ καὶ κάτω ἐς τὸν ἀρχὸν διασήψῃ. ἐπὴν δὲ τοῦτο γένηται, συριγγοῦται καὶ ἰχωρέει καὶ κόπρος ῥεῖ δι᾽ ἑωυτῆς, καὶ φῦσα, καὶ βδελυγμίη πολλή. ὑπὸ μὲν οὖν τῶν φλασμάτων γίνεται, ὁκόταν τι τῶν περὶ τὸν ἀρχὸν χωρίων φλασθῇ ὑπὸ πληγῆς ἢ ὑπὸ [142] πτώματος ἢ ὑπὸ τρώματος ἢ ἱππασίης

contingit. Ejusmodi autem omnia aceto elui debent, neque poſtea madefieri, cavendumque aegro eſt ne in loca ſcalpro pertuſa decumbat. Ea autem aliquo ex medicamentis cruentis vulneribus accommodato illinenda ſunt. Quod ſi vel infra genu, vel ad genu admovenda cucurbitula eſt, id homine erecto et ſtanti, ſi ſtare poteſt procurandum.

HIPPOCRATIS LIBER DE FISTVLIS.

Fiſtulae partim quidem ex colliſis, partim ex tuberculis fiunt. Oriuntur etiam vel ex remigatione vel equitatione, collecto in natibus juxta ſedem ſanguine. Putreſcens enim quae mollia ſunt depaſcitur, cum nimirum anus humidus ſit et caro mollis in qua pabulatur, dum tuberculum rumpatur, infraque ad rectum inteſtinum computreſcat. Quod cum fit, in fiſtulam abit, ſanie manat, indeque ſtercus et flatus teterque foetor copioſe effluit. Ex colliſione autem naſcitur fiſtula, ubi ex ictu aut caſu vel vulnere, vel equitatione aut remigatione aut aliis hujusmodi rebus, pars aliqua circa re-

ἢ ἐρεσίης ἢ ὅσα τοιουτότροπά ἐστι. ξυνίσταται γὰρ αἷμα, σηπόμενον δὲ ἐκπυΐσκεται, ὑπὸ καὶ τοῦ ἐκπυϊσκομένου πάσχει ἅπερ ἐπὶ τῶν φυμάτων εἴρηται.

Πρῶτον μὲν οὖν ὅταν τι τοιοῦτον αἴσθῃ φυόμενον φῦμα, τάμνειν ὡς τάχιστα ὠμὸν πρὶν ἢ διαπυῆσαι ἐς τὸν ἀρχόν. ἢν δὲ νοσέοντα ἤδη τὴν σύριγγα παραλάβῃς, λαβὼν σκορόδου φύσιγγα νεαρὴν ἀνακλίνας τὸν ἄνθρωπον ὕπτιον, τὰ || σκέλεα διαγαγὼν τὸ μὲν ἔνθα, τὸ δὲ ἔνθα, τὴν φύσιγγα καθιέναι ἔστ' ἂν προσκόψῃ, μετρῆσαί τε τὸ βάθος τῆς σύριγγος τῇ φύσιγγι, καὶ σεσέλεος (681) δὲ ῥίζαν κόψας ὡς λεπτοτάτην, ὕδωρ ἐπιχέας βρέχειν τέσσαρας ἡμέρας, καὶ προνηστεύσας πινέτω μέλιτι παραμίσγων τὸ ὕδωρ, κατὰ τρεῖς κυάθους. ἐν τούτῳ κάθαιρε καὶ τὰς ἀσκαρίδας. ὁκόσοι δ' ἂν καταλειφθῶσιν ἀθεράπευτοι θνήσκουσιν.

Ἔπειτα ὀθόνιον βύσσινον τιθυμάλλου ὀποῦ τοῦ μεγάλου δεύσας, καταπάσσων ἄνθος χαλκοῦ ὀπτὸν τετριμμένον. στροβίλην ποιήσας ἴσην τῇ σύριγγι τὸ μῆκος. ῥάμμα διεὶς δι' ἄκρας τῆς στροβίλης, καὶ αὖθις διὰ τῆς φύσιγγος ὕπτιον

ctum inteſtinum colliditur. Collectus enim ſanguis et putreſcens ſuppurat, et ex ſuppuratione quae de tuberculis dicta ſunt, contingunt.

Ante omnia igitur cum ejusmodi tuberculum ſuboriri ſenſeris, antequam ad rectum inteſtinum ſuppuratio perveniat, crudum quam celerrime ſecare oportet. Quod ſi jam factam fiſtulam in manus ſumpſeris, homine ſupino reclinato cruribus huc atque illuc reductis, ſumptum allii recentem caulem, dum ad aliquid offendat, immittere oportet, eoque fiſtulae altitudinem metiri. Tum ſeſelis radice quam tenuiſſime contrita quatuor diebus aqua affuſa macerata, admixto melle aquam ad tres cyathos jejuno propinato, eoque tempore tenues lumbricos aſcaridas dictos purgato. Qui vero ſine curatione relinquuntur, pereunt.

Poſt haec byſſinum linteum magni tithymalli ſucco imbutum, uſto aeris flore et trito aſperſum, in collyrii formam fiſtulae longitudini aequalem intorque, filo per extremum linamentum rurſusque per ſummum caulem trajecto, homi-

κατακλίνας τὸν ἄνθρωπον, κατοπτῆρι κατιδὼν τὸ διαβεβρωμένον τοῦ ἀρχοῦ, ταύτῃ τὴν φύσιγγα διεῖναι, καὶ ὁκόταν παρακύψῃ ἐς τὸν ἀρχὸν, ἐπιλαμβανόμενος ἕλκειν, ἄχρις οὗ ἡ στροβίλη διωσθῇ καὶ ἰσωθῇ τῷ τε ἄνω καὶ τῷ κάτω. ἐπὴν δὲ ἐσωσθῇ, βάλανον ἐνθεὶς κερατίνην ἐς τὸν ἀρχὸν, γῇ διαχρίσας σμηκτρίδι τὸν ἀρχὸν ἐᾷν. ἐπὴν δὲ ἀποπατέῃ, ἐξαιρέειν καὶ αὖθις προστιθέναι, ἕως ἂν πεμπταίη γένηται. ἕκτῃ δὲ ἡμέρῃ ἐξαιρέειν, ἕλκων τὴν στροβίλην ἔξω τῆς σαρκὸς, καὶ τρῖψαι στυπτηρίην μετὰ ταῦτα, καὶ πλήσας τὴν βάλανον καὶ ἐς τὸν ἀρχὸν ἐμβαλὼν, ἐᾷν ἄχρις οὗ ἡ στυπτηρίη ὑγρὴ γένηται. τὸν δὲ ἀρχὸν σμύρνῃ ἀλείφειν, ἄχρις οὗ ἂν δοκέῃ ξυμπεφωνηκέναι.

|| *Ἑτέρη θεραπείη. ὠμόλινον λαβὼν ὡς λεπτότατον, συμβάλλειν ὅσον σπιθαμιαῖον πεντάπλουν καὶ ξυμπεριλαβεῖν ἱππείην τρίχα. ἔπειτα ποιησάμενος μήλην κασσιτερίνην ἐπ' ἄκρου τετρημένην, ἐνείρας ἐς τὴν μήλην τὴν ἀρχὴν τοῦ ὠμολίνου συμβεβλημένου, καθιέναι τὴν μήλην ἐς τὴν σύριγγα καὶ ἅμα τῆς ἀριστερῆς χειρὸς τὸν δάκτυλον τὸν λιχανὸν* (682)

neque fupino reclinato, ubi adhibito inftrumento ad fedem diducendam idoneo, quod *κατοπτὴρ* dicitur, in ano quid perrofum fit confpexeris, eo allii caulem demittito atque ubi in anum demiffus fuerit, praehenfum trahito donec linamentum impulfum fuperiori ac inferiori parti adaequatum fuerit. Quo intro impulfo, glandem corneam in anum inditam podice creta cimolia illito, ibi finito, cumque defidendi cupiditas adfuerit, eximito, rurfusque immittito in quintum diem usque. Sexto vero eximito, foras linamento e carne educto, pofteaque glandem alumine trito impletam in anum immiffam, ibi dum alumen liquefcat finito. Podicem vero, quoad convenire videatur, myrrha illinito.

Alia curatio. Linum crudum quam tenuiffimum quincuplex palmi longitudine in unum complicatum feta equina circumvolvitur, tum ftanneum fpecillum extrema parte perforatum, ita comparatum ut in id lini complicati caput inferatur, in fiftulam demittitur fimulque finiftrae manus index in fedem injicitur. Atque ubi fpecillum digitum con-

καθιέναι ἐς τὴν ἕδρην. ἐπὴν δὲ ψαύσῃ ἡ μήλη τοῦ δακτύλου, ἄγειν ἔξω τῷ δακτύλῳ, ἀποκάμψας τῆς μήλης τὸ ἄκρον καὶ τὴν ἀρχὴν τὴν ἐν τῇ μήλῃ, καὶ [143] τὴν μὲν μήλην πάλιν ἐξαιρέειν, τοῦ δὲ ὠμολίνου τὰς ἀρχὰς ἀφάψαι δὶς ἢ τρὶς, καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ ὠμολίνου ἐπιστρέψας ἐπιδῆσαι πρὸς τὸ ἅμμα. ἔπειτα κελεύειν ἀπελθόντα διαπρήσσεσθαι τὰ ἑωυτοῦ. ἄλλη θεραπεία. ὁκόσον δὴ σηπομένης τῆς σύριγγος χαλᾶται τοῦ ὠμολίνου, τοῦτο ἐπιτείνειν καὶ ἐπιστρέφειν ἀεὶ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέρην. ἢν δέ σοι τὸ ὠμόλινον διασαπῇ πρόσθεν ἢ τὴν σύριγγα διαβρωθῆναι, πρὸς τὴν τρίχα προσάψας ἕτερον ὠμόλινον διεῖναι καὶ ἀφάψαι. ἡ γὰρ θρὶξ διὰ τοῦτο παραβάλλεται τῷ ὠμολίνῳ, ὅτι ἄσηπτός ἐστιν. ἐπὴν δὲ διασαπῇ ἡ σύριγξ, τάμνεσθαι χρὴ σπόγγον μαλακὸν ὡς λεπτότατον προστεθέντα. ἔπειτα ἐς μὲν τὴν σύριγγα ἄνθος χαλκοῦ ὀπτὸν συχνὸν τῇ μήλῃ ἐνθεῖναι, τὸν δὲ σπόγγον ἀλεῖψαι μέλιτι, καὶ ὑποβαλὼν μέσῳ τῷ λιχανῷ δακτύλῳ τῆς ἀριστερῆς χειρὸς, ὦσαι πρόσω, καὶ προσθεὶς ἕτερον σπόγγον ἀναδῆσαι τὸν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ καὶ ἐπὶ τῇσιν αἱμορ-

tigerit, id extrema parte inflexum, unaque lini caput quod per specillum trajectum est, digito educitur et specillum quidem iterum extrahitur. Lini vero capita bis terve connectuntur, et quod dependet ex lino intortum in nodum alligatur. Postea aeger ad suas res obeundas dimittitur. Reliqua curatio. At eatenus linum singulis diebus intendere ac intorquere semper oportet, quatenus putrescente fistula laxatur. Quod si tibi ante quam fistula exedatur linum crudum computrescere videatur, alterum item ad setam alligatum trajiciendum et connectendum. Eo namque nomine seta lino crudo adjicitur, quod minime putrescat. At postquam fistula computruit, spongiam mollem quam tenuissime incisam apponere convenit, tum copiosum aeris usti florem per specillum quidem in fistulam injicere. Spongiam vero melle illitam, inditam medio sinistrae manus indice introtrudere, additaque altera spongia eam deligationem quae fit cum ora venarum sanguinem fundere sunt solita, appo-

ῥοῖσιν. τῇ δὲ αὔριον ἀπολύσας περιθεῖναι ὕδατι θερμῷ, καὶ σπόγγῳ τῷ δακτύλῳ τῆς ἀριστερῆς χειρὸς πειρᾷν διακαθαίρειν τὴν σύριγγα, καὶ αὖθις πάλιν τὸ ἄνθος ἐπιδῆσαι. ταῦτα ποιέειν ἑπτὰ ἡμέρας. ἐν ταύτῃσι γὰρ μάλιστα ὁ χιτὼν τῆς σύριγγος σήπεται. τὸ δὲ λοιπὸν ἔστ᾽ ἂν ὑγιανθῇ τουτέῳ ἐπιδεῖν. κατὰ γὰρ τοῦτον τὸν τρόπον ὑπὸ τοῦ σπόγγου διαναγκαζομένη καὶ ἀναπτυσσομένη ἡ σύριγξ οὔτε πάλιν ξυμπέσοι ἂν οὔτε τὸ μὲν αὐτῆς ὑγιανθείη ἄν, τὸ δὲ πάλιν ξυμπληρω(683)θείη. ἀλλ᾽ ἐν ἑωυτῇ πᾶσα ὑγιὴς ἔσται. ἐν τῇ θεραπείῃ δὲ προσαιονᾷν ὕδατι πολλῷ θερμῷ καὶ λιμοκτονέειν.

|| *Ἢν δὲ μὴ διαβεβρώκῃ ἡ σύριγξ, προμηλώσας μήλῃ, τέμνε ἕως ἂν διέλθῃ καὶ ἐπίπασσε ἄνθος χαλκοῦ, καὶ ἐᾷν ἐπὶ πέντε ἡμέρας. κατάχεε δὲ ὕδωρ θερμὸν, καὶ ἐπάνω ὕδατι φυρῶν, ἄλφιτον κατάπασσε καὶ φύλλα τεύτλων ἐπίδει. ἐπὴν δὲ ἐκπέσῃ τὸ ἄνθος τοῦ χαλκοῦ καὶ καθαρὸν ᾖ τὸ ἕλκος τῆς σύριγγος, ἰῶ ὥσπερ τὴν ἔμπροσθεν. ἢν δὲ ἐν χωρίῳ ᾖ, ὃ μὴ οἷόν τε, βαθείη δὲ καὶ ἡ σύριγξ, ἄνθει χαλκοῦ καὶ*

nere. Qua postridie soluta, fistula aqua calida perluenda tentandumque ut per spongiam sinistrae manus digito perpurgetur, rursusque injecto aeris flore vinculum alligandum, idemque septem diebus faciendum. Intra hos enim fere dies fistulae tunica consumitur. In reliquo dum sanescat hic deligationis modus asservandus. Hac enim ratione fistula per spongiam coacta et expansa neque rursus committetur neque hac quidem sui parte curabitur, hac vero rursus implebitur, sed ipsa universa sanescet. In hac vero curatione copiosa calida persundere juvat et inediam imperare.

Quod si fistula minime exesa fuerit, demisso ante specillo ferro quo adpenetrarit aperienda et aeris flore respergenda et per dies quinque sinenda. Tum aqua calida affundenda, et farina aqua subacta super imponenda, foliaque betae alliganda. Atque ubi aeris flos deciderit purumque fistulae ulcus fuerit, eadem quae prius curatio adhibenda. Sin locus ferramentum ferre non potest, alteque penetret fistula, flore aeris, myrrha et nitro ex urina di-

Ed.Chart. XII. [143. 144.] Foës. I. 886. 887. Ed.Lind. II. (683 684)
σμύρνη καὶ λίτρῳ οὔρῳ διεὶς, κλύζειν καὶ ἐς τὸ στόμα τῆς σύριγγος μολύβδιον ἐντιθέναι, ὅπως μὴ ξυμφύηται· κλύζειν δὲ πτεροῦ σύριγγα προσδήσας πρὸς κύστιν, καὶ καθεὶς ἐς τὴν σύριγγα πρὸς τοῦτο διάγειν κλύζων. ὑγιὴς δὲ οὐ γίνεται, ἢν μὴ τμηθῇ.

|| Ἢν ὁ ἀρχὸς φλεγμήνῃ καὶ ὀδύνη ἔχῃ καὶ πυρετὸς καὶ ἐς ἄφοδον θαμινὰ καθίζῃ καὶ μηδὲν ὑποχωρέῃ καὶ ὑπὸ τοῦ φλέγματος δοκέῃ ἐξιέναι ἡ ἕδρη καὶ ἐνίοτε στραγγουρίη ἐπιλαμβάνῃ, τοῦτο τὸ νόσημα γίνεται, ὅταν φλέγμα [144] ἐς τὸν ἀρχὸν καταστηρίξῃ ἐκ τοῦ σώματος. ξυμφέρει δὲ τὰ θερμά. δύναται γὰρ τάδε προσφερόμενα λεπτύνειν καὶ ἐκτήκειν τὸ φλέγμα καὶ ἅμα τῷ δριμεῖ τὸ ἁλμυρὸν *ἐξυδατοῦν, ὥστε μὴ εἶναι τὸ καῦμα, μηδὲ δῆξίν τινα ἐν τῷ ἐντέρῳ. θεραπεύειν οὖν χρὴ ὧδε. καθίζειν ἐς ὕδωρ θερμὸν, καὶ τρίψαντα τοῦ κόκκου τοῦ Κνιδίου ἑξήκοντα κόκκους, διεῖναι ἐν οἴνου κοτύλῃ καὶ ἐλαίου ἡμικοτυλίῳ χλιήνας κλύσον. ἄγει δὲ ταῦτα φλέγ(684)μα καὶ κόπρον. ὅταν δὲ μὴ ἐν τῷ

lutis colluitur et in fistulae osculum plumbeum aliquid immittitur, ut ne coalescat. Abluere autem fistulam convenit per pennam vesicae alligatam et in fistulam demissam, ut per hanc infusum transmittatur. Verum non nisi sectione sanescit.

Si vero rectum intestinum inflammatione tentetur, dolor ac febris teneat crebraque sit desidendi cupiditas, nihil tamen dejiciat, prae inflammatione videatur sedes procidere, interdumque urinae stillicidium prehendat, quod morbi genus oritur, cum pituita ex corpore in rectum intestinum incubuerit. Conferunt autem calida, quae certe pituitam extenuare et eliquare valent, simulque quod acre est et salsum in humorem solvere, ita ut neque aestus neque morsus aliquis in intestino sentiatur. Haec igitur est curatio. Aegro in aqua calida desidere jusso, grani Cnidii sexaginta grana trita, vini hemina diluuntur adjectaque olei dimidia hemina, tepido alvus subluitur. Haec pituitam et stercus educunt. Ubi vero in aqua non desidet,

ὕδατι καθίζει, ὠὰ ἑψήσας ἐν οἴνῳ μέλανι εὐώδει, προστιθέναι πρὸς τὴν ἕδρην. ὑποπετάσας τι κάτωθεν θερμὸν, ἢ κύστιν ὕδατος θερμοῦ πλήσας, ἢ λίνου σπέρμα πεφωσμένον ἀλέσας, τρίψας καὶ μίξας ἶσον ἄλητον ἐν οἴνῳ μέλανι καὶ εὐώδει καὶ ἐλαίῳ, καταπλάσσειν ὡς θερμοτάτῳ, ἢ κριθὰς μίξας ἢ στυπτηρίην Αἰγυπτίην τετριμμένην. ἔπειτα πλάσαι βάλανον μακρὴν, καὶ χλιαίνων πρὸς πυρὸς καταπλάσσειν τε καὶ πυριῆν, καὶ τοῖσι δακτύλοισι προσπλάσσειν. ἔπειτα ἀκροχλίηρον ποιέων ἐντιθέναι ἐς τὴν ἕδρην. τὰ ἔξωθεν δὲ κηρωτῇ περιαλεῖψαι, καὶ καταπλάσσειν σκορόδοισιν ἑφθοῖσιν, ἐν οἴνῳ μέλανι κεκρημένῳ. ἐπὴν δὲ ἐξαιρέῃς, ἐς ὕδωρ θερμὸν ἐφίζειν, καὶ συμμίξας χυλὸν στρύχνου καὶ χηνὸς καὶ ὑὸς στέαρ καὶ χρυσοκόλλαν καὶ ῥητίνην καὶ κηρὸν λευκὸν, ἔπειτα διατήξας ἐν τῷ αὐτῷ καὶ ξυμμίξας, τούτοισιν ἐγχρίειν, καὶ ἕως ἂν φλεγμαίνῃ καταπλάσσειν τοῖσι σκορόδοισι θερμοῖσι. καὶ ἢν μὲν πρὸς ταῦτα ἀπαλλάσσηται τῆς ὀδύνης, ἀρκείτω· ἢν δὲ μὴ, πῖσαι τὸ μηκώνιον τὸ λευκόν· ἢν δὲ μὴ,

ova vino nigro odorato incocta, ad ſedem admoventur, inferne ſubſtrato calido aliquo, vel veſica aqua calida referta aut lini ſemine toſto, trito et in tenuiſſimum pulverem redacto cum pari farinae modo, vino nigro odorato et oleo ſubacto, ex cataplasmate quam calidiſſime impoſito. Aut ex hordeo alumini Aegyptio contrito mixto, glans oblonga conficitur, eoque ex igne tepido cataplasmate aut fotu adhibito, digitis glans effingitur, deinde omnino tepida in ſedem immittitur. Exterioribus partibus ceratum oblinitur et allia vino nigro diluto incocta, ex cataplasmate admoventur. Hoc vero ſublato, aeger in aqua calida deſidere permittatur, admixtoque ſolani ſucco, anſerino adipe et ſuillo, chryſocolla, reſina et cera alba, his deinde ſimul liquatis et inter ſe mixtis illinitur, et quoad inflammatio perſeveraverit, cataplasma ex alliis coctis admovetur. Ac ſi quidem his remediis dolor cedat, ſatis eſt praeſidii. Sin minus, meconium album potui exhibeatur,

ἄλλο ὅ τι φλέγμα καθαίρει. διαιτᾷν δὲ, ἕως ἂν φλεγμήνῃ, τροφήμασι κούφοισιν.

|| Ἡ δὲ στραγγουρίη ἐπιπίπτει ἐκ τῶνδε. θερμαινομένη ἡ κύστις ἐκ τοῦ ἀρχοῦ, προσάγεται τῇ θερμότητι φλέγμα· ὑπὸ δὲ τοῦ φλέγματος στραγγουρίη γίνεται. ἢν μὲν οὖν ἅμα τῇ νούσῳ παύηται. φιλέει γὰρ ὡς τὰ πολλὰ οὕτως γίνεσθαι. ἢν δὲ μὴ, δίδου τῶν φαρμάκων τῶν στραγγουρικῶν.

Ἢν δὲ ὁ ἀρχὸς ἐκπίπτῃ, ἀνώσας σπόγγῳ μαλθακῷ, καὶ κατα(685)χρίσας κογχλίῃ τῶν χειρῶν δήσας, ἐκκρέμασον ὀλίγον χρόνον καὶ εἴσεισιν. ἢν δὲ μεῖζον ἐκπέσῃ καὶ μένῃ ἔνδον, διαζώσας ἐν τῇσι λαγόσι καὶ ὑφεὶς ὄπισθεν ταινίῃ, ὤσας ἔσω τὸν ἀρχὸν, προσθεῖναι σπόγγον μαλθακὸν βρέξας ὕδατι θερμῷ, ἐνεψήσας λωτοῦ πρίσματα. καταχέαι δὲ καὶ κατὰ τοῦ ἀρχοῦ ἀπ᾽ αὐτοῦ τοῦ ὕδατος, τὸν δὲ σπόγγον ἐκπιέσαι. ἔπειτα ὑποτείνας τὴν ταινίην διὰ μέσων τῶν σκελέων ἀναδῆσαι περὶ τὸν ὀμφαλόν. ὅταν δὲ θέλῃ ἀφοδεύειν, ἐπὶ σανίσιν ὡς στενοτάτοισιν ἀφοδευέτω. ἢν δὲ παιδίον ᾖ, ἐπὶ γυναικὸς τῶν ποδῶν πρὸς τὰ γούνατα προσκλιθείς. ὅταν δὲ ἀφοδεύῃ,

aut aliud quodpiam quod pituitam purget, dumque inflammatio manet levibus ſorbitiunculis utatur.

At urinae ſtillicidium ex his ſuccedit, cum veſica a recto inteſtino incaleſcente calore pituita adducitur, urinae vero ſtillicidium ex pituita gignitur. Hoc igitur una cum morbo plerumque finitur, alioqui medicamenta quae ad urinae ſtillicidium faciunt exhibentur.

Si vero anus procidat ſpongia molli ſurſum impellendus et cochlea illinendus, manibus devinctis homo pauco temporis intervallo ſuſpenditur et intus reponitur. Quod ſi amplius prolabatur, neque intus maneat ilibus praecinctis et ſubmiſſa retro faſcia, ano intro propulſo, ſpongia mollis aqua calida, in qua loti ſcobes incoxerit, madefacta admovetur, ſpongiaque expreſſa eadem aqua anus perſunditur, tum faſcia inter media crura ſubjecta, ad umbilicum religatur. Ubi vero dejiciendae alvi cupiditas fuerit, id ſuper quam maxime anguſtos aſſeres fiat. Sin puer ſit, intra mulieris pedes, ad genua reclinatus deſidat. Cumque

Ed.Chart.XII.[144. 145.] Foës. I. 888. 889. Ed. Lind. II. 685. 686.)

τὰ σκέλεα ἐκτεινάτω. οὕτω γὰρ ἂν ἥκιστα [145] ἐκπίπτοι ἡ ἕδρη. ἢν δὲ ὑγραίνηται ὁ ἀρχὸς καὶ ἰχὼρ ἀποῤῥέῃ, περινίψαι τρυγὶ κεκαυμένῃ καὶ ὕδατι ἀπὸ μυρσίνης, καὶ ἀδίαντον ξηρήνας καὶ κόψας διασήσας κατάπασσε. ἢν δὲ αἱμοῤῥοῇ, περινίψας τοῖσι αὐτοῖσι χαλκῖτιν καὶ πρίσμα κυπαρίσσου ἢ κέδρου ἢ πίτυος ἢ τερμίνθου τρίψας, συμμίξας τῇ χαλκίτιδι ἶσον καταπλάσσειν. τὰ ἔξωθεν δὲ κηρωτῇ παχείῃ περιαλείφειν.

|| Ὁκόταν ἀρχὸς ἐκπίπτῃ καὶ μὴ θέλῃ κατὰ χώρην μένειν, σίλφιον ὅτι ἄριστον καὶ πυκνότατον ξύσας λεπτὸν καταπλάσσειν, καὶ τοῦ πταρμικοῦ φαρμάκου πρὸς τὴν ῥῖνα προστιθέναι καὶ παροξύνειν τὸν ἄνθρωπον ἢ ὕδατι θερμῷ περιπλύνας σίδια, καὶ στυπτηρίην τρίψας ἐν οἴνῳ λευκῷ, καταχέαι τοῦ ἀρχοῦ. ἔπειτα ῥάκεα ἐμβαλεῖν καὶ τοὺς μηροὺς ξυνδῆσαι ἡμέρας τρεῖς, καὶ νηστευέτω. οἶνον δὲ πινέτω γλυ-(686)κύν. ἢν δὲ μηδὲ οὕτω διαχωρέῃ, μίλτον μίξας ὁμοῦ μέλιτι διαχριέτω.

alvus dejicitur, crura distenta habeat. Hoc enim pacto sedes minimum prolabitur. At si anus humore madeat et sanie diffluat, aqua ex myrrho et faece vini usta eluitur et adiantum tritum cribratum inspergitur. Si sanguis profluat, ubi iisdem elutus fuerit, chalcitis et cupressi vel cedri vel pini vel terebinthi scobes trita, pari ad chalcitidem portione ammixta inspergitur. Exteriores partes cerato crasso oblinuntur.

Cum rectum intestinum prolabitur neque suo loco contineri potest, laserpitium quam optimum et densissimum tenuiter derasum ex cataplasmate imponitur et medicamento quod sternutamentum moveat ad nares admoto homo commovetur, aut aqua calida, in qua mali punici putamina maduerint, et alumine ex vino albo contrito anus perfunditur. Deinde injectis panniculis femora tribus diebus inter se vinciuntur et inedia imperatur, vinum vero dulce potui exhibetur. Quod si ne sic quidem procedit, minium melle permixtum illinitur.

Ed. Chart. XII. [145.] Foës. I. 889. 890. Ed. Lind. II. (686.)

Ἀρχὸς ἢν ἐκπίπτῃ καὶ αἱμοῤῥοῇ. ἄρου ῥίζης περιελὼν τὸν φλοιὸν ἑψεῖν ἐν ὕδατι, ἔπειτα τρίβειν ἄλητον ξυμμίσγων καὶ καταπλάσσειν θερμόν. ἄλλο. τῆς ἀμπέλου τῆς ἀγρίης, ἣν ἔνιοι καλοῦσι ψιλώθριον, τουτέης τὰς ῥίζας τὰς ἁπαλωτάτας περιξέσαντα ἑψῆσαι ἐν οἴνῳ μέλανι ἀκρήτῳ αὐστηρῷ. ἔπειτα τρίψαντα καταπλάσσειν χλιηρόν. || ξυμμίσγειν δὲ καὶ ἄλευρα, καὶ φυρῆν ἐν οἴνῳ λευκῷ καὶ ἐλαίῳ χλιηρῶς. ἄλλο. κωνείου καρπὸν τρίβοντα παραστάζειν οἶνον λευκὸν εὐώδεα. ἔπειτα καταπλάσσειν χλιηρόν.

Ἢν δὲ φλεγμαίνῃ, κισσοῦ ῥίζαν ἑψήσας ἐν ὕδατι τρίψας λεῖον, ἄλευρον ξυμμίσγων ὡς κάλλιστον ἐν οἴνῳ λευκῷ φυρήσας καταπλάσσειν, καὶ ἄλειφα πρὸς τούτοις ξυμμίξας. ἄλλο. μανδραγόρου ῥίζαν μάλιστα μὲν χλωρήν· εἰ δὲ μή, ξηρήν. τὴν μὲν οὖν χλωρὴν ἀποπλύναντα καὶ ταμόντα ἑψῆσαι ἐν οἴνῳ κεκρημένῳ καὶ καταπλάσσειν· τὴν δέ γε ξηρὴν τρίψαντα καταπλάσσειν ὁμοίως. ἄλλο. σικύου πέπονος τὸ ἔνδον τρίψας λεῖον καταπλάσσειν.

Anus si procidat et sanguine manet, ari radicis detractus cortex aqua incoquitur, deinde tritus cum farina mixtus, calidus ex cataplasmate imponitur. Aliud. Vitis agrestis, quam nonnulli psilothrion vocant, radices tenerrimae concisae, vino nigro austero meraco incoquuntur, dein contusae ex cataplasmate tepidae imponuntur. Immiscetur autem farina ex vino albo atque oleo tepido subacta. Aliud. Cicutae semen vino albo odorato affuso tritum, dein tepidum ex cataplasmate imponitur.

Quod si inflammatione vexetur, hederae radix bene contrita ex aqua cocta farina optima ex vino albo subacta admixta, adjectoque ad haec oleo ex cataplasmate imponitur. Aliud. Mandragorae radix praecipue quidem viridis, vel certe arida: viridis igitur elota et concisa, vino diluto incoquitur et ex cataplasmate adhibetur, arida vero trita similiter admovetur. Aliud. Cucumeris maturi interiora trita ex cataplasmate imponuntur.

Ed. Chart. XII. [146.] Foës. I. 890. Ed. Lind. II. (686. 687.)

[146] Ἢν δὲ γένηται ὀδύνη καὶ μὴ φλεγμαίνῃ, λίτρον ὀπτήσας ἐρυθρὸν καὶ τρίψας λεῖον καὶ στυπτηρίην καὶ ἅλας φώξας καὶ τρίψας λείους συμμῖξαι ἶσον ἑκάστου. εἶτα πίσσῃ συμμίξας ὡς βελτίστῃ ἐς ῥάκος ἐναλείψας ἐντιθέναι καὶ καταδεῖν. ἄλλο. καππάριος φύλλα χλωρὰ τρίψας ἐς μάρσίπιον ἐμβαλὼν προσκαταδεῖν, καὶ ἐπὴν καίειν δοκέῃ, ἀφαιρέειν, καὶ αὖθις προστιθέναι. ἢν δὲ μὴ ᾖ φύλλα καππάριος, τὸν (687) φλοιὸν τῆς ῥίζης κόψας, φυρήσας ἐν οἴνῳ μέλανι τὸν αὐτὸν τρόπον καταδεῖν. τοῦτο καὶ πρὸς σπληνῶν ὀδύνην ἀγαθόν. τούτων τῶν καταπλασμάτων τὰ μὲν ψύχοντα κωλύει ῥεῖν, τὰ δὲ μαλθάσσοντα καὶ θερμαίνοντα διαχεῖν, τὰ δὲ εἰς ἑωυτὰ ἕλκοντα ξηραίνειν καὶ ἰσχναίνειν. τοῦτο δὲ τὸ νούσημα γίνεται, ὅταν χολὴ καὶ φλέγμα ἐς τοὺς τόπους καταστηρίξῃ. ἀρχοῦ δὲ φλεγμήναντος διαχρίειν τῷ φαρμάκῳ, ὅπῃ ἡ ῥητίνη καὶ τὸ ἔλαιον καὶ ὁ κηρὸς καὶ ἡ μολύβδαινα καὶ τὸ στέαρ ὡς θερμότατον διεῤῥήθησαν καταπλάττεσθαι.

At ſi dolor ſit citra inflammationem, nitrum rubrum uſtum et bene tritum alumen et ſales torrefacti et diligenter triti, pari utraque miſcentur pondere, deinde pice quam optima ammixta, linteo illita imponuntur et alligantur. Aliud. Capparis folia viridia in ſacculum conjecta adalligantur et ubi urere videbuntur, ſummoventur ac rurſus apponuntur. Quod ſi folia capparis non adſuerint, radicis cortex contuſus, vino nigro ſubactus, eodem pacto alligatur, quod etiam ad ſplenis dolorem valet. Ex his cataplasmatis quae refrigerant influxum prohibere valent, quae molliunt et caleſaciunt digerere, quae ad ſe attrahunt ſiccare et extenuare. Oritur autem hic morbus, ubi bilis et pituita ad ea loca decubuerit. Ad rectum inteſtinum inflammatione tentatum illinitur medicamento quod reſinam, oleum, ceram, plumbi recrementum et adipem accipit. Haec calida liquata cataplasmate imponuntur.

Ed. Chart. XII. [147. 148.] Foës. I. 891. Ed. Lind. II. (347.)

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΑΙΜΟΡΡΟΙΔΩΝ.

[147] (347) Αἱμοῤῥοΐδων τὸ μὲν νόσημα ὧδε γίνεται. ἢν χολὴ ἢ φλέγμα ἐς τὰς φλέβας τὰς ἐν τῷ ἀρχῷ καταστηρίξῃ, θερμαίνει τὸ αἷμα τὸ ἐν τοῖσι φλεβίοισι. θερμαινόμενα δὲ τὰ φλέβια ἐπισπᾶται ἐκ τῶν ἔγγιστα φλεβίων τὸ αἷμα, καὶ πληρεύμενα ἐξοιδέει τὸ ἐντὸς τοῦ ἀρχοῦ καὶ ὑπερίσχουσιν αἱ κεφαλαὶ τῶν φλεβίων, καὶ ἅμα μὲν ὑπὸ τῆς κόπρου ἐξιούσης φλώμεναι, ἅμα δὲ ὑπὸ τοῦ αἵματος ἀθροιζομένου βιαζόμεναι, ἐξακοντίζουσιν αἷμα. μάλιστα μὲν ξὺν τῷ ἀποπάτῳ, ἐνίοτε δὲ χωρὶς ἀποπάτου. [148] θεραπεύειν δὲ δεῖ ὧδε.

Πρῶτον μὲν ὑπαρχέτω εἰδέναι ἐν οἵῳ χωρίῳ γίνονται. ἀρχὸν γὰρ καὶ τάμνων καὶ ἀποτάμνων καὶ ἀναῤῥάπτων καὶ δέων καὶ ἀποσήπων, ταῦτα γὰρ δοκέει δεινότατα εἶναι, οὐδὲν ἂν σίνοιο. παρασκευάσασθαι δὲ κελεύω ἑπτὰ ἢ ὀκτὰ σιδήρια, σπιθαμιαῖα τὸ μέγεθος, πάχος δὲ ὡσεὶ μήλης παχείης. ἐξ ἄκρου δὲ κατακάμψαι, καὶ ἐπὶ τῷ ἄκρῳ πλατὺ

HIPPOCRATIS DE HAEMORRHOIDIBVS LIBER.

Ora venarum hoc modo ſanguinem fundere ſolent. Bilis aut pituita ad venas quae in ano ſunt decumbens, ſanguinem qui in his eſt calefacit. Incaleſcentes autem venae ſanguinem ex proximis venis attrahunt eoque impletae, recti inteſtini partem interiorem in tumorem attollunt et venarum capitula conſpicua ſunt, quae dum partim a ſtercore exeunte contunduntur, partim a ſanguine coacervato perrumpuntur, ſanguinem eiaculantur, idque maxime cum ſtercore, interdum vero ſine eo. Curantur autem hoc modo.

Inprimis certe noſſe oportet, quo in loco coutingant. Nam et anum incidendo, reſecando, conſuendo aut vinciendo aut putrefaciendo, etiamſi graviſſima eſſe iſta videantur, nullam inſeres noxam. Ferramenta ſeptem octove parari jubeo, quae magnitudine palmum et craſſum ſpecillum craſſitudine aequent, extrema parte recurva, et in ſummo ad oboli parvi formam lata. Poſt ex-

ἔστω, ὡς ἐπὶ ὀβολοῦ μικροῦ. προκαθήρας δὴ φαρμάκῳ τῇ πρότερον, αὐτῇ δὲ ᾗ ἂν ἐπιχειρέῃς καῦσαι, ἀνακλίνας τὸν ἄνθρωπον ὕπτιον καὶ προσκεφάλαιον ὑπὸ τὴν ὀσφῦν ὑποθεὶς, ἐξαναγκάζειν ὡς μάλιστα τοῖσι δακτύλοισι τὴν ἕδρην ἔξω. ποιέειν δὲ καὶ διαφανέα τὰ (348) σιδήρια καὶ καίειν ἕως ἂν ἀποξηραίνῃς, καὶ ὅκως μὴ ὑπαλείψῃς. καίειν δὲ καὶ μηδεμίην ἐᾶσαι ἄκαυστον τῶν αἱμοῤῥοΐδων, ἀλλὰ πάσας ἀποκαύσεις. γνώσει δὲ οὐ χαλεπῶς τὰς αἱμοῤῥοΐδας. ὑπερέχουσι γὰρ ἐς τὸ ἐντὸς τοῦ ἀρχοῦ, οἷον ῥᾶγες πελιδναὶ, καὶ ἅμα ἐξαναγκαζομένου τοῦ ἀρχοῦ ἐξακοντίζουσιν αἷμα. κατεχόντων δ᾽ αὐτῶν ὅταν || καίηται, τῆς κεφαλῆς καὶ τὰς χεῖρας, ὡς μὴ κινέηται, βοάτω καιόμενος. ὁ γὰρ ἀρχὸς μᾶλλον ἐξίσχει. ἐπὴν δὲ καύσῃς, φακοὺς καὶ ὀρόβους ἑψήσας ἐν ὕδατι τρίψας λείους, κατάπασσε πέντε ἢ ἓξ ἡμέρας. τῇ δὲ ἑβδόμῃ σπόγγον μαλθακὸν τάμνειν ὡς λεπτότατον. πλάτος δὲ εἶναι τοῦ σπόγγου ὅσον ἓξ δακτύλων πάντῃ. ἔπειτα ἐπιθεῖναι ἐπὶ τὸν σπόγγον ὀθόνιον ἶσον τῷ σπόγγῳ λεπτὸν καὶ λεῖον, ἀλείψας μέλιτι. ἔπειτα ὑποβαλὼν τῷ δακτύλῳ τῷ

hibitum pridie medicamentum purgans, eodem quo ad ustionem aggredieris die homo supinus reclinatur pulvinoque lumbis supposito sedes digitis quam maxime foras educitur, tum candentibus admotis ferramentis utuntur, quoad resiccentur ita ut ne contingas. Urere vero ita oportet ut earum venarum quae sanguinem fundunt nulla inusta relinquatur, sed omnes adurantur. Has nullo negotio deprehendes, quod interiore ani parte conspicuae sint, velut acini uvae lividae simulque cum foras anus cogitur, sanguinem ejaculantur. Inter urendum autem a quibusdam caput et manus detineantur ne moveatur, sed clamet qui inuritur. Hoc enim pacto anus magis prominet. Peracta ustione lentes et ervum tenuissime trita et ex aqua decocta quinque aut sex diebus imponuntur. Septimo die spongia mollis quam tenuissime inciditur. Spongia autem omni ex parte sex digitorum latitudinem aequet. Tum linteum quod spongiae magnitudinem non excedat, tenue et leve, melle illitum superimponitur, dein subdito sini-

Ed.Chart. XII. [148. 149.] Foës. I. 892. 893. Ed. Lind. II. (348. 349.)

λιχανῷ τῆς ἀριστερῆς χειρὸς, μέσον τὸν σπόγγον ὦσαι κάτω τῆς ἕδρης ὡς προσωτάτω. ἔπειτα ἐπὶ τὸν σπόγγον προσθεῖναι εἰρίον, ὡς ἂν ἐν τῇ ἕδρῃ ἀτρεμίζῃ. διαζώσας δὲ ἐν τῇσι λαγόσι καὶ ὑφεὶς ταινίην, ἐκ τοῦ ὄπισθεν ἀναλαβὼν ἐκ τῶν σκελέων τὸν ἐπίδεσμον, ἀναδῆσαι ἐς τὸ διάζωσμα παρὰ τὸν ὀμφαλόν. τὸ δὲ φάρμακον ὃ εἶπον ἐπιδεῖτο πυκνὴν τὴν σάρκα ποιέειν καὶ ἰσχυρὴν φῦναι. ταῦτα δὲ δεῖ ἐπιδεῖν μὴ ἔλασσον ἡμερῶν εἴκοσι. ῥοφέειν δὲ ἅπαξ τῆς ἡμέρης ἄλευρον ἢ κέγχρον ἢ τὸ ἀπὸ τῶν πιτύρων, καὶ πίνειν ὕδωρ. ἢν δὲ ἐς ἄφοδον ἵζηται, ὕδατι θερμῷ διανίζειν. λούεσθαι δὲ διὰ τρίτης ἡμέρης.

(349) Ἑτέρα θεραπείη. ἐκβαλὼν τὴν ἕδρην ὡς μάλιστα αἰονᾷν ὕδατι θερμῷ, ἔπειτα ἀποτάμνειν τῶν αἱμοῤῥοΐδων τὰ ἄκρα. φάρμακον δὲ προσκατασκευασθῆναι πρὸς τὴν τομὴν τόδε. οὐρήσας || ἐς χαλκεῖον ἐπίπασσον ἐπὶ τὸ οὖρον χαλκοῦ ἄνθος ὀπτοῦ καὶ τετριμμένου [149] λείου, ἔπειτα διεὶς καὶ κινήσας τὸ χαλκεῖον, ξήρανον ἐν τῷ ἡλίῳ. ὅταν δὲ

ſtrae manus indice, media ſpongia intro per inferiora quam penitiſſime in ſedem propellitur, demum ſupra ſpongiam lana apponitur, ut in ſede immota permaneat. Cingulo vero per ilia ducto faſcia ſubmittitur, exceptumque a poſteriore parte per crura vinculum ad cingulum juxta umbilicum religatur. Tum medicamentum, quod dixi carnem denſam facere ac validam producere, alligatur. Quae non minore quam viginti dierum ſpatio devincire oportet. Sorbitio autem ſemel die ex farina aut milio aut furfuribus et potui aqua exhibenda. Ubi ad dejiciendam alvum deſidet, calida proluitur. Tertio quoque die balneum adhibeatur.

Alia curatio. Foras educta quam maxime ſedes, calida perfunditur, tum venarum ſanguinem fundentium extrema praeciduntur. Hoc vero medicamentum antea praeparatum ad ſectionem habere oportet. Urina in vas aeneum immiſſa, flos aeris uſtus optime laevigatus inſpergitur, tum vaſe agitato maceratur et in ſole ſiccatur. Sic-

ξηρὸν γένηται, συνξύσας τρῖψον λεῖον, καὶ προστίθει τῷ δακτύλῳ, καὶ σπληνία ἐλαιώσας προστίθει, καὶ σπόγγον ἐπάνω ἐπίδει.

Ἕτερος τρόπος. προσφύεται πρὸς τῇ αἱματίτιδι τῇ κονδυλώδει οἷον συκαμίνου καρπὸς, καὶ εἰ μὲν ἔξω σφόδρα ᾖ ἡ κονδύλωσις, περιπέφυκεν αὐτῇ καλυπτὴρ ὁ τῆς σαρκός. καθίσας οὖν τὸν ἄνθρωπον ὀκλὰξ ἐπὶ ὅλμων δύο σκόπει. εὑρήσεις γὰρ πεφυσημένα τὰ μεσηγὺ τῶν γλουτῶν παρὰ τὴν ἕδρην. τὸ δὲ αἷμα ἐκχωρέειν ἔνδοθεν. ἢν γοῦν ἐνδίδοι ὑπὸ τῷ καλυπτῆρι, ἢ τὸ κονδύλωμα τῷ δακτύλῳ ἀφελεῖν. οὐδὲν γὰρ χαλεπώτερον ἤπερ προβάτου δειρομένου τὸν δάκτυλον μεταξὺ τοῦ δέρματος καὶ τῆς σαρκὸς περαίνειν. καὶ ταῦτα διαλεγόμενος ἅμα λάνθανε ποιέων. ἐπὴν δὲ ἀφέλῃς τὸ κονδύλωμα, ἀνάγκη ῥέεσθαι δρόμους αἵματος ἀπὸ πάσης τῆς ἀφαιρέσιος. τάχα χρὴ ἀποπλῦναι οἴνῳ αὐστηρῷ κηκίδας ἐναποβρέξας, καὶ ἥ τε αἱματῖτις οἰχήσεται σὺν τῷ κονδυλώ-

catum eraditur, teritur et laevigatur, ano admovetur, ſplenia oleo madida apponuntur ſpongiaque ſuperimpoſita deligatur.

Alter curationis modus. Venae ſanguinem fundenti et tuberoſam quandam eminentiam habenti, veluti mori fructus adnaſcitur, et ſi quidem tuberoſa eminentia foras valde prominet, ei circumcirca operculum carnoſum adhaereſcit. Homine igitur in genua ſuper duos lapides teretes inclinato, anum inſpice. Invenies namque loca inter nates medias circa ſedem tumefacta, ſanguinemque ex interioribus partibus procedere. Si ergo tuberoſa eminentia ſub tegumento mollis ſit digito ea auferenda eſt. Neque enim majore negotio id fiet, quam ſi dum pellis ovi detrahitur, digitum inter pellem et carnem medium immittas. Idque inter loquendum ſimulque non advertente aegro faciendum. Sublatum tuberculum ſanguinis curſus omni ex parte ablata neceſſario conſequitur. Vino auſtero, in quo gallae maceratae fuerint, cito locus perluendus eſt venaque ſanguinem fundens una cum tuberculo recedet, et

Ed. Chart. XII. [149.] Foëf. I. 893. Ed. Lind. II. (349. 350.)
ματι, καὶ τὸ κάλυμμα καταστήσεται καὶ ὅσῳ ἂν παλαιότερον ᾖ, ῥηϊδίως ἔσται ἡ ἴησις.

Ἢν δὲ ἀνώτερος ᾖ ἡ κονδύλωσις, τῷ κατοπτῆρι σκέπτε-(350)σθαι καὶ μὴ ἐξαπατᾶσθαι ὑπὸ τοῦ κατοπτῆρος. διηγούμενος γὰρ ὁμαλύνει τὴν κονδύλωσιν. ξυναγόμενος δὲ πάλιν δείκνυσιν ὀρθῶς. ἀφαιρέειν δὲ χρὴ ἐλλεβόρῳ μέλανι ὑπαλείφοντα τὸν δάκτυλον. ἔπειτα τριταίῳ οἴνῳ κλύζειν αὐστηρῷ. τὸ δὲ αἷμα ὅταν ἀφέλῃς, τὴν κονδύλωσιν ὅτι οὐ ῥέει μὴ θαυμάζειν. οὐδὲ γὰρ ἢν ἐν τοῖσιν ἄρθροισι διατάμῃς τὰς χεῖρας ἢ τὰ σκέλεα, οὐ ῥεύσεται αἷμα. ἢν δ' ἄνωθεν ἢ κάτωθεν τάμῃς τῶν ἄρθρων, εὑρήσεις κοίλας φλέβας καὶ αἱμόῤῥους, καὶ χαλεπῶς ἂν ἴσχοις εὐπόρως. οὕτω καὶ τὴν ἐν τῇ ἕδρῃ αἱμοῤῥοΐδα, ἢν μὲν ἄνωθεν ἢ κάτωθεν τάμῃς τῆς ἀφαιρέσιος τοῦ κονδυλώματος, αἷμα ῥεύσεται· ἢν δὲ αὐτὴν ἀφέλῃς τὴν κονδύλωσιν ἐν τῇ προσφύσει, οὐ ῥεύσεται. ἢν μὲν οὖν οὕτω καθίσταται, καλῶς ἂν ἔχοι. ἢν δὲ μὴ, καῦσαι, φυλασσόμενος ὡς μὴ ἅψῃ τῷ σιδήρῳ,

operculum in priftinum ftatum reftituetur. Quoque vetuftior morbus eft, eo facilior curatio futura eft.

At fi altius infederit tuberofa eminentia, per inftrumentum dilatandae fedi accommodatum catopterem dictum infpicere oportet, neque ab eo decipi. Ubi enim aperitur, tuberculum exaequat, ubi vero rurfus in fefe adducitur, recte confpicuum facit. Auferre autem convenit, veratro nigro ano illito, tum tertio die vinum aufterum ex infufo immittendum. At vero ubi tuberofam eminentiam abftuleris, fi fanguis non effluat, mirandum non eft. Neque enim fi in articulis manus aut crura feces, fanguis effluet. At fi fupra aut infra articulos fectio fiat, cavas et fanguine manantes venas deprehendes: neque facile prompte fiftas. Eodem modo fi venam in fede fanguinem fundentem fupra quidem aut infra detractum tuberculum feces, fanguis effluet. Sin vero ipfam tuberculofam eminentiam ubi annectitur abftuleris, non profluet. Si igitur hoc pacto quidem ad priftinum ftatum reducitur, bene fe res habet: fin minus, uftio adhibenda ea cautione ut ne ferro

Ed. Chart. XII. [149 150.] Foëſ. I. 893. 894. Ed. Lind. II. (350. 351.)

ἀλλ' ἐγγὺς προσφέρων τὰ σιδήρια ἀποξηραίνειν καὶ προστιθέναι τὸ τοῦ χαλκοῦ ἄνθος τὸ ἐν τῷ οὔρῳ.

|| Ἕτερος τρόπος ἰήσιος αἱμοῤῥοΐδων. καυστῆρα χρὴ ποιήσασθαι, οἷον καλαμίσκον φραγμίτην. σιδήριον δὲ ἐναρμόσαι καλῶς ἁρμόζον. ἔπειτα τὸν αὐλίσκον ἐνθεὶς ἐς τὴν ἕδρην διαφαῖνον τὸ σιδήριον καθιέναι, [150] καὶ πυκνὰ ἐξαιρέειν, ἵνα μᾶλλον ἀνέχηται θερμαινόμενος, καὶ οὔτε ἕλκος ἕξει ὑπὸ τῆς θερμασίης, ὑγιέα τε ξηρανθέντα τὰ φλέβια. ἢν δὲ βούλῃ μήτε καίειν μήτε ἀποτάμνειν, προκαταιονήσας ὕδατι πολλῷ θερμῷ καὶ ἐκτρέψας τὴν ἕδρην, σμύρναν τρίψας λείην καὶ κηκίδα καὶ στυπτηρίην Αἰγυπτίην κατακαύσας, ἓν καὶ ἥμισυ πρὸς (351) τἄλλα καὶ μελαντηρίης ἄλλο τοσοῦτον, τουτέοισι ξηροῖς χρῆσθαι. ἡ δὲ αἱμοῤῥοῒς τουτέοισι τοῖσι φαρμάκοισιν ἀποστήσεται, ὥσπερ σκύτος κατακεκαυμένον. ταῦτα ποιέειν μέχρις ἂν πάσας ἀφανίσῃς, καὶ χαλκίτιδος ἥμισυ κεκαυμένον τωὐτὸ ἀπεργάζεται. ἢν δὲ βούλῃ βαλάνοισιν ἰῆσθαι, σηπίης ὄστρακον, μολυβδαίνης τρίτον μέ-

attingatur, ſed prope admotis ferramentis exſiccetur et flos aeris ex urina adhibeatur.

Alius venarum ſanguinem in ano fundentium curationis modus. Cauterium parare oportet in modum parvae arundinis vallatoriae, phragmiten vocant, et in ipſum ferramentum probe congruens accommodare, deinde immiſſa in ſedem fiſtula candens ferramentum in eam demittere crebroque eximere, quo magis calorem toleret neque ulcus ex calore contrahat, et venulae exſiccatae conſaneſcant. Quod ſi neque uſtio neque ſectio placeat, ſedes multa et calida prius fovetur et evertitur; tum myrrha probe laevigata, galla et alumen Aegyptium uſtum, quod reliqua una parte et dimidia ſuperet et melanteriae tantundem accipiendum, iisque aridis utendum. Sub his medicamentis vena ſanguinem fundens, velut corium uſtulatum decidit, eademque facienda donec omnes diſſipaveris. Idemque efficit chalcitidis uſtae dimidium. At ſi per glandes curationem inſtituas, ſepiae teſta, plumbaginis tertia pars, bitu-

Ed.Chart.XII.[150.115.] Foëſ.I.894.895. Ed.Lind.II.(351.687.688.)

ρος, ἄσφαλτον, στυπτηρίην, ἄνθος ὀλίγον, κηκίδα, χαλκοῦ ἰὸν ὀλίγον. τουτέων μέλι ἑφθὸν καταχέας βάλανον ποιήσας μακροτέρην προστίθει, μέχρις ἂν ἀφανίσῃς.

Γυναικείην αἱμοῤῥοΐδα ὧδε θεραπεύειν. πολλῷ ὕδατι θερμῷ αἰονήσας, σύνεψε δὲ ἐν τῷ θερμῷ τῶν εὐωδέων τρίψας μυρίκην, λιθάργυρον ὀπτὴν καὶ κηκίδα, οἶνον λευκὸν παράχεε καὶ ἔλαιον καὶ χηνὸς στέαρ, τρίψας ὁμοῦ πάντα. διδόναι ὁκόταν αἰονηθῇ, διαχρήσασθαι. αἰονᾷν δὲ καὶ τὴν ἕδρην ἐξώσας ὡς μάλιστα.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΚΕΦΑΛΗΙ ΤΡΩΜΑΤΩΝ.

[115] || (687) Τῶν ἀνθρώπων αἱ κεφαλαὶ οὐδὲν ὁμοίως σφίσιν αὐταῖς, οὐδὲ αἱ ῥαφαὶ τῆς κεφαλῆς πάντων κατὰ ταὐτὰ πεφύκασιν. ἀλλ' ὅστις μὲν ἔχει ἐκ τοῦ ἔμπροσθεν (688) τῆς κεφαλῆς προβολήν· ἡ δὲ προβολή ἐστι τὸ τοῦ ὀστέου ἐξέχον στρογγύλον παρὰ τὸ ἄλλο· τούτου εἰσὶν αἱ ῥαφαὶ πεφυκυῖαι ἐν τῇ κεφαλῇ, ὡς γράμμα τὸ ταῦ Τ γρά-

men, alumen, floris aeris exiguum, galla, aeruginis modicum commiſcentur, his melle cocto affuſo, glans oblongior conficitur, ſupponitur, donec deleantur.

Vena ſanguinem fundens in mulieris ano ſic curatur. Multa calida, in qua ex odoratis aliquid incoxerit, perfunditur, tum myrica trita, ſpuma argenti uſta et galla additur, vino albo, oleo et anſerino adipe affuſo omnia ſimul conteruntur, poſt perſuſionem utenda dantur. Sedes autem quam maxime educta perfunditur.

HIPPOCRATIS LIBER DE CAPITIS VULNERIBVS.

Hominum capita neque inter ſe ſimiliter habent, neque ſuturae capitis in omnibus eodem loco ſitae ſunt. Verum cuicunque parte anteriore caput prominet, quod fit cum oſſis pars rotunda plus reliquo eminet, huic ſuturae in capite ad literae T ſimilitudinem a natura ſunt accommodatae.

φεται. τὴν μὲν γὰρ βραχυτέρην γραμμὴν ἔχει πρὸ τῆς προβολῆς ἐπικαρσίην πεφυκυῖαν, τὴν [116] δ᾽ ἑτέρην γραμμὴν ἔχει διὰ μέσης τῆς κεφαλῆς κατὰ μῆκος ἐς τὸν τράχηλον αἰεί. ὅστις δ᾽ ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς τὴν προβολὴν ἔχει, αἱ ῥαφαὶ τούτου πεφύκασι τἀναντία ἢ τῷ προτέρῳ. ἡ μὲν γὰρ βραχυτέρη γραμμὴ πρὸ τῆς προβολῆς πέφυκεν ἐπικαρσίη, ἡ δὲ μακροτέρη διὰ μέσης τῆς κεφαλῆς πέφυκε κατὰ μῆκος ἐς τὸ μέτωπον ἀεί. ὅστις δὲ καὶ ἀμφοτέρωθεν τῆς κεφαλῆς προβολὴν ἔχει, ἔκ τε τοῦ ἔμπροσθεν καὶ τοῦ ὄπισθεν, τούτῳ αἱ ῥαφαί εἰσιν ὁμοίως πεφυκυῖαι ὡς γράμμα τὸ ἦτα Η γράφεται. πεφύκασι δὲ τῶν γραμμῶν αἱ μὲν μακραὶ πρὸς τῆς προβολῆς ἑκατέρης ἐπικάρσιοι πεφυκυῖαι, ἡ δὲ βραχείη διὰ μέσης τῆς κεφαλῆς κατὰ μῆκος πρὸς ἑκατέρην τελευτῶσαι τὴν μακρὴν γραμμήν. ὅστις μηδετέρωθι μηδεμίαν προβολὴν ἔχει, οὗτος ἔχει τὰς ῥαφὰς τῆς κεφαλῆς ὡς γράμμα τὸ χῖ Χ γράφεται. πεφύκασι δὲ αἱ γραμμαὶ ἡ μὲν ἑτέρη ἐπικαρσίη πρὸς τὸν κρόταφον ἀφίκουσα, ἡ δὲ ἑτέρη κατὰ μῆκος διὰ μέσης τῆς κεφαλῆς.

Breviorem namque lineam transversam ad ossis prominentiam a natura productam habet, alteram vero per medium caput in longitudinem ad cervicem perpetuo tendentem. At cui posterior capitis pars prominet, huic suturae contra quam in priore naturaliter se habent. Brevior namque linea transversa ad ossis prominentiam naturaliter producitur, longior vero per medium caput in longitudinem ad frontem perpetuo tendens a natura constituta est. Cui autem utraque corporis parte, tum anteriore tum posteriore, os prominet, huic suturae ad literae H similitudinem a natura sunt accommodatae. Lineae vero longiores ad utramque prominentiam transversae a natura productae sunt, brevis autem per mediam capitis longitudinem in longam utramque lineam definit. At cui neutra parte caput prominet, hic suturas literae X similes habet. Lineae vero ita a natura productae sunt, ut altera quidem transversa ad tempora perveniat, altera per medium caput in longitudinem feratur.

Ed. Chart. XII. [116.] Foës. I. 896. Ed. Lind. II. (688. 689.)

|| Δίπλοον δ᾽ ἐστὶ τὸ ὀστέον κατὰ μέσην τὴν κεφαλήν. σκληρότατον δὲ καὶ πυκνότατον αὐτοῦ πέφυκε τὸ ἀνώτατον, ἡ ὁμοχροίη τοῦ ὀστέου ὑπὸ τῇ σαρκὶ, καὶ τὸ κατώτατον τὸ πρὸς τῇ μήνιγγι, ἡ ὁμοχροίη τοῦ ὀστέου ἡ κάτω. ἀποχωρέον δὲ ἀπὸ τοῦ ἀνωτάτου ὀστέου καὶ τοῦ κατωτάτου ἀπὸ τῶν (689) σκληροτάτων καὶ πυκνοτάτων ἐπὶ τὸ μαλθακώτερον καὶ ἧσσον πυκνὸν καὶ ἐπὶ κοινότερον ἐς τὴν διπλόην. ἡ δὲ διπλόη κοιλότατον καὶ μαλθακώτατον καὶ μάλιστα σηραγγῶδές ἐστιν. ἔστι δὲ καὶ πᾶν τὸ ὀστέον τῆς κεφαλῆς, πλὴν κάρτα ὀλίγου τοῦ τε ἀνωτάτου καὶ κατωτάτου σπόγγῳ ὅμοιον, καὶ ἔχει τὸ ὀστέον ἐν ἑωυτῷ ὅμοια σαρκία πολλὰ καὶ ὑγρὰ, καὶ εἴ τις αὐτὰ διατρίβοι τοῖσι δακτύλοισιν, αἷμα ἂν διαγίνοιτο ἐξ αὐτῶν. ἔνι δ᾽ ἐν τῷ ὀστέῳ καὶ φλεβία λεπτότερα καὶ κοιλότερα, αἵματος πλέα. σκληρότητι μὲν νῦν καὶ μαλθακότητι καὶ κοιλότητι ὧδε ἔχει· παχύτητι δὲ καὶ λεπτότητι οὕτως.

Συμπάσης τῆς κεφαλῆς τὸ ὀστέον λεπτότατόν ἐστι καὶ ἀσθενέστατον τὸ κατὰ βρέγμα, καὶ σάρκα ὀλιγίστην καὶ λε-

Ad medium autem caput duplex os eſt, idque tum ſumma ſui parte et aequabilitate, qua carne tegitur, tum infima qua membranam contegit et inferior eſt oſſis aequabilitas, duriſſimum et denſiſſimum eſt a natura conſtitutum. Quodque recedit a ſupremo et infimo oſſe, a duriſſimis et denſiſſimis ad molle et minus denſum quodque magis cavum eſt accedit, ad interiora usque quibus inter ſe connectuntur. Eaque maxime cava et molliſſima, plurimumque pervia ſunt. Ac totum capitis os, ſi ſupremam atque infimam partem admodum exiguam demas, ſpongiae ſimile, multasque carnes humidas ſimiles in ſe habet, quas ſi quis digitis conterat, ex ipſis ſanguis prodeat. Inſunt quoque in oſſe venulae tenues et cavae ſanguinis plenae. Quod quidem ad duritiem mollitudinemque ac cavitatem ſpectat, ſic ſe res habet, quod vero ad craſſitudinem et tenuitatem, hoc modo.

Totius capitis os id tenuiſſimum et maxime imbecillum quod ad ſinciput eſt, idque quam minimam et tenuiſ-

πτοτάτην ἔχει ἐφ᾿ ἑωυτῷ ταύτῃ τῆς κεφαλῆς τὸ ὀστέον, καὶ ὁ ἐγκέφαλος κατὰ τοῦτο τῆς κεφαλῆς πλεῖστος ὕπεστι, καὶ διότι οὕτω ταῦτα ἔχει, τῶν τε τρωσίων καὶ τῶν βελέων ἴσων τε ἐόντων κατὰ μέγεθος καὶ ἐλασσόνων καὶ ὁμοίως τε τρωθεὶς καὶ ἧσσον, τὸ ὀστέον ταύτῃ τῆς κεφαλῆς φλᾶταί τε μᾶλλον καὶ || ῥήγνυται καὶ ἔσω ἐσφλᾶται καὶ θανασιμώτερά ἐστι καὶ χαλεπώτερα ἰητρεύεσθαί τε καὶ ἐκφυγγάνειν τὸν θάνατον ταύτῃ ἤ [117] που ἄλλοθι τῆς κεφαλῆς. ἐξίσων τε ἐόντων τῶν τρωμάτων καὶ ὁμοίως τε τρωθεὶς καὶ ἧσσον, ἀποθνήσκει ἄνθρωπος ὅταν καὶ ἄλλως μέλλῃ ἀποθανεῖσθαι ἐκ τοῦ τρώματος, ἐν ἐλάσσονι χρόνῳ ὁ ταύτῃ ἔχων τὸ τρῶμα τῆς κεφαλῆς ἤ που ἄλλοθι. ὁ γὰρ ἐγκέφαλος τάχιστά τε καὶ μάλιστα κατὰ τὸ βρέγμα αἰσθάνεται τῶν κακῶν τῶν γινομένων ἔν τε τῇ σαρκὶ καὶ τῷ ὀστέῳ. ὑπὸ λεπτοτάτῳ γὰρ ὀστέῳ ἐστὶ ταύτῃ ὁ ἐγκέφαλος καὶ (690) ὀλίγῃ σαρκὶ, καὶ ὁ πλεῖστος ἐγκέφαλος ὑπὸ τῷ βρέγματι κεῖται. τῶν δὲ ἄλλων τὸ κατὰ τοὺς κροτάφους ἀσθενέστατόν ἐστι. συμβολή τε γὰρ τῆς κάτω γνάθου πρὸς τὸ κρανίον καὶ κίνησίς ἐστιν ἐν τῷ κροτάφῳ ἄνω καὶ κάτω ὥσπερ ἄρθρου, καὶ ἡ ἀκοὴ πλη-

ſimam carnem hac capitis parte in ſe habet, cerebrumque plurimum eo loco ſubeſt. Cumque haec ita ſe habeant, ubi tela ictusque aequales fuerint magnitudine vel minores, tum etiam aequaliter vulneratus aut levius, os hac capitis parte magis colliditur, frangitur et medium deſidit, ſub eoque caſu magis moriuntur aegri aegriusque curantur et mortem evitant quam ſi qualibet alia capitis parte iſtud accidat. Ac ubi aequalia fuerint vulnera, aut aeque vehementer aut levius quis percuſſus fuerit, cum alioqui vulnus letale ſit, intra brevius tempus ex vulnere moritur qui hac capitis parte quam qui alia vulneratus eſt. Cerebrum namque ad ſinciput celerrime et maxime ſentit offenſas quae in carne et oſſe fiunt, cum hoc loco tenuiſſimo oſſe et exigua carne tegatur, magnaque ex parte ſub ſincipite ſitum ſit. Ex reliquis oſſibus quod eſt ad tempora maxime eſt imbecillum. Committitur enim inferna maxilla cum calvaria, moveturque in temporibus ſurſum et deorſum articuli in modum,

σίον γίνεται αὐτέου, καὶ φλὲψ διὰ τοῦ κροτάφου τέταται κοίλη τε καὶ ἰσχυρή.

Ἰσχυρότερον δ᾽ ἐστὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ ὀστέου παντὸς τὸ ὀστέον τῆς κορυφῆς καὶ τῶν οὐάτων ἢ πᾶν τὸ πρόσθεν, καὶ σάρκα πλέονα καὶ βαθυτέρην ἐφ᾽ ἑωυτῷ ἔχει τοῦτο τὸ ὀστέον, καὶ δὴ τούτων οὕτως ἐχόντων, ὑπό τε τῶν τρωσίων καὶ τῶν βελέων ἴσων ἁπάντων καὶ ὁμοίων καὶ μειζόνων καὶ μειόνων ὁμοίως τιτρωσκόμενος καὶ μᾶλλον ταύτῃ τῆς κεφαλῆς τὸ ὀστέον ἧσσον ῥήγνυται καὶ φλᾶται, καὶ ἢν μέλλῃ ἄνθρωπος ἀποθνήσκειν καὶ ἄλλως ἐκ τοῦ τρώματος, ἐν τῷ ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς ἔχων τὸ τρῶμα, ἐν πλέονι χρόνῳ ἀποθανεῖται· ἐν πλέονι γὰρ χρόνῳ τὸ ὀστέον ἐμπυΐσκεταί τε καὶ διαπυΐσκεται κάτω ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον διὰ τὴν παχύτητα τοῦ ὀστέου, καὶ ἐλάσσων ταύτῃ τῆς κεφαλῆς ὁ ἐγκέφαλος ὕπεστι, καὶ πλέονες ἐκφυγγάνουσι τὸν θάνατον τῶν ὄπισθεν τιτρωσκομένων τῆς κεφαλῆς ὡς ἐπιτοπολὺ ἢ τῶν ἔμπροσθεν, καὶ ἐν χειμῶνι πλέονα χρόνον ζῇ ἄνθρωπος ἢ ἐν θέρει, εἴ τις καὶ ἄλλως μέλλει ἀποθανεῖσθαι ἐκ τοῦ τρώματος, ὁπουοῦν τῆς κεφαλῆς ἔχων τὸ τρῶμα.

auditioque etiam huic eſt vicina, venaque cava et valida per tempora fertur.

At ex univerſi capitis oſſe id quod ſecundum verticem eſt et poſt aures validius eſt quam id totum quod parte anteriore continetur, carnemque copioſiorem et altiorem in ſe habet. Saneque ſub hoc caſu, ubi ex laeſionibus et telis omnibus aequalibus et ſimilibus, majoribusque ac minoribus, ſimiliter aut gravius quis fuerit vulneratus, hac capitis parte os minus frangitur et colliditur. Ac ſi alioqui ex vulnere homo periturus ſit, diutius vitam trahet, qui poſteriore capitis parte vulnus accepit. Longiore namque intervallo os ob craſſitudinem pus colligit, ipſumque infra ad cerebrum transfundit. Minor quoque cerebri portio hac parte capitis ſubeſt, fereque plures ſervantur ex iis qui parte capitis poſteriore quam qui anteriore vulnus acceperunt. Ex vulnere etiam capitis, quacunque parte acceptum ſit, ubi alioqui ex vulnere quis fuerit periturus, hieme quam aeſtate diutius vivit.

Ed. Chart. XII. [117. 118.] Foës. I. 898. Ed. Lind. II. (690. 691.)

|| *Αἱ δὲ ἕδραι τῶν βελέων τῶν ὀξέων καὶ κουφοτέρων, αὗται ἐπὶ σφῶν αὐτῶν γινόμεναι ἐν τῷ ὀστέῳ ἄνευ ῥωγμῆς τε καὶ φλάσιος ἢ ἔσω ἐσφλάσιος. αὗται δὲ γίνονται ὁμοίως ἔν τε τῷ ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς καὶ ἐν τῷ* (691) *ὄπισθεν. ἐκ τούτων θάνατος οὐ γίνεται κατά γε δίκην, οὐδ᾽ ἢν γένηται. ῥαφὴ δὲ ἐν ἕλκει φανεῖσα ὀστέου ψιλωθέντος, πανταχοῦ τῆς κεφαλῆς τοῦ ἕλκεος γενομένου, ἀσθενέστατον γίνεται τῇ τρώσει καὶ τῷ βέλει ἀντέχειν, εἰ τύχῃ τὸ βέλος ἐς αὐτὴν τὴν ῥαφὴν στηριχθέν. πάντων δὲ μάλιστα ἢν τὸ βέλος ἐν τῷ βρέγματι γενόμενον κατὰ τὸ ἀσθενέστατον τῆς κεφαλῆς καὶ αἱ ῥαφαὶ εἰ τύχοιεν οὖσαι περὶ τὸ ἕλκος καὶ τὸ βέλος αὐτέων τύχοι τῶν ῥαφῶν.*

[118] *Τιτρώσκεται δὲ ὀστέον τὸ ἐν κεφαλῇ τοσούσδε τρόπους. τῶν δὲ τρόπων ἑκάστου πλέονες ἰδέαι γίνονται τοῦ κατήγματος ἐν τῇ τρώσει. ὀστέον ῥήγνυται τιτρωσκόμενον καὶ τῷ περιέχοντι ὀστέῳ τὴν ῥωγμὴν ἀνάγκη φλάσιν προσγενέσθαι ἥνπερ ῥαγῇ. τῶν γὰρ βελέων ὅ τι περ ῥήγνυσι τὸ ὀστέον, τὸ αὐτὸ τοῦτο καὶ φλᾷ τὸ ὀστέον ἢ μᾶλλον ἢ ἧσσον, αὐτό τε ἐν ᾧπερ καὶ ῥήγνυσι τὴν ῥωγμήν.*

Ubi vero a telo acuto et levi impressum in osse vestigium fuerit, idque solum ita ut neque findatur, neque collidatur, aut medium desidat, quod aeque in anteriore capitis parte ac posteriore accidere potest, ex his mors etsi consequitur, non aequo tamen jure contingit. At ubi nudato osse sutura in vulnere conspicitur, quacunque corporis parte vulnus extiterit, minime omnium vulneri ac telo resistit, si forte telum in ipsam suturam incubuerit, tumque vel maxime, si telum sincipiti juxta debilissimam capitis partem exceptum fuerit suturaeque in ulcus incurrant, et telum ipsas suturas attigerit.

Vulnerum ossis capitis tot sunt genera, et sub quoque genere plures sunt in vulnere fracturae formae. Os sub vulnere finditur, ossique rimam habenti, si quidem fissum fuerit, collisionem accedere necesse est. Quodcunque enim telum os findit, idem os plus minusve collidit, idque ubi rimam facit. Hocque genus unum est. Rimarum autem

Ed. Chart. XII. [118] Foës. I. 898. 899. Ed. Lind. II. (691. 692.)

εἷς οὗτος τρόπος. ἰδέαι δὲ ῥωγμέων τοῖαι γίνονται, καὶ γὰρ λεπτότεραί τε καὶ λεπταὶ πάνυ ὀστέου καταφανέες γίνονται. ἔστι δ᾽ αἴτιον ῥωγμέων οὔτε αὐτίκα μετὰ τὴν τρῶσιν οὔτ᾽ ἐν τῇσιν ἡμέρῃσιν ἐν ᾗσιν ἂν καὶ πόνων ἂν ὄφελος γένοιτο τοῦ θανάτου τῷ ἀνθρώπῳ. αἱ δ᾽ αὖ παχύτεραί τε καὶ εὐρύτεραι γίνονται τῶν ῥωγμέων, ἔνιαι δὲ καὶ πάνυ εὐρέαι. καὶ αἱ μὲν ἐπὶ μακρότερον ῥήγνυνται, αἱ δὲ ἐπὶ βραχύτερον, καὶ αἱ μὲν ἰθύτεραι, αἱ δὲ ἰθεῖαί τε καὶ πάνυ. αἱ δὲ καμπυλώτεραί τε καὶ καμπύλαι καὶ βαθύτεραι. αἱ δὲ εἰς τὸ κάτω καὶ διὰ παντὸς τοῦ ὀστέου.

|| Φλασθείη δ᾽ ἂν τὸ ὀστέον ἐν τῇ ἑωυτοῦ φύσει καὶ ῥωγμὴ τῇ φλάσει οὐκ ἂν προσγένοιτο τῷ (692) ὀστέῳ οὐδεμία. δεύτερος οὗτος. ἰδέαι δὲ τῆς φλάσιος πλείους γίνονται, καὶ γὰρ μᾶλλόν τε καὶ ἧσσον φλᾶται καὶ ἐς βαθύτερόν τε καὶ διὰ παντὸς τοῦ ὀστέου, καὶ ἧσσον ἐς βαθὺ καὶ διὰ παντὸς τοῦ ὀστέου, καὶ ἐπὶ πλέον τε καὶ ἔλασσον μήκεός τε καὶ πλατύτητος· ἀλλὰ τουτέων τῶν ἰδεῶν οὐδεμία ἔστιν ἰδόντι τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι γνῶναι, ὁποίη τίς ἐστι τὴν ἰδέην

variae ſunt formae. Nam et tenuiores ſunt et tenuiſſimae, ita ut neque quaedam conſpicuae ſint, neque protinus a vulnere, neque quibus diebus dolores augeri et mortem homini adferre aſſolent. Rurſus nonnullae craſſiores et latiores exiſtunt, quaedam etiam latiſſimae, et aliae quidem longius protenduntur, aliae brevius, quaedam etiam in rectum tendunt, quaedam rectiſſimae, nonnullae quoque magis et minus curvantur, quaedam per ſumma ducuntur, quaedam altius penetrant, aliae autem per totum os ad imum usque tendunt.

Contundi autem os poteſt, oſſe naturaliter ſe habente, ut et rima nulla ad oſſis contuſionem accedat. Atque hic alter modus eſt. At contuſionis plures ſunt formae. Nam plus aut minus et altius per totum os contuſio pervadit, aut minus alte neque per totum os et ampliorem aut minorem tum longitudinem tum latitudinem occupat. Sed nulla earum qualinam ſpecie, aut quanta magnitudine exiſtat,

καὶ ὁπόση τὸ μέγεθος. οὐδὲ γὰρ εἰ πέφλασται, ἐόντων πεφλασμένων καὶ τοῦ κακοῦ γεγενημένου, γίνεται τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι καταφανὲς ἰδεῖν αὐτίκα μετὰ τὴν τρῶσιν. ὥσπερ οὐδὲ τῶν ῥωγμέων ἔνιαι ἑκὰς ἐοῦσαι καὶ ἐῤῥωγότος τοῦ ὀστέου.

Ἐσφλᾶται τὸ ὀστέον ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ ἔσω σὺν ῥωγμῆσιν. ἄλλος γὰρ οὐκ ἂν ἐσφλασθείη. τὸ γὰρ ἐσφλώμενον ἀποῤῥηγνύμενόν τε καὶ καταγνύμενον ἐσφλᾶται ἔσω ἀπὸ τοῦ ἄλλου ὀστέου μένοντος ἐν τῇ φύσει τῇ ἑωυτοῦ, καὶ δὴ οὕτω ῥωγμὴ ἂν προσείη τῇ ἐσφλάσει. τρίτος οὗτος τρόπος. ἔσφλασται δὲ τὸ ὀστέον πολλὰς ἰδέας, καὶ γὰρ ἐπιπλέον τοῦ ὀστέου καὶ ἐπ᾽ ἔλασσον, καὶ μᾶλλόν τε καὶ ἐς βαθύτερον κάτω καὶ ἧσσόν τε καὶ ἐπιπολαιότερον.

[119] Καὶ ἕδρης γενομένης ἐν τῷ ὀστέῳ βέλεος, προσγένοιτο ἂν ῥωγμὴ τῇ ἕδρῃ, τῇ τε ῥωγμῇ καὶ φλάσιν προσγενέσθαι ἀναγκαῖόν ἐστιν ἢ μᾶλλον ἢ ἧσσον, ᾗ ἧπερ καὶ ῥωγμὴ προσγένηται ἐνθάπερ καὶ ἕδρη ἐγένετο, καὶ ἡ ῥωγμὴ ἐν τῷ ὀστέῳ τῷ περιέχοντι τήν τε ἕδρην καὶ τὴν φλάσιν.

oculis dijudicari poteſt. Neque enim ubi quid contuſum eſt et malum acceſſit, ſtatim ſub ipſo vulnere contuſio oculis eſt conſpicua, ut neque rimae quaedam, quae procul a fiſſo oſſe longius excurrunt.

Os medium deſidit ubi a natura ſua intro recedit, una cum rimis, alioqui medium non deſideret. Quod enim medium deſidit, ab alio oſſe naturaliter ſe habente abruptum fractumque introcedit, itaque ſane huic caſui rimam accedere neceſſe eſt. Atque hic tertius eſt modus. Multis autem modis os medium deſidit. Namque hoc majorem et minorem oſſis partem ocupat, aut magis et altius ad imum penetrat, aut minus et in ſuperficie extat.

Ac ubi telum in oſſe veſtigium reliquit, utique rima adjici poterit et ad rimam colliſum aut magis aut minus accedere neceſſe eſt, cum qua etiam parte rima acceſſit eadem teli veſtigium appareat et rima ſit in oſſe qua teli veſtigium et colliſum continetur. Quartus hic modus eſt cum

τέταρτος οὗτος τρόπος. καὶ ἕδρη δὲ τοῦ βέλεος γίνεται ἐν τῷ ὀστέῳ. ἕδρη δὲ καλέεται, ὅταν μένον τὸ ὀστέον ἐν τῇ ἑωυτοῦ φύσει τὸ βέλος στηρίξαν ἐς τὸ ὀστέον δῆλον ποιήσῃ ὅπῃ ἐστήριξεν. ἐν δὲ τῷ τρόπῳ (693) ἑκάστῳ πλέονες ἰδέαι γίνονται. καὶ περὶ μὲν φλάσιος καὶ ῥωγμῆς, ἢν ἄμφω ταῦτα προσγίνηται τῇ ἕδρῃ καὶ ἢν φλάσις μόνη γένηται, ἤδη πέφρασται ὅτι πολλαὶ ἰδέαι γίνονται καὶ τῆς φλάσιος καὶ τῆς ῥωγμῆς. ἡ δὲ ἕδρη αὕτη ἐφ᾽ ἑωυτῆς γίνεται μακροτέρη καὶ βραχυτέρη ἐοῦσα καὶ καμπυλωτέρη καὶ ἰθυτέρη καὶ κυκλοτερὴς, καὶ πολλαὶ ἄλλαι ἰδέαι τοῦ τοιούτου τρόπου ὁποῖον ἄν τι καὶ τὸ σχῆμα τοῦ βέλεος ᾖ. καὶ δ᾽ αὗται καὶ βαθύτεραί τε κάτω καὶ μᾶλλον καὶ ἧσσον, καὶ στενότεραι, καὶ εὐρύτεραι καὶ πάνυ εὐρέαι, ἢ διακεκόφαται. διακοπὴ δ᾽ ὁπόση τις οὖν γινομένη μήκεός τε καὶ εὐρύτητος ἐν τῷ ὀστέῳ ἕδρη ἐστὶν, ἢν τἄλλ᾽ ὀστέα τὰ περιέχοντα τὴν διακοπὴν μένει ἐν τῇ φύσει τῇ ἑωυτῶν καὶ μὴ συνεσφλᾶται τῇ διακοπῇ ἔσω ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτῶν. οὕτω δ᾽ ἔσφλασις ἂν εἴη καὶ οὐκ ἔτι ἕδρη.

teli veſtigium in oſſe remanet. Teli autem ſedes dicitur, cum os ſuo ſtatu permanens manifeſtum fecerit qua telum inſederit. In unoquoque vero genere plures ſunt formae. Quodque ad colliſum et rimam attinet, ſive haec utraque ad teli veſtigium accedant ſive colliſum duntaxat fiat, varias eſſe tum colliſi tum fiſſi ſpecies jam dictum eſt. At ipſum teli veſtigium per ſe fit longius et brevius magis curvum, aut rectum aut rotundum, ſuntque pro teli figura multae aliae hujuſcemodi ſpecies. Nam et ipſum alte magis aut minus deſcendit anguſtiusque eſt aut latius aut ampliſſimum, ſi praeciſio adjuncta ſit. Praeciſio autem quantamcunque longitudinem et latitudinem oſſis occupet, ad teli veſtigium refertur, dummodo alia oſſa quae praeciſionem continent, in ſuo ſtatu maneant neque una cum praeciſione a ſuo ſtatu recedant et media deſidant. Sic enim os medium deſideret neque amplius teli veſtigium eſſet.

Ed. Chart. XII. [119. 120.] Foës. I. 900. 901. Ed. Lind. II. (693. 694)

Ὀστέον τιτρώσκεται ἄλλῃ τῆς κεφαλῆς ἢ τὸ ἕλκος ἔχει ἄνθρωπος καὶ τὸ ὀστέον ἐψιλώθη τῆς σαρκός. πέμπτος οὗτος τρόπος, καὶ ταύτην την ξυμφορὴν, ὅταν γένηται, οὐκ ἂν ἔχοις ὠφελῆσαι οὐδέν. οὐδὲ γὰρ εἰ πέπονθε τὸ κακὸν τοῦτο, οὐκ ἔστιν ὅπως χρὴ αὐτὸν ἐξελέγξαντα εἰδέναι εἰ πέπονθεν τὸ κακὸν τοῦτο ἄνθρωπος, οὐδ᾽ ὅπῃ τῆς κεφαλῆς.

Τούτων τῶν τρόπων τῆς κατήξιος ἐς πρίσιν ἀφήκει ἥ τε φλάσις ἡ ἀφανὴς ἰδεῖν καὶ ἤν πως τύχῃ φανερὴ γενομένη, καὶ ῥωγμὴ ἢν ἀφανὴς ἰδεῖν καὶ ἢν φανερὴ ᾖ, καὶ ἢν ἕδρης γενομένης τοῦ βέλεος ἐν τῷ ὀστέῳ προσγένηται ῥωγμὴ καὶ φλάσις τῇ ἕδρῃ, καὶ ἢν φλάσις μοῦνον προσγένηται ἄνευ ῥωγμῆς τῇ ἕδρῃ, καὶ αὕτη ἐς πρίσιν ἀφήκει. τὸ δ᾽ ἔσω ἐσφλώμενον ὀστέον ἐκ τῆς φύσιος τῆς (694) ἑωυτοῦ ὀλίγα τῶν πολλῶν πρίσιος προσδεῖται, [120] || καὶ τὰ μάλιστα ἐσφλασθέντα καὶ μάλιστα καταῤῥαγέντα, ταῦτα πρίσιος ἥκιστα κέχρηται. οὐδὲ ἕδρη αὕτη ἐφ᾽ ἑωυτῆς γενομένη ἄτερ ῥωγμῆς καὶ φλάσιος, οὐδὲ αὐτὴ πρίσιος δεῖται. οὐδ᾽ ἡ διακοπὴ, ἢν μεγάλη καὶ εὐρέη, οὐδ᾽ αὕτη. διακοπὴ γὰρ καὶ ἕδρη τωὐτό ἐστιν.

Os ſub vulnere frangitur alia capitis parte quam qua ulcus eſt et os nudatum eſt. Quintus hic modus eſt. Huicque calamitati nullis remediis ſubvenias. Neque enim ubi iſtud contingit quanam ratione iſtud homo patiatur aut quanam capitis parte ex ejus percunctatione deprehendas.

Ex his fracturae modis ad ſectionem veniendum ſuadet tum oſſis colliſio, quae et oculis non patet et aliquo modo manifeſta eſt, tum rima ſive oculos lateat, ſive ſit conſpicua. Quin et ubi teli veſtigium in oſſe remanet, ſive ad id praeterea rima et colliſio acceſſerit, ſive colliſio ſola absque rima, tunc etiam ad ſectionem veniendum. Os autem medium ex naturali ſtatu deſidens parum ſectione indiget, tum quae maxime deorſum inſederunt, maximeque perſracta ſunt, minime ſectione utendum ſuadent. Neque ubi teli veſtigium per ſe remanet citra rimam et colliſionem, ſectione opus eſt, neque ſi praeciſio magna lataque fuerit. Praeciſio enim et teli veſtigium ad idem referuntur.

Ed. Chart. XII. [120.] Foës. I. 901. 902. Ed. Lind. II. (694.)

Πρῶτον καὶ χρὴ τὸν τρωματίην σκοπεῖσθαι ὅπη ἔχῃ τὸ τρῶμα τῆς κεφαλῆς εἴτ' ἐν τοῖσιν ἀσθενεστέροισιν, καὶ τὰς τρίχας καταμανθάνειν τὰς περὶ τὸ ἕλκος, εἰ διακεκόφαται ὑπὸ τοῦ βέλεος καὶ εἰ ἔσω εἴησαν ἐς τὸ τρῶμα, κινδυνεύειν τὸ ὀστέον ψιλὸν εἶναι τῆς σαρκός. καὶ ἢν τοῦτο ᾖ, φάναι ἔχειν τι σῖνος τὸ ὀστέον ὑπὸ τοῦ βέλεος. ταῦτα μὲν οὖν χρὴ ἀπόπροσθεν σκεψάμενον λέξαι, μὴ ἁπτόμενον τοῦ ἀνθρώπου. ἁπτόμενον δ' ἤδη πειρᾶσθαι εἰδέναι σάφα, εἰ ἔστι ψιλὸν τὸ ὀστέον τῆς σαρκὸς ἢ οὔ. καὶ ἢν μὲν καταφανὲς ᾖ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι τὸ ὀστέον ψιλόν· εἰ δὲ μή, τῇ μήλῃ σκέπτεσθαι. καὶ ἢν μὲν εὕρῃς ψιλὸν ἐὸν τὸ ὀστέον τῆς σαρκὸς καὶ μὴ ὑγιὲς ἀπὸ τοῦ τρώματος, χρὴ τοῦ ἐν τῷ ὀστέῳ ἐόντος τὴν διάγνωσιν πρῶτα ποιέεσθαι, ὁρῶντα ὅσον τέ ἐστι τὸ κακὸν καὶ τίνος δεῖται ἔργον. χρὴ δὲ καὶ ἐρωτᾷν || τὸν τετρωμένον ὅπως ἔπαθε καὶ τίνα τρόπον. ἢν δὲ μὴ καταφανὲς ᾖ τὸ ὀστέον, εἰ ἔχει τι κακὸν ἢ μὴ ἔχει, πολλῷ ἔτι χρὴ μᾶλλον τὴν ἐρώτησιν ποιέεσθαι, ψιλοῦ τε ἐόντος τοῦ ὀστέου τὸ τρῶμα ὅπως ἐγένετο καὶ ὅντινα τρόπον. τὰς

Imprimis autem ad vulneratum attendere oportet, quanam capitis parte numne imbecilliore vulnus acceperit, et capillos circa vulnus animadvertere, qui si telo praecisi et in vulnus impacti sint, os carne nudatum esse vero est simile. Quod si sic os a telo noxiam accepisse asserendum. Haec quidem certe longe ante quam homini manus admoveas consideranda ac dicenda sunt. Ubi vero jam admoveris, os carne nudatum sit necne, conandum ut aperte intelligas, idque sub conspectum veniat. Quod si oculis non pateat, specillo considerandum. Ac ubi quidem os carne nudatum, neque a vulnere integrum deprehenderis, primum inspecto malo quantum sit quamque operam requirat, ejus quod in osse subest dignotionem facere oportet. Interrogandus quoque vulneratus, qualiter et quonam modo vulnus acceptum sit. Sin vero minime conspicuum est os necne vitium aliquod habuerit, multo adhuc magis interrogatione utendum nudato etiam osse, qualiter et quonam modo

γὰρ φλάσιας καὶ τὰς ῥωγμὰς τὰς οὐ φαινομένας ἐν τῷ ὀστέῳ, ἐνεούσας δὲ ἐκ τῆς ὑποκρίσιος τοῦ τετρωμένου, πρῶτον διαγινώσκειν πειρῆσθαι εἴ τι πέπονθε τοῦτο τὸ ὀστέον (695) ἢ οὐ πέπονθεν. ἔπειτα δὲ καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἐξελέγχοντα πλὴν μηλώσιος. μήλωσις γὰρ οὐκ ἐξελέγχει εἰ πέπονθε τοῦτο τῶν κακῶν τὸ ὀστέον καὶ εἴτι ἔχει ἐν αὐτῷ ἢ οὐ πέπονθεν, ἀλλ' ἕδρην τε τοῦ βέλεος ἐξελέγχει μήλωσις, καὶ ἢν ἐμφλασθῇ τὸ ὀστέον ἔσω ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ, καὶ ἢν ἰσχυρῶς ῥαγῇ τὸ ὀστέον, ἅπερ καὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι καταφανέα ἐστὶν ὁρῶντα γινώσκειν.

Ῥήγνυται δὲ τὸ ὀστέον τάς τε ἀφανέας ῥωγμὰς καὶ τὰς φανερὰς καὶ φλᾶται τὰς ἀφανέας φλάσιας καὶ ἐσφλᾶται ἔσω ἐκ τῆς φύσεως τῆς ἑωυτοῦ μάλιστα ὅταν ἕτερος ὑφ' ἑτέρου τιτρωσκόμενος ἐπίτηδες τρῶσαι βουλόμενος ἢ ὅταν ἐξ ὑψηλοτέρης γίνηται ἡ βολὴ ἢ ἡ πληγὴ, ὁπότερ' ἂν ᾖ μᾶλλον, ἢ ὅταν ἐξ ἰσοπέδου τοῦ χωρίου, καὶ ἢν ἐπικρατέῃ τῇ χειρὶ τὸ βέλος, ἤν τε βάλλῃ ἤν τε τύπτῃ, καὶ ἰσχυρότερος ἐὼν ἀσθενεστέρους τιτρώσκει. [121] ὅσοι δὲ πίπτοντες τιτρώ-

vulnus illatum ſit. Ubi enim oſſa colliſa aut fiſſa non apparent, eſſe tamen ſolent, primum ex ſauciati reſponſione enitendum ut cognoſcamus os necne aliquam noxiam ſenſerit, deinde vero ratione et opere citra ſpecillum res eſt exploranda. Neque enim ſpecillo hoc oſſis vitium deprehenditur, neque ſi quam in ſe noxiam ſenſerit necne. Sed ubi teli veſtigium remanet, aut os a naturali ſtatu recedens medium deſidit, aut vehementer perſractum eſt, id ſpecillo arguitur, quod et oculis intuenti maniſeſto notum eſt.

Frangitur autem os rimis obſcuris et conſpicuis, et colliditur colliſionibus minime patentibus, et a naturali ſuo ſtatu recedens medium deſidit, tum praecipue cum alter alterum de induſtria ſauciare cupiens vulnerat, aut cum ex ſuperiore loco telum emittitur, aut ictus infligitur, utrolibet modo contingat potius quam ſi ex complanato loco, et ſi quis manu telum continens vel jaciat vel feriat, vel cum robuſtior imbecilliores vulnerat. Ex iis quibus ex caſu par-

Ed. Chart. XII. [121.] Foës. I. 902. Ed. Lind. II. (695. 696.)

σκονται, πρός τε τὸ ὀστέον καὶ αὐτὸ τὸ ὀστέον. ὁ ἀπὸ ὑψηλοτάτου πίπτων καὶ ἐπὶ σκληρότατον καὶ ἀμβλύτατον, τούτῳ κίνδυνος τὸ ὀστέον ῥαγῆναί τε καὶ φλασθῆναι καὶ ἔσω ἐσφλασθῆναι ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ. τῷ δ᾽ ἐξ ἰσοπέδου μᾶλλον χωρίου πίπτοντι καὶ ἐπὶ μαλθακώτερον, ἧσσον ταῦτα πάσχει τὸ ὀστέον ἢ οὐκ ἂν πάθοι. ὅσα δὲ ἐσπίπτοντα ἐς τὴν κεφαλὴν βέλεα τιτρώσκει πρὸς τὸ ὀστέον, τὸ ἀπὸ ὑψηλοτάτου ἐμπεσὸν καὶ ἥκιστα ἐξ ἰσοπέδου, καὶ σκληρότατόν τε καὶ ἀμβλύτατον καὶ βαρύτατον καὶ ἥκιστα κοῦφον, καὶ ἥκιστά τε καὶ ὀξὺ καὶ μαλθακόν. τοῦτο ἂν ῥήξειε τὸ ὀστέον καὶ φλάσειε, καὶ μάλιστά γε ταῦτα πάσχειν τὸ ὀστέον κίνδυνος, ὅταν ταῦτά τε γίνηται καὶ ἐς ἰθὺ τρωθῆναι κατ᾽ (696) ἀντίον γένηται τὸ ὀστέον τοῦ βέλεος. ἤν τε πληγῇ ἐκ χειρὸς, ἤν τε βληθῇ, ἤν τέ τι ἐμπέσῃ αὐτέῳ καὶ ἢν αὐτὸς καταπεσὼν τρωθῇ, καὶ ὁπωσοῦν τρωθεὶς κατ᾽ ἀντίον γένοιτο τοῦ ὀστέου τῷ βέλει. τὰ δὲ πλάγιον τοῦ ὀστέου παρασύραντα βέλεα ἧσσον καὶ ῥήγνυσι τὸ ὀστέον καὶ φλάσει εἴσω ἐς κεφαλὴν, κἂν ψιλωθῇ τὸ ὀστέον τῆς σαρκός. ἔνια γὰρ τῶν

tes quae circa os sunt, aut os ipsum vulneratur, qui ex maxime sublimi loco in durissimum et obtusissimum quid cadit, is periclitatur ne os perrumpatur aut collidatur, aut a naturali suo statu intro medium desidat. At qui ex complanato loco potius et in mollius quiddam cadit, ei minus istas offensiones, aut nullo modo os sentiet. Ex telis autem quae in caput illabuntur, et quae juxta os sunt vulnerant, quod ex maxime sublimi et minime complanato loco incidit, quodque durissimum, maxime obtusum et grave, minimeque leve aut minime acutum et molle fuerit, id os rumpere ac collidere poterit. Ac praecipue sane periculum est ne ea os sentiat, ubi talia contigerint sicque vulnerari os contingat, ut e directo telo occurrat, sive manu sive jactu vulnus nfligatur, sive quid in ipsum illabatur sive corruens vulneretur, seu quomodolibet vulnerati os telo obviam eat. At tela quae in obliquum distrahunt, sub his os minus rumpitur et intro ad caput contunditur, licet os carne nudatum

Ed. Chart. XII. [121.] Foëf. I. 902. 903. Ed. Lind. II. (696.)

τρωμάτων τῶν οὕτω τρωθέντων οὐδὲ ψιλοῦται τὸ ὀστέον τῆς σαρκός.

|| Τῶν δὴ βελέων ῥήγνυσι μάλιστα τὸ ὀστέον τάς τε φανερὰς ῥωγμὰς καὶ τὰς ἀφανέας καὶ φλᾶται καὶ ἐσφλᾶ ἔσω ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ τὸ ὀστέον, τὰ στρογγύλα τε καὶ περιφερέα καὶ ἀρτίστομα, ἀμβλέα τε ὄντα καὶ βαρέα καὶ σκληρὰ, καὶ τὴν σάρκα ταῦτα φλᾶται καὶ πέπειρον ποιέει καὶ κόπτει, καὶ τὰ ἕλκεα γίνεται ὑπὸ τῶν τοιούτων βελέων ἐς τὸ πλάγιον, καὶ ἐν κύκλῳ ὑπόκοιλα καὶ διάπυά τε μᾶλλον γίνεται καὶ ὑγρά ἐστι καὶ ἐπὶ πλέονα χρόνον καθαίρεται. ἀνάγκη γὰρ τὰς σάρκας τὰς φλασθείσας καὶ κοπείσας πῦον γενομένας ἐκτακῆναι. τὰ δὲ βέλεα καὶ προμήκεα ἐπιπολὺ λεπτὰ ἐόντα καὶ ὀξέα καὶ κοῦφα τήν τε σάρκα διατάμνει μᾶλλον ἢ φλᾶ καὶ ὀστέον ὡσαύτως. καὶ ἕδρην μὲν ἐμποιέει αὐτὸ καὶ διακόψαν. διακοπὴ γὰρ καὶ ἕδρη τωυτόν ἐστι. φλᾶ δὲ οὐ μάλα τὸ ὀστέον τὰ τοιαῦτα βέλεα οὐδὲ ῥήγνυσιν, οὐδ' ἐκ τῆς φύσιος ἔσω ἐσφλᾶ.

fit. Quaedam enim fic illata vulnera neque os carne detegunt.

Sub telis fane quae rotunda funt, orbiculata, omni ex parte plana, retufa, gravia et dura os maxime finditur tum rimis confpicuis tum obfcuris et colliditur et a naturali ftatu recedens medium defidit. Eadem quoque carnem contundunt, maturant et lacerant. At fub hujusmodi telis vulnera ad latera et in orbem aliquantulum cava purulentaque magis redduntur atque humida, longioreque tempore repurgantur. Carnes enim collifas et laceratas in pus verfas neceffe eft tabefcere. Tela vero oblonga magna ex parte tenuia, acuta et levia carnem magis incidunt osque fimiliter, quam collidant. Idque etiam quod incidit teli veftigium inducit. Praecifio enim et teli veftigium ad idem referuntur. Ac tela hujusmodi neque magnopere os collidunt, neque findunt neque a naturali ftatu recedens medium defidere faciunt.

Ἀλλὰ χρὴ πρὸς τῇ ὄψει τῇ ἑωυτοῦ ὅ τι ἄν σοι φαίνηται ἐν τῷ ὀστέῳ καὶ ἐρώτησιν ποιέεσθαι πάντων τούτων· τοῦ γὰρ μᾶλλόν τε καὶ ἧσσον τρωθέντος ταῦτ' ἐστὶ σημεῖα, καὶ ἢν ὁ τρωθεὶς καρωθῇ, καὶ σκότος περιχυθῇ καὶ δῖνος, ἢ καὶ πέσῃ.

[122] Ὅταν (697) δὲ τύχῃ ψιλωθὲν τὸ ὀστέον τῆς σαρκὸς ὑπὸ τοῦ βέλεος καὶ τύχῃ κατ' αὐτὰς τὰς ῥαφὰς γενόμενον τὸ ἕλκος, χαλεπὸν γίνεται καὶ τὴν ἕδρην τοῦ βέλεος φράσασθαι τὴν ἐν τῷ ἄλλῳ ὀστέῳ φανερὴν γινομένην, εἴτ' ἔνεστιν ἐν τῷ ὀστέῳ, εἴτε μὴ ἔνεστιν, ἤν τε τύχῃ γινομένη ἡ ἕδρη ἐν αὐτῇσι τῇσι ῥαφῇσι. συμβλέπει γὰρ αὐτὴ ἡ ῥαφὴ τρηχυτέρη ἐοῦσα τοῦ ἄλλου ὀστέου, καὶ οὐ διάδηλον ὅτι τε αὐτοῦ ῥαφή ἐστι καὶ ὅτι τοῦ βέλεος ἕδρη, ἢν μὴ κάρτα μεγάλη γένηται ἡ ἕδρη. προσγίνεται δὲ καὶ ῥῆξις τῇ ἕδρῃ ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ αὕτη ἐν τῇσι ῥαφῇσι γινομένη, καὶ γίνεται καὶ αὐτῇ ἡ ῥῆξις χαλεπωτέρη φράσασθαι ἐῤῥωγότος τοῦ ὀστέου, διὰ τοῦτο ὅτι κατ' αὐτὴν τὴν ῥαφὴν ἡ ῥῆξις γίνεται, ἢν ῥηγνύηται ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. ἕτοιμον γὰρ ταύτῃ ῥήγνυσθαι τὸ ὀστέον καὶ διαχαλᾷν διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς φύσιος τοῦ ὀστέου ταύτῃ καὶ ἀραιότητα καὶ διά τε τῆς ῥα-

Caeterum praeter id quod oculis tuis subjicitur, quicquid in osse tibi apparere videbitur, etiam ex aegro requirendum: etenim magis aut minus vulnerati haec sunt indicia. Tum si aeger alto sopore detentus fuerit, aut tenebrae oculis offusae, aut si vertigo prehenderit, aut ipse conciderit.

At ubi osse a telo nudato vulnus ad ipsas suturas fieri contigerit, teli vestigium, quod in alio osse relictum necne fuerit conspicuum est, si in suturis ipsis extiterit, asserere est difficile. Fallit enim sutura ipsa reliquo osse asperior, neque constat sitne illic sutura, an teli vestigium, nisi admodum magnum teli vestigium relictum sit. Accedit quoque ad teli vestigium plerumque rima ipsa in suturis existens, fractoque osse rimam asserere ideo difficilius est, quod ubi plurimum frangi contingit, ad suturam ipsam rima existat. Prompte enim os hac parte, ob eam quam a natura habet imbecillitatem, frangitur et elaxatur, aut quia sutura prompte

Ed. Chart. XII. [122.] Foes. I. 903. 904. Ed. Lind. II. (697. 698.)

φῆς ἑτοίμης ἐούσης ῥήγνυσθαι καὶ διαχαλᾷν. τ' ἄλλα τὰ ὀστέα τὰ περιέχοντα τὴν ῥαφὴν μένει ἄῤῥαγέα, ὅτι ἰσχυρότερά ἐστι τῆς ῥαφῆς. ἡ δὲ ῥῆξις ἡ κατὰ τὴν ῥαφὴν γινομένη καὶ διαχάλασίς ἐστι τῆς ῥαφῆς καὶ φράσασθαι οὐκ εὐμαρὴς ᾖ, οὔτε ὑπὸ ἕδρης τοῦ βέλεος γενομένης ἐν τῇ ῥαφῇ, ἐπειδὰν ῥαγῇ καὶ διαχαλάσῃ, ἀλλ' ἔστι χαλεπώτερον φράσασθαι τὴν ἀπὸ τῆς φλάσιος ῥωγμήν. συγκλέπτουσι γὰρ τὴν γνώμην καὶ τὴν ὄψιν τοῦ ἰητροῦ αὗται αἱ ῥαφαὶ ῥωγμοειδέες φαινόμεναι καὶ τρηχύτεραι ἐοῦσαι τοῦ ἄλλου ὀστέου, ὅτι μὴ ἰσχυρῶς διεκόπη καὶ διέχαλασε. || διακοπὴ δὲ καὶ ἕδρη τωὐτόν ἐστιν. ἀλλὰ χρὴ εἰ κατὰ τὰς ῥαφὰς τὸ τρῶμα γένοιτο καὶ πρός γε τὸ ὀστέον στηρίξειε τὸ βέλος, προσέχοντα τὸν νόον ἀνευ(698)ρίσκειν ὅ τι πέπονθε τὸ ὀστέον. ἀπὸ γὰρ ἴσων βελέων τὸ μέγεθος καὶ ὁμοίων καὶ πολλόν τε ἐλασσόνων καὶ ὁμοίως τρωθεὶς καὶ πολὺ ἧσσον, πολλῷ μεῖζον ἐκτήσατο τὸ κακὸν ἐν τῷ ὀστέῳ ἐς τὰς ῥαφὰς δεξάμενος τὸ βέλος ἢ ὁ μὴ ἐς τὰς ῥαφὰς δεξάμενος καὶ τούτων τὰ πολλὰ πρίεσθαι δεῖ. ἀλλ' οὐ χρὴ αὐτὰς τὰς ῥαφὰς πρίειν, ἀλλ' ἀποχωρήσαντα ἐν τῷ πλησίον ὀστέῳ τὴν πρίσιν ποιέεσθαι,

frangi ac elaxari ſolet. Reliqua vero oſſa ſuturam ambientia, quod ſutura ſint robuſtiora, citra fracturam permanent. At fractura ad ſuturam exiſtens ſuturae etiam laxatio eſt, quam ubi fracta fuerit et elaxata, num id a teli veſtigio in ſutura exiſtente contingat, aſſerere non eſt facile. Verum rimam ubi ex colliſo contigerit, difficilius eſt aſſerere. Suturae enim rimae ſpeciem referentes et reliquo oſſe aſperiores, medici judicium et viſum fallunt, niſi os vehementer diſſectum ſit et elaxatum. Praeciſio autem et teli ſedes eodem referuntur. Sed ubi ſuturas vulnus attigerit et in oſſe telum inſederit, mentem adhibere oportet, ut qua noxa os aſſiciatur inveniamus. Ab aequalibus enim magnitudine telis aut ſimilibus, aut longe etiam minoribus, ſimiliter ac multo levius vulneratus, longe gravius offenditur qui oſſe ad ſuturas telum excepit quam qui alia parte ex iisque plerumque ſectione indigent. Ad ipſas tamen ſuturas non eſt ſectio adhibenda, verum ubi ab his receſſeris, ſi ſectio-

ἢν πρίης. περὶ δὲ ἰήσιος τρώσιος τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ ὡς χρὴ ἐξελέγχειν τὰς πάθας τὰς ἐν τῷ ὀστέῳ γινομένας τὰς μὴ φανερὰς, ὧδέ μοι δοκέει.

Ἕλκος ἐν τῇ κεφαλῇ οὐ χρὴ τέγγειν οὐδενὶ, οὐδὲ οἴνῳ ἄλλως ἥκιστα, οὐδὲ καταπλάσσειν, οὐδὲ μοτῷ τὴν ἴησιν ποιέεσθαι. οὐδὲ πιέζειν χρὴ ἕλκος ἐν κεφαλῇ, ἢν μὴ ἐν τῷ μετώπῳ ᾖ τὸ ἕλκος ἢ ἐν τῷ ψιλῷ τῶν τριχῶν ἢ περὶ τὴν ὀφρῦν καὶ τὸν ὀφθαλμόν. ἐνταῦθα δὲ γινόμενα τὰ ἕλκεα καταπλάσιος καὶ ἐπιδέσιος μᾶλλον κέχρηται ἤ που ἄλλοθι τῆς [123] κεφαλῆς τῆς ἄλλης. περιέχει γὰρ ἡ κεφαλὴ ἡ ἄλλη τὸ μέτωπον πᾶν. ἐκ δὲ τῶν περιεχόντων τὰ ἕλκεα καὶ ἐν ὅτῳ ἂν ᾖ τὰ ἕλκεα φλεγμαίνει καὶ ἐπανοιδίσκεται δι᾽ αἵματος ἐπιῤῥοήν. χρὴ δὲ οὐδὲ τὰ ἐν τῷ μετώπῳ διὰ παντὸς τοῦ χρόνου καταπλάσσειν καὶ ἐπιδεῖν, ἀλλ᾽ ἐπειδὰν παύσηται φλεγμαίνοντα καὶ τὸ οἴδημα καταστῇ, παύσασθαι καταπλάσσοντα καὶ ἐπιδέοντα. ἐν δὲ τῇ ἄλλῃ κεφαλῇ ἕλκος οὔτε μοτοῦν χρὴ οὔτε καταπλάσσειν οὔτ᾽ ἐπιδεῖν, εἰ μὴ καὶ τομῆς δέοιτο.

nem adhibes, in osse proximo facienda. De capitis autem vulneribus eorumque curatione, quaque ratione latentes ossis affectiones deprehendi debeant, sic censeo.

Capitis ulcus nulla re madefaciendum, ac ne vino quidem, aut quam minimum. Neque vero cataplasmata, neque per linamenta curationem postulat. At neque comprimendum capitis ulcus est, nisi in fronte sit aut in parte pilis nudata, aut circa supercilium et oculum. Harum enim partium ulcera cataplasmatis et deligationis usum magis requirunt, quam quae alia reliqui capitis parte fiunt, cum a reliquo capite frons universa contineatur, ulcera vero quacunque in parte fiant ob sanguinis fluxum, ab iis quibus continentur ad inflammationem et tumorem adducantur. At neque in his quae in fronte sunt toto tempore cataplasmate et deligatione utendum, sed ubi inflammatio cessarit et tumor conquieverit, ab his desistendum. In reliquis autem capitis ulceribus, neque linamentis neque cataplasmate neque deligatione utendum, nisi sectione opus sit.

Ed. Chart. XII. [123.] Foës. I. 906. Ed. Lind. II. (698. 699.)

|| Τάμνειν δὲ χρὴ τῶν ἑλκέων τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ γινο-(699)μένων καὶ ἐν μετώ..ῳ, ὅπη ἂν τὸ μὲν ὀστέον ψιλὸν ᾖ τῆς σαρκὸς καὶ δοκέῃ τι σῖνος ἔχειν ὑπὸ τοῦ βέλεος. τὰ δὲ ἕλκεα μὴ ἱκανὰ τὸ μέγεθος τοῦ μήκεος καὶ τῆς εὐρύτητος, ἐς τὴν σκέψιν τοῦ ὀστέου εἴτι πέπονθεν ὑπὸ τοῦ βέλεος κακὸν καὶ ὁποῖόν τι πέπονθε καὶ ὅσον ἡ μὲν σὰρξ πέφλασται, καὶ τὸ ὀστέον ἔχει τὸ σῖνος, καὶ δ᾽ αὖ τε εἰ ἀσινές τέ ἐστι τὸ ὀστέον ὑπὸ τοῦ βέλεος καὶ μηδὲν πέπονθε κακὸν, καὶ ἐς τὴν ἴησιν, οἵης δεῖταί τινος τό τε ἕλκος, ἥ τε σὰρξ, καὶ ἡ πάθη τοῦ ὀστέου. τὰ δὴ τοιαῦτα τῶν ἑλκέων τομῆς δεῖται. ἂν καὶ μὲν ὀστέον ψιλωθῇ τῆς σαρκὸς, ὑπόκοιλα δὲ ᾖ ἐς πλάγιον ἐπιπολὺ ἐπανατέμνειν τὸ κοῖλον, ὅκου μὴ εὐχερὲς τῷ φαρμάκῳ ἀφικέσθαι, ὁκοίῳ ἄν τινι χρὴ, καὶ τὰ κυκλότερα τῶν ἑλκέων, καὶ ὑπόκοιλα ἐπὶ πολὺ καὶ τὰ τοιαῦτα ἐπανατέμνων τὸν κύκλον διχῇ κατὰ μῆκος, ὡς πέφυκεν ἄνθρωπος μακρὸν ποιέειν τὸ ἕλκος.

Τάμνοντι δὲ κεφαλὴν τὰ μὲν ἄλλα τῆς κεφαλῆς ἀσφα-

Sectionem autem postulant capitis et frontis ulcera, ubi os quidem carne nudatum fuerit, aut sub telo noxiam aliquam sensisse videatur. Ipsa vero ulcera non satis idoneam habent longitudinem et latitudinem qua perspici possit nunquid os sub telo male affectum sit, aut qualemnam noxam senserit, aut quantum quidem carnis collisum sit et quantum offensionis os senserit, contraque num os a telo inviolatum manserit, nihilque mali senserit, et quanam curatione tum ulcus tum caro, tum ossis offensio opus habeat. Ejusmodi sane ulcera sectionem postulant. Atque etiam ubi os quidem carne nudatum fuerit, ulcera autem obliquam quandam cavitatem habeant, abunde cavum incidere oportet, ubi medicamentum, quodcunque opus fuerit, non facile pervenire potest. Sed et ulcera orbiculata et admodum cava ejusmodi quoque incidere oportet, ut orbe in longitudinem bifariam diviso, prout est hominis natura, ulcus longum efficiatur.

At in capitis sectione caeterae quidem capitis partes

Ed.Chart.XII. [123. 124.] Foës. I. 906. 907. Ed. Lind. II. (699. 700.)

λείην ἔχει τεμνόμενα, ὁ δὲ κρόταφος καὶ ἄνωθεν ἔτι τοῦ κροτάφου, κατὰ τὴν φλέβα τὴν διὰ τοῦ κροτάφου φερομένην, τοῦτο δὲ τὸ χωρίον μὴ τάμνειν. σπασμὸς γὰρ ἐπιλαμβάνει τὸν τμηθέντα. καὶ ἢν μὲν ἐπ᾽ ἀριστερὰ τμηθῇ κροτάφου, τὰ ἐπιδεξιὰ ὁ σπασμὸς ἐπιλαμβάνει· ἢν δ᾽ ἐπὶ τὰ δεξιὰ τμηθῇ κροτάφου, τὰ ἐπ᾽ ἀριστερὰ ὁ σπασμὸς ἐπιλαμβάνει.

|| Ὅταν οὖν τάμνῃς ἕλκος ἐν κεφαλῇ ὀστέων εἵνεκα τῆς σαρκὸς ἐψιλωμένων, θέλων εἰδέναι εἴ τι ἔχει τὸ ὀστέον [124] κακὸν ὑπὸ τοῦ βέλεος ἢ καὶ οὐκ ἔχει, τάμνειν χρὴ τὸ μέγεθος τὴν ὠτειλὴν, ὅση ἂν δοκέῃ ἄνω χρῆναι. τάμνοντα δὲ χρὴ ἀναστεῖλαι τὴν σάρκα ἀπὸ τοῦ ὀστέου, ἣ πρὸς (700) τῇ μήνιγγι καὶ πρὸς τῷ ὀστέῳ πέφυκεν. ἔπειτα διαμοτῶσαι τὸ ἕλκος πᾶν μοτῷ, ὅστις ἂν εὐρύτατον τὸ ἕλκος παρέξει ἐς τὴν ὑστεραίην ξὺν ἐλαχίστῳ πόνῳ. μοτώσαντα δὲ καταπλάσματι χρῆσθαι ὅσον ἂν χρόνον καὶ τῷ μοτῷ, μάζην ἐκ λεπτῶν ἀλφίτων, ἐν ὄξει διαμάσσειν ἢ ἕψειν καὶ γλίσχρην ποιέειν ὡς μάλιστα.

tuto secari possunt, tempus vero et quod adhuc supra est, juxta venam quae per tempora fertur, haec inquam regio secari non debet. Nervorum enim distentione prehenditur qui sectus est. At si sinistra tempora secta fuerint, dextra convulsio prehendit, sin ad dextra sectio fuerit, sinistra convelluntur.

Ubi igitur ossium carne nudatorum causa ulcus in capite secatur, ut cognoscas sub telo os aliquod vitium senserit necne, vulnus ea magnitudine superiore parte, quanta opus esse videbitur, secari debet. Cum autem inciditur, carnem quae ossi et membranae adhaeret, ab osse diducere oportet. Tum linamentis ulcus implendum, quae in posterum diem quam minimo labore ulcus amplissimum exhibeant. Admotis linamentis, cataplasmate quamdiu linamenta adhibentur utendum, maza ex tenuissima polenta ex aceto subacta et incocta, ut quam maxime glutinosa reddatur.

Τῇ δ᾽ ὑστεραίῃ ἡμέρῃ ἐπειδὰν ἐξέλῃς τὸν μοτὸν, κατιδὼν τὸ ὀστέον ὅ τι πέπονθεν, ἐὰν μή σοι καταφανὴς ᾖ ἡ τρῶσις ὁποίη τίς ἐστιν ἐν τῷ ὀστέῳ, μηδὲ διαγινώσκῃς εἴτε τι ἔχει τὸ ὀστέον κακὸν ἐν ἑωυτῷ ἢ καὶ οὐκ ἔχει, τὸ δὲ βέλος δοκέῃ ἀφικέσθαι ἐς τὸ ὀστέον καὶ σινᾶσθαι, ἐπιξύειν χρὴ τῷ ξυστῆρι κατὰ βάθος καὶ κατὰ μῆκος τοῦ ἀνθρώπου ὡς πέφυκεν. καὶ αὖθις εἰ ᾖ κάρσιον τὸ ὀστέον τῶν ῥήξεων εἵνεκα τῶν ἀφανέων ἰδεῖν καὶ τῆς φλάσιος εἵνεκα τῆς ἀφανέος τῆς οὐκ ἐσφλωμένης εἴσω ἐκ τῆς φύσιος τῆς κεφαλῆς τοῦ ἄλλου ὀστέου. ἐξελέγχει γὰρ ἡ ξύσις μᾶλλον, ἢν μὴ καὶ ἄλλως καταφανέες ἔωσιν αὗται αἱ πάθαι οὖσαι ἐν τῷ ὀστέῳ τοῦ βέλεος, καὶ ἢν ἕδρην ἴδῃς ἐν τῷ ὀστέῳ τοῦ βέλεος, ἐπιξύειν χρὴ αὐτήν τε τὴν ἕδρην τοῦ βέλεος καὶ τὰ περιέχοντα αὐτὴν ὀστέα, μὴ πολλάκις τῇ ἕδρῃ προσγένηται ῥῆξις καὶ φλάσις ἢ μούνη φλάσις, ἔπειτα λανθάνῃ οὐ καταφανέα ἐόντα.

Ἐπειδὰν δὲ ξύσῃς τὸ ὀστέον τῷ ξυστῆρι, ἢν μὲν δοκέῃ ἐς πρίσιν ἀφίκειν ἡ τρῶσις τοῦ ὀστέου, πρίειν χρὴ καὶ τὰς

Postridie exemptis linamentis ubi os affectum conspexeris, si cujusmodi plaga in osse fuerit non sit tibi conspicua, neque dijudices os mali aliquid in se receperit necne, telum autem ad os pervenisse ipsumque offendisse videatur, id scalpro rasorio in altitudinem et longitudinem, prout est hominis natura radendum est, atque etiam si transversum os fuerit, ob rimas quae in conspectum non veniunt, aut collisionem non apparentem, ubi os medium non desederit, neque sua natura ab altero capitis osse intro recesserit. Ubi namque os deraseris, magis deprehendes ossis ex telo affectiones, si alioqui in conspectum non venerint. Ac si teli vestigium in osse conspiciatur, ipsum quoque eradendum est, tum circum ambientia ossa, ne cum saepe ad teli vestigium fissum et collisum, aut collisum tantum accedat, ea postea lateant neque in conspectum veniant.

Postquam autem os scalpro eraseris, si quidem ossis vulnus ad sectionem tendere videatur, intra triduum ad

Ed. Chart. XII. [124. 125.] Foes. I. 907. 908. Ed. Lind. II. (700. 701.)

τρεῖς ἡμέρας μὴ ὑπερβάλλειν ἀπρίωτον, ἀλλ' ἐν ταύτῃσι πρίζειν ἄλλως τε καὶ τῆς θερμῆς ὥρης, ἢν ἐξ ἀρχῆς λαμβάνῃς || τὸ ἴημα. ἢν δὲ ὑποπτεύσῃς μὲν τὸ ὀστέον ἐῤῥωγέναι ἢ πε(701)φλᾶσθαι, ἢ ἀμφότερα ταῦτα, τεκμαιρόμενος ὅτι ἰσχυρῶς τέτρωται ἐκ τῶν λόγων τοῦ τρωματίου, καὶ ὅτι ὑπὸ ἰσχυροῦ τοῦ τρώσαντος, ἢν ἕτερος ὑφ' ἑτέρου τρωθῇ, καὶ τὸ βέλος ὅτῳ ἐτρώθη ὅτι τῶν κακούργων βελέων ἦν. ἔπειτα τὸν ἄνθρωπον ὅτι δῖνός τε ἔλαβε καὶ σκότος καὶ ἐκαρώθη καὶ κατέπεσε. τούτων δὲ οὕτω γι[125]νομένων, ἢν μὴ διαγινώσκῃς εἰ ἔῤῥωγε τὸ ὀστέον ἢ πέφλασται ἢ καὶ ἀμφότερα ταῦτα, μήτε ἄλλως ὁρῶν, δεῖ δὴ ἐπὶ τὸ ὀστέον τήκειν τὸ μελάντατον δεύσαντα τῷ μέλανι φαρμάκῳ τῷ τηκομένῳ. τό τε ἕλκος ὑποτείνας ὀθόνιον ἐλαίῳ τέγξαι, εἶτα καταπλάσας τῇ μάζῃ ἐπιδῆσαι. τῇ δ' ὑστεραίῃ ἀπολύσας καὶ ἐκκαθήρας τὸ ἕλκος ἐπιξῦσαι, καὶ ἢν μὴ ᾖ ὑγιὲς, ἀλλ' ἐῤῥώγῃ καὶ πεφλασμένον ᾖ, τὸ μὲν ἄλλο ἔσται ὀστέον λευκὸν ξυόμενον. ἡ δὲ ῥωγμὴ καὶ ἡ φλάσις κατακέντος τοῦ φαρμά-

ſectionem veniendum, neque id ſpatium citra ſectionem ſuperandum, idque praecipue ſi calida anni tempeſtate ab initio curationem ſuſceperis. At ſi os quidem fiſſum ſuſpiceris aut colliſum, aut utrumque, ex vulnerati ſermonibus de vulneris magnitudine conjecturam faciens, quod a robuſto vulnus illatum ſit, ſi alter ab altero vulneratus fuerit, quodque telum quo vulnus eſt inflictum ex eorum eſt genere quae noxam inferunt, tum quia aeger vertigine correptus fuerit, aut tenebrae oculis offuſae, aut alto ſopore detentus conciderit. Quae quidem ubi inciderint, niſi dignoſcas osne fiſſum ſit aut colliſum, aut utroque modo vitiatum neque alia ratione conſpicere liceat: ſuper os atramentum ſcriptorium medicamento aliquo nigro liquato maceratum inducendum, ulcusque ſubjecto linteo oleo madefacto, deinde cataplasmate ex maza impoſito deligandum, poſtridie vero ulcere reſoluto ac repurgato os deradendum. Et ſi integrum non fuerit, ſed fiſſum et colliſum, reliquum quidem os eraſum album erit. At fiſſum et colliſum, in ſe medi-

Ed. Chart. XII. [125.] Foeſ. I. 908. Ed. Lind. II. (701. 702.)

κου δεξαμένη τὸ φάρμακον ἐς ἑωυτὴν μέλαν ἐὸν, ἔσται μέλαινα ἐν λευκῷ τῷ ὀστέῳ τῷ ἄλλῳ. ἀλλὰ χρὴ αὖθις τὴν ῥωγμὴν ταύτην φανεῖσαν ἐπιξέειν κατὰ βάθος, καὶ ἢν μὲν ἐπιξύων τὴν ῥωγμὴν ταύτην φανεῖσαν μέλαιναν ἐξέλῃς καὶ ἀφανέα ποιήσῃς, φλάσις μὲν γεγένηται τοῦ ὀστέου ἢ μᾶλλον ἢ ἧσσον, ἥτις περ ἔῤῥηξε καὶ τὴν ῥωγμὴν τὴν ἀφανισθεῖσαν ὑπὸ τοῦ ξυστῆρος. ἧσσον δὲ φοβερὸν καὶ ἧσσον ἂν πρῆγμα ἀπ' αὐτῆς γένοιτο ἀφανισθείσης τῆς ῥωγμῆς. ἢν δὲ κατὰ βάθος ᾖ καὶ μὴ ἐθέλῃ ἐξιέναι ἐπιξυομένη, ἀφίκει ἐς πρίσιν ἡ τοιαύτη ξυμφορή. ἀλλὰ χρὴ πρίσαντα τὰ λοιπὰ ἰητρεύειν τὸ ἕλκος. φυλάσσεσθαι δὲ χρὴ ὅπως μή τι κακὸν (702) ἀπολαύσῃ τὸ ὀστέον ἀπὸ τῆς σαρκὸς, ἢν κακῶς ἰητρεύηται. ὀστέῳ γὰρ καὶ πεπρισμένῳ καὶ ἄλλως ἐψιλωμένῳ, ὑγιεῖ δὲ ἐόντι καὶ ἔχοντί τι σῖνος ὑπὸ τοῦ βέλεος, δοκέοντι δὲ ὑγιεῖ εἶναι, κίνδυνός ἐστι μᾶλλον ὑπόπυον γενέσθαι, ἢν καὶ ἄλλως μὴ μέλλῃ, ἢν καὶ ἡ σὰρξ ἡ περιέχουσα τὸ ὀστέον κακῶς θεραπεύηται καὶ φλεγμαίνηται καὶ περισφίγγηται. πυρετῶδες γὰρ γίνεται καὶ πολλοῦ φλογμοῦ πλέον, καὶ δὴ τὸ ὀστέον

camentum nigrum dilutum recipiens, reliquo oſſe albo exiſtente nigrum conſpicietur. Verum iterum rimam ipſam in conſpectum venientem alte radere oportet. Ac ſi quidem radendo rimam ejusmodi nigram viſam exemeris et deleveris, colliſum quidem os plus aut minus fuit, ex quo rimam accepit, quam ſcalper raſorius delevit. At rima deleta res minus terret minusque negotii exhibet. Ubi vero altius deſcendit, neque radendo eximi poteſt, in hoc caſu ad ſectionem deveniendum eſt. Caeterum ſectione utendum in reliquo ad ulceris curationem intentum eſſe oportet, cavendumque eſt ne os a male curata carne aliquid vitii contrahat. Os enim ſectionem expertum et alioqui nudatum, integrum tamen aut quod a telo oſſenſionem accepit, ſed integrum videtur, magis periclitatur ne purulentum evadat, quamvis id alias futurum non ſit, tum ſi caro os ambiens male curetur tum inflammationem concipiat, et conſtricta ſit. Igneum enim evadit multoque ardore redundat, ſane-

Ed. Chart. XII. [125. 126.] Foës. I. 908. 909. Ed. Lind. II. (702.)
ἐκ τῶν περιεχουσῶν σαρκέων ἐς ἑωυτὸ θέρμην τε καὶ φλογμὸν καὶ ἄραδον ἐμποιέει καὶ σφυγμὸν, καὶ ὅσα περ ἡ σὰρξ ἔχει κακὰ ἐν ἑωυτῇ, καὶ ἐκ τουτέων ὧδε ὑπόπυον γίνεται.

|| Κακὸν δὲ καὶ ὑγρήν τε εἶναι τὴν σάρκα ἐν τῷ ἕλκει καὶ μυδῶσαν καὶ ἐπὶ πολλὸν χρόνον καθαίρεσθαι. ἀλλὰ χρὴ διάπυον μὲν ποιῆσαι τὸ ἕλκος ὡς τάχιστα. οὕτω γὰρ ἂν ἥκιστα φλεγμαίνοι τὰ περιέχοντα τὸ ἕλκος καὶ τάχιστα καθαρὸν εἴη. ἀνάγκη γὰρ ἔχει τὰς σάρκας τὰς κοπείσας [126] καὶ φλασθείσας ὑπὸ τοῦ βέλεος ὑποπύους γενομένας ἐκτακῆναι. ἐπειδὰν δὲ καθαρθῇ, ξηρότερον χρὴ γίγνεσθαι τὸ ἕλκος. οὕτω γὰρ ἂν τάχιστα ὑγιὲς γένοιτο ξηρῆς σαρκὸς βλαστούσης καὶ μὴ ὑγρῆς, καὶ οὕτως οὐκ ἂν ὑπερσαρκίσῃ τὸ ἕλκος. ὁ δ᾽ αὐτὸς λόγος καὶ ὑπὲρ τῆς μήνιγγος τῆς περὶ τὸν ἐγκέφαλον. ἢν γὰρ αὐτίκα ἐκπρίσας τὸ ὀστέον καὶ ἀφελὼν ἀπὸ τῆς μήνιγγος ψιλώσας, αὐτὴν καθαρὴν χρὴ ποιῆσαι ὡς τάχιστα καὶ ξηρὴν, ὡς μὴ ἐπὶ πουλὺν χρόνον ἐοῦσα μυδήῃ τε καὶ ἐξαίρηται. τούτων γὰρ οὕτω γινομένων σαπῆναι αὐτὴν κίνδυνος.

que os ipſum ex ſuperjectis carnibus calorem, incendium, perturbationem, pulſum, caeteraque vitia quibus caro vexatur in ſe inducit, ex hisque hoc modo purulentum evadit.

Vitioſa autem eſt ulceris caro humida et nimia uligine marceſcens, idque longo tempore repurgari. Sed quam celerrime quidem ulcus ad ſuppurationem adducere oportet. Hac enim ratione ulcus ambientes partes minime inflammatione vexabuntur, ipſumque purum citiſſime evadet. A telo namque tum conciſas tum colliſas carnes in pus verti ac tabeſcere neceſſe eſt. At ubi repurgatum ulcus fuerit, ſiccius evadat oportet. Sic enim citiſſime ſaneſcet et caro ſicca minimeque humida ſuccreſcet, neque hoc pacto in ulcere caro modum excedet. Eadem quoque eſt ratio membranae cerebrum ambientis. Ea enim protinus oſſe ſecto et exempto denudata quam citiſſime purgari et ſiccari debet, ne ſi diutius madeſcat tum nimia uligine marceſcat, tum in tumorem aſſurgat. His enim ita ſe habentibus periculum eſt ne ipſa putreſcat.

Ed. Chart. XII. [126.] Foës. I. 909. 910. Ed. Lind. II. (702. 703.)

Ὀστέον δὲ ὅ τι δὴ ἀποστῆναι δεῖ ὅτου ἄλλου ὀστέου ἕλκεος ἐν κεφαλῇ (703) γενομένου, ἕδρης τε ἐούσης τοῦ βέλεος ἐν τῷ ὀστέῳ ἢ ἄλλως ἐπὶ πουλὺ ψιλωθέντος τοῦ ὀστέου, ἀφίσταται ἐπὶ πουλὺ ἔξαιμον γινόμενον. ἀναξηραίνεται γὰρ τὸ αἷμα ἐκ τοῦ ὀστέου ὑπό τε τοῦ χρόνου καὶ ὑπὸ φαρμάκων τῶν || πλείστων. τάχιστα δ' ἂν ἀποσταίη, εἴ τις τὸ ἕλκος ὡς τάχιστα καθήρας ξηραίνοιτο λοιπὸν τό τε ἕλκος καὶ τὸ ὀστέον, καὶ τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἧσσον. τὸ γὰρ τάχιστα ἀποξηρανθὲν καὶ ἀποστρακὸς ἐν τούτῳ μάλιστα ἀφίεται ἀπὸ τοῦ ἄλλου ὀστέου τοῦ ἐναίμου τε καὶ ζῶντος αὐτέου, ἔξαιμόν τε γενόμενον καὶ ξηρὸν τῷ ἐναίμῳ καὶ ζῶντι μάλα ἀφίσταται.

Ὅσα δὲ τῶν ὀστέων ἐσφλᾶται ἔσω, ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτῶν καταῤῥαγέντα ἢ καὶ διακοπέντα πάνυ εὐρέα, ἀκινδυνότερα τὰ τοιαῦτα γίνεται. ἐπὴν ἡ μῆνιγξ ὑγιὴς ᾖ, καὶ τὰ πλέοσι ῥωγμῇσιν ἐσκαταῤῥαγέντα καὶ εὐρυτέρῃσιν, ἔτι ἀκινδυνότερα καὶ εὐμαρέστερα ἐς τὴν ἀφαίρεσιν γίνεται, καὶ οὐ χρὴ πρίειν τῶν τοιούτων οὐδὲν, οὐδὲ κινδυνεύειν τὰ

At vero in capitis vulnere os quod ab alio quovis osse abscessurum est, sive teli vestigium in osse relictum sit, sive alioqui os plurimum nudatum sit, plerumque abscedit ubi exangue redditum fuerit. Resiccatur enim sanguis in osse tempore, et sub plurimis medicamentis. Abscedet autem celerrime, si quis quam citissime repurgato ulcere in reliquo tum ulcus tum os siccet, idque plus aut minus. Quod enim citissime resiccatum est et in testulam abiit, ideo ab alio osse vitam et sanguinem habente potissimum absolvitur, et cum exangue et siccum reddatur, ab eo quod vitam in sanguinem habet valde abscedit.

Ossa quae a suo naturali statu recedunt et media desidunt, fracta aut late admodum praecisa, haec minus habent periculi ubi membrana integra fuerit, quaeque rimis pluribus et latioribus intus fracta sunt, minus etiam periculo sunt obnoxia et facilius eximuntur, neque horum quicquam sectione indiget, neque cum periculo ossa auferre tentan-

ὀστέα πειρώμενον ἀφαιρέειν πρὶν ἢ αὐτόματα ἐπανίῃ, εἰκὸς πρῶτον χαλάσαντος. ἐπανέρχεται δὲ τῆς σαρκὸς ὑποφυομένης, ὑποφύεται δὲ ἐκ τῆς διπλόης τοῦ ὀστέου καὶ ἐκ τοῦ ὑγιέος, ἢν ἡ ἄνωθεν μοῖρα τοῦ ὀστέου μούνη σφακελίσῃ. οὕτω δ᾽ ἂν τάχιστα ἥ τε σὰρξ ὑποφύοιτο καὶ βλαστάνοι καὶ τὰ ὀστέα ἐπανίοι, εἴ τις τὸ ἕλκος ὡς τάχιστα διάπυον ποιήσας καθαρὸν ποιήσηται, καὶ ἢν διὰ παντὸς τοῦ ὀστέου ὕμφω αἱ μοῖραι ἐσφλασθῶσιν ἔσω ἐς τὴν μήνιγγα, ἥ τε ἄνω μοίρη τοῦ ὀστέου καὶ ἡ κάτω, ἰητρεύοντι ὡσαύτως τὸ ἕλκος ὑγιὲς τάχιστα ἔσται, καὶ τὰ ὀστέα τάχιστα ἐπάνεισιν τὰ ἐσφλασθέντα ἔσω.

[127] (704) *Τῶν δὲ παιδίων τὰ ὀστέα καὶ λεπτότερά ἐστι καὶ μαλθακώτερα διὰ τοῦτο, ὅτι ἐναιμότερά ἐστι καὶ κοῖλα, καὶ οὔτε σηραγγώδεα καὶ οὔτε πυκνὰ οὔτε στερεά, καὶ ὑπὸ τῶν βελέων ἴσων τε ἐόντων καὶ ἀσθενεστέρων καὶ τρωθέντων ὁμοίως τε καὶ ἧσσον, τὸ τοῦ νεωτέρου παιδίου καὶ μᾶλλον καὶ θᾶσσον ὑποπυΐσκεται ἢ τὸ τοῦ πρεσβυτέρου καὶ ἐν ἐλάσσονι χρόνῳ καὶ ὅσα ἂν ἄλλως μέλλῃ ἀποθανεῖ-*

dum prius quam ſponte ſurſum cedant. Surſum autem os educi priore laxato et carne ſubnaſcente eſt conſentaneum, quae ex oſſis meditullio, ubi oſſa inter ſe connectuntur, et ab eo quod ſanum eſt ſuccreſcit, ſi ſuperior tantum oſſis pars corrupta ſit. Hac vero ratione tum caro celerrime ſuccreſcet et pullulabit, tum oſſa ſurſum educentur, ſi quis ulcus quam citiſſime in pus mutatum repurget. Quod ſi os totum utraque ex parte, tam ſuperiore quam inferiore, deorſum ad membranam inſederit, ſub eadem curatione et ulcus citiſſime ſaneſcet, et oſſa deorſum inſidentia celerrime ſurſum educentur.

At puerorum oſſa et tenuiora ſunt et ob eam cauſam molliora, quod ſanguine magis redundant et cava ſunt, non dura, non denſa, non ſolida, et ſi ſub telis aequalibus et imbecillioribus aequale aut etiam levius vulnus acceptum ſit, junioris pueri os magis et citius minorique ſpatio puru-

σθαι ἐκ τοῦ τρώματος, ὁ νεώτερος τοῦ πρεσβυτέρου θᾶσσον ἀπόλλυται.

|| Ἀλλὰ χρὴ, ἢν ψιλωθῇ τῆς σαρκὸς τὸ ὀστέον, προσέχοντα τὸν νόον πειρῆσθαι διαγινώσκειν ὅτι μή ἐστι τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν καὶ γνῶναι εἰ ἔῤῥωγε τὸ ὀστέον καὶ εἰ πέφλασται ἢ μοῦνον πέφλασται, καὶ εἰ ἕδρης γενομένης τοῦ βέλεος πρόσεστι φλάσις ἢ ῥωγμὴ ἢ ἄμφω ταῦτα, καὶ ἤν τι τούτων πεπόνθῃ τὸ ὀστέον, ἀφεῖναι τοῦ αἵματος τρυπῶντα τὸ ὀστέον σμικρῷ τρυπάνῳ φυλασσόμενον ἐπ᾽ ὀλίγον. λεπτότερον γὰρ τὸ ὀστέον καὶ ἐπιπολαιότερον τῶν νέων ἢ τῶν πρεσβυτέρων.

Ὅστις δὲ μέλλει ἐκ τρωμάτων ἐν κεφαλῇ ἀποθνήσκειν καὶ μὴ δυνατὸν αὐτὸν ὑγιᾶ γενέσθαι μηδὲ σωθῆναι, ἐκ τῶνδε τῶν σημείων χρὴ τὴν διάγνωσιν ποιέεσθαι τοῦ μέλλοντος ἀποθνήσκειν καὶ προλέγειν τὸ μέλλον ἔσεσθαι. πάσχει γὰρ τάδε. ὁκόταν τις ὀστέον κατεηγὸς ἢ ἐῤῥωγὸς ἢ πεφλασμένον ἢ ὅτῳ γοῦν τρόπῳ κατεηγὸς ἐννοήσας ἁμάρτῃ καὶ μήτε ξύσῃ μήτε πρίσῃ μήτε δεόμενον, μήτε δὲ ὡς ὑγιέος

lentum evadit quam ſenioris, ac ſi alioqui ex vulnere moriundum ſit, junior ſeniore citius perit.

Verum ubi os carne nudatum fuerit, animi intentione adhibita conandum eſt ut dignoſcas, ſi minus id licet oculis videre et cognoſcere, num os fiſſum ſit et colliſum, an colliſum tantum, vel num ad teli veſtigium colliſio vel rima vel utrumque acceſſerit. Ac ſi quid horum ſenſerit, per exiguam terebram perforato oſſe ſanguis detrahendus, ſubinde adhibita cautione, quod os juvenum quam ſenum tenuius ſit et per ſumma magis feratur.

At ubi quis ex capitis vulneribus periturus eſt, neque ulla ratione ſanitatem recipere neque ſervari poteſt, hunc ex his notis moriturum dignoſcere licet et ex his quae ei contingunt quod eventurum eſt praedicere. Ubi os fractum aut fiſſum aut colliſum, aut quocunque modo fractum eſſe quis intellexerit, neque per errorem raſerit aut ſecuerit, tanquam ſectionem non poſtulet aut os integrum exiſtat

Ed. Chart. XII. [127. 128.] Foës. I. 911. Ed. Lind. II. (704. 705.)

ὄντος τοῦ ὀστέου, πρὸ τῶν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμερέων πυρετὸς ἐπιλήψεται ὡς ἐπιπολὺ ἐν χειμῶνι. ἐν δὲ τῷ θέρει μετὰ τὰς ἑπτὰ ἡμέρας ὁ πυρετὸς ἐπιλαμβάνει, καὶ ἐπειδὰν τοῦτο γένηται, τὸ (705) ἕλκος ἄχροον γίνεται, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἰχὼρ ῥέει σμικρὸς, καὶ φλεγμαῖνον ἐκτέθνηκεν ἐξ αὐτοῦ καὶ γλισχρῶδες γίνεται καὶ φαίνεται ὥσπερ τάριχος χροιὴν πυῤῥὸν, ὑποπέλιον, καὶ τὸ ὀστέον σφακελίζειν τηνικαῦτα ἄρχεται, καὶ γίνεται περκνὸν, λεῖον ὂν, τελευταῖον ἔπωχρον γενόμενον ἢ ἔκλευκον. ὅταν δ᾽ ἤδη ὑπόπυον ᾖ, ἐπὶ τῇ γλώσσῃ φλυκταῖναι γίνονται καὶ παραφρονέων τελευτᾷ, καὶ σπασμὸς ἐπιλαμβάνει τοὺς πλείστους τὰ ἐπὶ θάτερα τοῦ σώματος. ἢν μὲν ἐν τῷ ἐπ᾽ ἀριστερὰ τῆς κεφαλῆς ἔχῃ τὸ ἕλκος, τὰ ἐπὶ δεξιὰ τοῦ σώματος ὁ σπασμὸς λαμβάνει· ἢν δ᾽ ἐν τῷ ἐπὶ δεξιὰ τῆς κεφαλῆς ἔχῃ τὸ ἕλκος, τὰ ἐπ᾽ ἀριστερὰ τοῦ σώματος ὁ σπασμὸς ἐπιλαμβάνει. εἰσὶ δ᾽ οἳ καὶ ἀπόπληκτοι γίνονται, καὶ οὕτως [128] ἀπόλλυνται πρὸ ἑπτὰ ἡμερέων ἐν θέρει ἢ τεσσάρων καὶ δέκα ἐν χειμῶνι. ὁμοίως δὲ καὶ σημεῖα ταῦτα σημαίνει καὶ ἐν πρεσβυτέρῳ ἐόντι τῷ τρώματι ἢ καὶ ἐν νεωτέρῳ. ἀλλὰ χρὴ εἰ ἐννοίης τὸν πυρετὸν ἐπιλαμβάνοντα καὶ

ante decimum quartum diem hieme plerumque febris invadet, aestate vero post septimum. Quod ubi contigerit, ulcus coloris expers evadit ex eoque sanies parva effluit, et quod in eo inflammatum est emoritur glutinosumque fit, ac salsamentum refert colore fulvum et aliquantulum lividum, tuncque os corruptione vitiari incipit et nigrescit, laeve existens, ad extremum autem subpallidum et exalbicans evadit. Cum vero jam purulentum extiterit, pustulae in lingua exoriuntur et cum delirio mors contingit, plerosque etiam altera corporis parte nervorum distentio invadit. Si quidem sinistra capitis parte ulcus fuerit, dextram corporis partem convulsio prehendit. Sin vero dextra capitis parte ulcus fuerit, sinistra corporis pars convulsione corripitur. Quidam etiam attoniti fiunt, eoque modo aestate ante septimum diem, aut decimum quartum hieme pereunt. Idem quoque haec indicia significant, tum in senioris vulnere tum junioris. Caeterum ubi febrem occupasse, vel aliquod aliud

Ed. Chart. XII. [128.] Foëſ. I. 911. 912. Ed. Lind. II. (705. 706.)

τῶν ἄλλων τι σημεῖον τούτῳ προσγενόμενον μὴ διατρίβειν, ἀλλὰ πρίσαντα τὸ ὀστέον πρὸς τὴν μήνιγγα, ἢ καταξύσαντα τῷ ξυστῆρι. εὔπριστον δὲ γίνεται καὶ εὔξυστον. ἔπειτα τὰ λοιπὰ οὕτως ἰητρεύειν ὅπως ἂν δοκέῃ ξυμφέρειν πρὸς τὸ γινόμενον ὁρῶν.

|| Ὅταν δ᾽ ἐπὶ τρώματι ἐν κεφαλῇ ἀνθρώπου ἢ πεπριωμένου ἢ ἀπριώτου, ἐψιλωμένου δὲ τοῦ ὀστέου οἴδημα ἐπιγένηται ἐρυθρὸν καὶ ἐρυσιπελατῶδες ἐν τῷ προσώπῳ καὶ ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ἀμφοτέροισιν ἢ τῷ ἑτέρῳ, καὶ εἴ τις ἅπτοιτο τοῦ οἰδήματος ὀδυνῷτο, καὶ πυρετὸς ἐπιλαμβάνοι καὶ ῥῖγος, τὸ δὲ ἕλκος αὐτὸ τὸ ἀπὸ τῆς σαρκὸς κα(706)λῶς ἔχοι ἰδέσθαι καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ ὀστέου καὶ τὰ περιέχοντα τὸ ἕλκος ἔχῃ καλῶς, πλὴν τοῦ οἰδήματος τοῦ ἐν τῷ προσώπῳ, καὶ ἄλλην ἁμαρτάδα μηδεμίαν ἔχοι τὸ οἴδημα τῆς ἄλλης διαίτης, τούτου χρὴ τὴν κάτω κοιλίην ὑποκαθῆραι φαρμάκῳ ὅ τι χολὴν ἄγει. καὶ οὕτω καθαρθέντος ὅ τε πυρετὸς ἀφίησιν καὶ τὸ οἴδημα καθίσταται καὶ ὑγιὴς γίνεται. τὸ δὲ φάρμακον χρὴ διδόναι πρὸς τὴν δύναμιν τοῦ ἀνθρώπου ὁρῶν, ὡς ἂν ἔχῃ ἰσχύος.

ſignum huic adeſſe cognoveris, minime differendum eſt, ſed os ad membranam usque ſecandum aut ſcalpro eradendum, facile autem ſecatur et eraditur. Tum in reliquis ea curatio adhibenda quae commoda videbitur, ad id quod fit oculos intendendo.

At ubi in capitis vulnere, ſive ſerra fuerit adhibita ſive non, nudato tamen oſſe, tumor rubicundus ad eryſipelatis naturam accedens, in facie et oculis utrisque vel altero ſubortus fuerit, quique ad contactum doleat ac febris et rigor corripiat, ulcus vero ipſum quod ad carnem osque attinet, ad aſpectum recte habeat, quaeque ulcus ambiunt bene habeant excepto faciei tumore, eique nullum aliud peccatum in reliqua victus ratione acceſſerit, medicamento quod bilem moveat homini alvus purganda eſt. Quo ſic purgato tum febris remittit tum tumor ſubſidit, ſanusque evadit. Medicamentum autem exhibendum pro hominis robore virium illius habita ratione.

Περὶ δὲ πρίσιος, ὅταν καταλάβῃ ἀνάγκη πρῖσαι ἄνθρωπον, ὧδε γινώσκειν. ἢν ἐξ ἀρχῆς λαβὼν τὸ ἴημα πρίῃς, οὐ χρὴ ἐκπρίειν τὸ ὀστέον πρὸς τὴν μήνιγγα αὐτίκα. οὐ γὰρ συμφέρει τὴν μήνιγγα ψιλὴν εἶναι τοῦ ὀστέου ἐπὶ πολὺν χρόνον κακοπαθοῦσαν, ἀλλὰ τελευταῖον σάπη καὶ διεμύδησεν. ἔστι δὲ καὶ ἕτερος κίνδυνος, ἢν αὐτίκα ἀφαιρέῃς πρὸς τὴν μήνιγγα ἐκπρίσας τὸ ὀστέον, τρῶσαι ἐν τῷ ἔργῳ τῷ πρίονι τὴν μήνιγγα. ἀλλὰ χρὴ πρίοντα, ἐπειδὰν ὀλίγου πάνυ δέῃ διαπεπρίσθαι καὶ ἤδη κινέηται τὸ ὀστέον, παύσασθαι πρίοντα καὶ ἐᾷν ἐπὶ τὸ αὐτόματον ἀποστῆναι τὸ ὀστέον. ἐν γὰρ τῷ διαπριωτῷ ὀστέῳ καὶ ἐπιλελειμμένῳ τῆς πρίσιος οὐκ ἂν ἐπιγένοιτο κακὸν οὐδέν. λεπτὸν γὰρ τὸ λειπόμενον ἤδη γίνεται. τὰ δὲ λοιπὰ ἰῆσθαι χρὴ ὡς ἂν δοκέῃ ξυμφέρειν τῷ ἕλκει.

[129] || *Πρίοντα δὲ χρὴ πυκινὰ ἐξαιρέειν τὸν πρίονα τῆς θερμασίης εἵνεκα τοῦ ὀστέου καὶ ὕδατι ψυχρῷ ἐναποβάπτειν. θερμαινόμενος γὰρ ὑπὸ (707) τῆς περιόδου πρίων καὶ τὸ ὀστέον ἐκθερμαίνων καὶ ἀναξηραίνων κατακαίει, καὶ*

At vero de ſectione, ubi eam in homine uſurpare neceſſe fuerit, ſic ſtatuendum. Si per exordia ſuſcepta curatione ad ſectionem venias, non protinus os ad membranam usque ſecari debet. Neque enim expedit membranam diutius eſſe nudatam male affici, verum demum putreſcit et nimio humore marceſcit. Aliud quoque periculum ſubeſt, ſi os ad membranam ſectum protinus auferatur, ne in ipſo opere terebra membranam vulneret. Verum inter ſecandum, ubi parum admodum abeſt ut os ipſum totum ſectum ſit, jamque os labat, ab ipſa ſectione deſiſtendum, permittendumque uti os ſponte ſua diſcedat. Secto enim oſſi et inter ſecandum relicto mali nihil contingere poteſt. Tenue namque jam fit quod relictum eſt. In reliquo ea curatio inſtituenda, quae ulceri conferre videatur.

Inter ſecandum autem terebra ſaepius, ne os incaleſcat, auferenda et in aquam frigidam demergenda. Terebra enim dum circumagitur incaleſcens, os caleſaciendo et reſiccando incendit, efficitque ut plus ejus oſſis quod ſectionem ambit

μεῖζον ποιέει ἀφίστασθαι τὸ ὀστέον τὸ περιέχον τὴν πρίσιν ἢ ὅσον μέλλει ἀφίστασθαι. καὶ ἢν αὐτίκα βούλῃ ἐκπρῖσαι τὸ πρὸς τὴν μήνιγγα, ἔπειτα ἀφελέειν τὸ ὀστέον, ὡσαύτως χρὴ πυκινά τε ἐξαιρέειν τὸν πρίονα καὶ ἐναποβάπτειν τῷ ὕδατι τῷ ψυχρῷ. ἢν δὲ μὴ ἐξ ἀρχῆς λαμβάνῃς τὸ ἴημα, ἀλλὰ παρ' ἄλλου παραδέχῃ ὑστερίζειν τῆς ἰήσιος, πρίονι χρὴ χαρακτῷ ἐμπρίειν μὲν αὐτίκα τὸ ὀστέον πρὸς τὴν μήνιγγα. θαμινὰ δὲ ἐξαιρεῦντα τὸν πρίονα σκοπεῖσθαι καὶ ἄλλως καὶ τῇ μήλῃ πέριξ κατὰ τὴν ὁδὸν τοῦ πρίονος, καὶ γὰρ πολὺ θᾶσσον διαπρίεται τὸ ὀστέον, ἢν ὑπόπυόν τε ἐὸν ἤδη καὶ διάπυον πρίῃς, καὶ πολλάκις τυγχάνει ἐπιπόλαιον ἐὸν τὸ ὀστέον. ἄλλως τε καὶ ἢν ταύτῃ τῆς κεφαλῆς ᾖ τὸ τρῶμα, ᾗ τυγχάνει λεπτότερον ἐὸν τὸ ὀστέον ἢ παχύτερον. ἀλλὰ φυλάσσεσθαι χρὴ ὡς μὴ λάθῃς προσβαλὼν τὸν πρίονα, ἀλλ' ὅπῃ δοκέῃ παχύτατον εἶναι τὸ ὀστέον, ἐς τοῦτο αἰεὶ ἐνστηρίζειν τὸν πρίονα, θαμινὰ σκοπούμενος καὶ πειρᾶσθαι ἀνακινέων τὸ ὀστέον ἀναβάλλειν. ἀφελὼν δὲ τὰ λοιπὰ, ἰητρεύειν ὡς ἂν δοκέῃ ξυμφέρειν τῷ ἕλκεϊ. καὶ ἢν ἐξ ἀρχῆς λαβὼν τὸ

abſcedat quam quod abſcedere debuerat. Quod ſi protinus os ad membranam ſecare velis, ipſumque poſtea eximere, eodem modo ſaepius terebra extrahenda eſt et in aquam frigidam immergenda. At ſi per initia curationem non aggreſſus fueris, ſed eam ab altero tibi traditam tardius ſuſceperis, terebra cava et ſerrata ſtatim os ad membranam excidendum, eaque ſaepius exempta cum alias tum ſpecillo per ambitum demiſſo terebrae via exploranda. Nam et longe citius os ſecatur, ſi ubi ſuppuratum exiſtit et pure manat ſectio adhibeatur, ſaepiusque in ſummo fluitans apparet, idque vel maxime ſi ea capitis parte vulnus inflictum ſit, qua os tenue potius quam craſſum exiſtit. Quare adhibenda cautio eſt, ne te in admovenda terebra iſta lateant, ſed qua parte os craſſiſſimum eſſe videbitur, in eam ſemper adigenda terebra eſt ſaepius conſiderando, osque dimovendo educere tentandum. Quo educto reliqua curatio prout ulceri conſerr evidebitur adhibenda. At ſi per initia ſuſcepta

Ed.Chart.XII.[129.550.] Foës.I.913.914. Ed.Lind.II.(707.708.662.)
ἴημα αὐτίκα βούλῃ ἐκπρίσας τὸ ὀστέον ἀφελεῖν ἀπὸ τῆς μήνιγγος, ὡσαύτως χρὴ πυκινά τε σκοπεῖσθαι τῇ μήλῃ καὶ περίοδον τοῦ πρίονος, καὶ ἐς τὸ παχύτατον ἀεὶ τοῦ ὀστέου τὸν πρίονα ἐνστηρίζειν καὶ ἀνακινέων βούλεσθαι ἀφελέειν τὸ ὀστέον. ἢν δὲ τρυ(708)πάνῳ χρῇ, πρὸς δὲ τὴν μήνιγγα μὴ ἀφικνέεσθαι, ἢν ἐξ ἀρχῆς λαμβάνων τὸ ἴημα τρυπαῖς, ἀλλ᾽ ἐπιλιπεῖν τοῦ ὀστέου λεπτὸν, ὥσπερ καὶ ἐν τῇ πρίσει γέγραπται.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΕΓΚΑΤΑΤΟΜΗΣ ΕΜΒΡΥΟΥ.

[550] || (662) Περὶ δὲ τῶν μὴ κατὰ τρόπον κυϊσκομένων, ἀλλ᾽ ἐγκατατεμνομένων οὕτως, πρῶτον μὲν ἐπὶ την γυναῖκα σινδόνα ἐπιβαλὼν, κατάζωσον ἀνωτέρω τῶν μαζῶν, καὶ τὴν κεφαλὴν κατακαλύψαι χρὴ τῇ σινδόνι, ὅκως μὴ ὁρῶσα φοβῆται ὅ τι ἂν ποιήσῃς. ἢν οὖν ἐξίσχῃ τὴν χεῖρα τὸ ἔμβρυον, παραπλάγιον παραπέσον καὶ τῆς χειρὸς ἐπιλαβόμενος προάγειν ἔξω ἐπιχείρει ὡς μάλιστα. παραδεῖραι δὲ καὶ τὸν βραχίονα καὶ ἀποψιλώσας αὐτοῦ τὸ ὀστέον, ἰχθύην

curatione protinus os excisum a membrana auferre velis, eodem modo per specillum terebrae circuitus subinde considerandus et in ossis partem crassissimam terebra semper adigenda, osque dimovendo educere tentandum. Ubi terebrae usus inciderit, si ab initio suscepta curatione os perforandum est, non est ad membranam perveniendum, sed tenuis ossis pars velut in sectione scriptum est, relinquenda.

HIPPOCRATIS LIBER DE FOETVS IN VTERO MORTVI EXECTIONE.

De foetibus qui non convenienter in utero gestantur, sed intro excisi educuntur, sic statuo. Imprimis injecto in mulierem tenui linteo et supra mammas praecincto, caput etiam linteo velandum est, ne, si quod facturus es videat, perterreatur. Si foetus igitur in obliquum prolapsus manum eduxerit, eam apprehensam ut quam maxime foras educas conandum. Brachio vero excoriato ejusque osse de-

περίδησον περὶ τοὺς δακτύλους τῆς χειρὸς τοὺς δύο, ὅκως μὴ ἀπολισθάνοι ἡ σάρξ. μετὰ δὲ ταῦτα τὸν ὦμον περισάρκισον καὶ ἄφελε κατὰ τὸ ἄρθρον. ἔπειτα τὴν κεφαλὴν κατὰ φύσιν παρώσας, ὑπάγειν ἔξω τὴν κεφαλὴν τοῦ ἐμβρύου. τῷ δὲ δακτύλῳ τὸ ἔμβρυον εἴσω ἀπῶσαι ἢ μαχαιρίῳ διὰ τῶν πλευρέων ἢ διὰ τῆς κληΐδος, ὅκως τὴν φῦσαν ἀφῇ καὶ ξυμπέσῃ τὸ ἔμβρυον καὶ ἡ ἔξοδος αὐτέῳ εὐπετεστέρη ᾖ. τὴν δὲ κεφαλὴν, ἢν μὲν δύνασαι κατὰ φύσιν ἔξω ὦσαι. ἢν δὲ μὴ, ξυμφλάσαι, καὶ οὕτως ὑπεξαγαγεῖν ἔξω τὸ ἔμβρυον. ἔπειτα τὸ θερμῷ πολλῷ καταχέας καὶ ἀλείψας ἐλαίῳ, κατακεῖσθαι κελεύειν ἐπαλλάξασαν τὼ πόδε, καὶ μεταπῖσαι οἶνον γλυκὺν κεράσας, εὐζωρότερον καὶ λευκόν. (663) ἀλλὰ μὴν καὶ ῥητίνην, μέλιτι διατρίψας, μίξας τῷ οἴνῳ διδόναι πιεῖν. τὰ δ' ἄλλα θεραπεύειν ὥσπερ λέγω, κατὰ τὰ εἰρημένα. ὅταν δὲ τῇ τικτούσῃ γυναικὶ πλάγιον παραπέσῃ τὸ ἔμβρυον, γίνεται δὲ ὁκόταν στρέφηται τὸ τοιόνδε, καὶ ὁ ὀμφαλὸς περὶ τὸν τράχηλον περιελίσσηται καὶ ἐπίσχῃ τὴν ἔξοδον τοῦ ἐμβρύου καὶ ἐς τὸ ἰσχίον ἐπεμβάλλῃ τὴν κεφαλὴν καὶ ἡ χεὶρ ὡς ἐπιτοπολὺ

nudato, fquatinae marinae pellem aridam circum duos manus digitos obligato, ut ne caro fua lubricitate elabatur. Poft haec autem detracta circa humerum carne, ipfum juxta articulum eximito. Deinde foetus caput naturaliter protrufum foras educito. Foetum vero intro digito retrudito, vel fcalpello per coftas vel jugulum adacto, quo flatu emiffo et concidat foetus et facilior ei exitus pateat. Caput, fi quidem fieri poffit fecundum naturam extra protrudito, fin minus, in partes comminuito ficque foetum foras fubducito. Deinde calida multa affufa oleo illitam decumbere jubeto pedibus alternatis. Poftea vinum album dulce bene meracius infufum propinato. Quin etiam refinam cum melle tritam, vino ammixtam, in potu exhibeto. In reliquis vero curatio, velut dico, juxta ea quae relata funt procedat. Cum vero parturienti mulieri transverfus foetus ceciderit, quod fit ubi ipfe vertitur et umbilicus circa collum obvolvitur, foetusque exitum cohibet et caput in coxendicem inferit,

ἔξω γίνεται. ἢν μὲν οὖν ἤδη τεθνηκὸς ἔξω γένηται, τοῦτο προσημαίνει. ᾗσι δὲ μὴ ἔξω ἡ χεὶρ τοῦ ἐμβρύου, ὡς ἐπιτοπολὺ ζῇ τὸ ἔμβρυον. κίνδυνος δὲ καὶ οὕτως. ἔνιαι δὲ καὶ τὰ λόχια πρὸ τοῦ ἐμβρύου ἀφιᾶσιν. ἀναγκαῖον δὲ γινώσκειν εἶναι τὴν ὠδῖνα ξηρὰν καὶ ἐπίπονον. ὅσαι δὲ τὰ λόχια μὴ προ[551]καθαίρονται, ῥᾷον ἀπαλλάττουσιν ἐν τῷ τόκῳ. ἀνασείειν δὲ δεῖ ὧδε σινδόνα ὑποστορέσασαν, ἀνακλῖναι τὴν γυναῖκα, καὶ ἑτέρην ἐπιβαλεῖν ὅκως ἂν αὐτῆς τὸ αἰδοῖον κεκρυμμένον ᾖ, καὶ περικαλύψαι περὶ ἑκάτερον τὸ σκέλος τὴν σινδόνα καὶ περὶ ἑκάτερον τὸ γυῖον. || γυναῖκας δὲ δύο λαβέσθαι τοῦ σκέλεος ἑκατέρου καὶ τῆς χειρὸς ἑκατέρης, ἑτέρας γυναῖκας δύο. ἔπειτα διασείειν λαβούσας ἐγκρατῶς, μὴ ἔλασσον ἢ δεκάκις. ἔπειτα δὲ ἐς κλίνην ἀνακλῖναι τὴν γυναῖκα ἐπὶ κεφαλήν. τὰ δὲ σκέλεα ἄνω ἔχειν, καὶ τὰς γυναῖκας πάσας λαβέσθαι τοῖν σκελέοιν, ἀφείσας τὰς χεῖρας. ἔπειτα σείειν πολλάκις ποιεῖν τὰς γυναῖκας ἐπὶ τοὺς ὤμους καὶ ποιεῖν ἀναβολὰς ἐπὶ τὴν κλίνην, ὅκως ἐς τὴν εὐρυχωρίην ἐπανασεισθὲν τὸ ἔμβρυον στραφῇ καὶ δύνηται ἐπὶ φύσιν ἰέ-

manusque ut plurimum foras eminet, quod quidem jam mortui foetus significationem praebet. At quibus manus extra non apparet, his ut plurimum foetus vitalis est. Periculum autem etiam hoc modo imminet. Quaedam enim partus purgamenta ante foetum emittunt, ex quo partionem siccam et laboriosam fore necessario cognoscas. Quibus autem puerperii purgamenta non ante repurgantur, eae faciliore partu defunguntur. Concutere autem hoc modo oportet. Super tenui linteo substrato mulier reclinanda, alio superinjecto, quo ejus pudendum obveletur et utrumque crus tenui linteo circumtegendum, et utraque manus. Duae autem mulieres utrumque crus apprehendant, et aliae duae utramque manum, deinde eam ipsam non minus quam decies valide concutiant. Postea vero mulier in lectum reclinetur, ita ut caput deorsum, crura autem sursum habeat, et mulieres omnes dimissis manibus crura apprehendant, eamque crebro in lecto concutiant, facta in humeros rejectione, uti in ampliorem locum concussus foetus convertatur et

ναι. καὶ ἢν ἔχῃς δίκταμνον Κρητι(764)κὸν, μεταπῖσαι δός. εἰ δὲ μὴ, κάστορας ἐνεψῆσαι τῷ οἴνῳ Χίῳ. ἢν δὲ αἱ ὑστέραι ἔξω χωρέωσι, ἐάν τε ἐκ πόνου ἐάν τε ἐκ τόκου, ἢν μὲν οὖν παραλάβῃς νέας, ἄξιον ἐπιχειρεῖν· εἰ δὲ μὴ, ἐᾷν. ἐπιχειρεῖν δὲ χρὴ ὧδε. ἐπιταμὼν τὸν ὑμένα τῆς ὑστέρης κατὰ φύσιν καὶ κατὰ πλάγιον, τρῖψαι ὀθονίῳ ὡς φλεγμαίνῃ καὶ καταλείψας φώκης ἐλαίῳ ἢ πίσσης καταπλάσας ἢ κυτίνοισι καὶ μαλθακοὺς σπόγγους ἐν οἴνῳ ῥήγας προσθεὶς ἀναδῆσαι ἐκ τῶν ὤμων καὶ ἀνακείσθω ὡς ἀνωτάτω τὸ σκέλεα ἔχουσα. ἐσθιέτω δὲ σιτία μέτρια.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΑΝΑΤΟΜΗΣ.

[552] (287) Ἀρτηρίη ἐξ ἑκατέρου φαρυγγέθρου τὴν ἔκφυσιν ποιευμένη ἐς ἄκρον πνεύμονος τελευτᾷ, κρίκοις ξυγκειμένη ὁμορυσμοῖς, τῶν περιηγέων ἁπτομένη κατ᾽ ἐπίπεδον ἀλλήλων. αὐτὸς δὲ ὁ πνεύμων συνεξαναπληροῖ τὴν χέλυν,

naturaliter prodire possit. Quod si dictamnum Creticum ad manum habeas, ipsum propinato, sin minus, castoreum vino Chio incoctum. Si vero uteri sive ex labore sive ex partu foras prodierint, si quidem juvenculae tibi in manus venerint, aggressionem facere aequum est, alioqui sinere oportet. Hunc autem in modum aggressio facienda. Uteri tunica naturali modo et oblique incisa, linteo confricanda, ut inflammationem concipiat, et illito phocae oleo aut pice aut mali punici floribus, in cataplasmate adhibitis mollibusque spongiis vino respersis, in subdititio appositis et ex humero deligatis, mulier quam maxime excitatis cruribus decumbat, et moderatis cibis vescatur.

HIPPOCRATIS LIBER DE CORPORVM RESECTIONE.

Arteria ab utraque faucium parte ortum ducens in summum pulmonem desinit annulis inter se similibus constans rotundis, in superficie mutuo connexis. Ipse autem pulmo ad sinistram conversus pectus implet quinque ha-

Ed. Chart. XII. [552.] Foëſ. I. 915. 916. Ed. Lind. II. (287. 288.)

τετραμμένος ἐς τὰ ἀριστερὰ πέντε ὑπερκορυφώσιας ἔχων, ἃς δὴ καλέουσι λοβοὺς, τεφρίνης χροιῆς τυχὼν, || στίγμασιν ὀφρυναγέσι κεκεντημένος, φύσει ἐὼν τεθρηνιώδης. μέσῳ δ' αὐτέῳ ἡ καρδίη ἐγκαθίδρυται, στρογγυλωτέρη καθεστεῶσα πάντων ζώων. ἀπὸ δὲ καρδίης ἐς ἧπαρ βρογχίη πολλὴ καθήκει, καὶ μετὰ βρογχίης φλὲψ μεγάλη καλευμένη, δι' ἧς οὖλον τὸ σκῆνος τρέφεται. (288) τὸ δὲ ἧπαρ ὁμορυσμίην μὲν ἔχει τοῖς ἄλλοις ἅπασιν αἱμοῤῥωδέστερον δέ ἐστι τῶν ἄλλων, ὑπερκορυφώσιας ἔχον δύο, ἃς καλέουσι πύλας ἐν δεξιοῖς τόποις κειμένας. ἀπὸ δὲ τουτέου σκαλήνη φλὲψ ἐπὶ τὰ κάτω νεφρῶν ἀποτείνουσα. νεφροὶ δὲ ὁμοιορυσμοὶ, τὴν χροιὴν δὲ ἐναλίγκιοι μήλοισιν. ἀπὸ δὲ τουτέων ὀχετοὶ σκαληνοειδέες ἄκρην κορυφὴν κύστιος κεῖνται. κύστις δὲ νευρώδης οὔλη καὶ μεγάλη. ἑκάσταθε κύστιος μετοχὴ εἴσω πέφυκε, καὶ τὰ μὲν ἓξ ἀνὰ μέσον ἐντὸς φύσις ἐκοσμήθη. οἰσοφάγος δὲ ἀπὸ γλώσσης τὴν ἀρχὴν ποιεύμενος ἐς κοιλίην τελευτᾷ, ὃν δὴ καὶ ἐπὶ σηπτικῆς κοιλίης στόμαχον καλέουσιν. πρὸς δὲ ἀκάνθης ὄπισθεν ἥπατος φρένες πεφύκασιν. ἐκ δὲ πλευρῆς

bens ſummitates, quas lobos vel fibras vocant, cinericium nactus colorem, notis cavernoſis compunctus et natura perforatus. In cujus medio cor intro ſitum eſt, rotundius conſtitutum, quam in omnibus animantibus. Ex corde vero ad jecur multa cartilaginoſa arteria pervenit, et cum ipſa vena magna appellata, per quam corpus totum nutritur. Jecur autem cum aliis quidem cognationem habet, ſed caeteris ſanguine magis fluit, duos habens vertices, portas vocant, dextra parte locatas. Ab eo vena oblique deorſum ad renes portenditur. Renes vero inter ſe colore ſimiles malorum ſpeciem prae ſe ferunt. Ab his ductus oblique tendentes in ſummum veſicae verticem ſiti ſunt. Veſica autem tota nervoſa et ampla ubique intra ſe perceptionis compos a natura eſt condita. Et his quidem ſex partibus in medio intus natura exornata eſt. Gula vero a lingua initium ſumens, in ventriculum deſinit, quam ſane etiam in concoquente ventriculo *στόμαχον*, hoc eſt os anguſtum, nominant. Ad ſpinam autem retro hepar, ſeptum trans-

Ed. Chart. XII. [552.] Foës. I. 916. Ed. Lind. II. (288.)

νόθης, λέγω δὲ ἀριστερῆς, σπλὴν ἀρξάμενος ἐκτέταται ὁμοιορυσμὸς ἴχνει ποδός. κοιλίη δὲ ἥπατι παρακειμένη κατ' εὐώνυμον μέρος οὐλομένη ἐστὶ νευρώδης. ἀπὸ δὲ κοιλίης πέφυκεν ἔντερον, ὁμοιορυσμὸν μικρὸν πηχέων οὐκ ἔλασσον δώδεκα ἑλικηδὸν ἐν κόλποις ἐνειλούμενον, ὃ καλέουσιν ἔνιοι κῶλον, δι' οὗ ἡ παραφορὰ τῆς τροφῆς γίνεται. ἀπὸ δὲ κώλου πέφυκεν ἀρχὸς λοίσθιος, σάρκα περιπληθέα ἔχων ἐς ἄκρον δακτυλίου τελευτῶν. τὰ δὲ ἄλλα ἡ φύσις διετάξατο.

versum situm habet. Ex costa vero notha, sinistram intelligo, lien initium sumens ad humani vestigii similitudinem extenditur. Ventriculus jecori ad sinistram adjacens totus nervosus est. Ex ventriculo vero procedit intestinum sibi simile, parvum, cubitorum non minus duodecim, in orbem per sinus convolutum, quod nonnulli colon vocant, per quod alimentum defertur. Colo annexum est princeps intestinum postremum, multam carnem habens, in summum podicem desinens. Reliqua natura ipsa ordine disposuit.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ.

Ed. Chart. IX. [6.] Foëſ. I. 938. Ed. Lind. I. (653.)

[Κατάστασις πρώτη.] Ἐν Θάσῳ φθινοπώρου περὶ ἰσημερίην καὶ ὑπὸ πληϊάδα ὕδατα πουλλὰ, ξυνεχέα, μαλθακὰ, ὡς ἐν νοτίοισι, χειμὼν νότιος, σμικρὰ πνεύματα βόρεια, αὐχμοί. τὸ σύνολον εἴς γε χειμῶνα ὁκοῖον ἦρ γίνεται. ἦρ δὲ νότιον ψυχινόν. μικρὰ ὕσματα. θέρος ὡς τὸ πολὺ ἐπινέφελον. ἀνυδρίαι, ἐτησίαι, ὀλίγα, σμικρὰ, διεσπασμένως ἔπνευσαν.

HIPPOCRATIS DE MORBIS VULGARIBVS LIBER PRIMVS.

[*Status Primus.*] In Thaſo ad autumnum circiter aequinoctium et ſub vergiliarum occaſum pluviae multae, continentes et leves fuerunt, non ſecus ac ſpirantibus auſtris. Hiems auſtrina quae flatus aquilonares parvos et juſto majores ſiccitates habuit, atque etiam in totum veri ſimilis fuit. Ver autem auſtrinum, frigidum, parvas habens pluvias. Aeſtas ut plurimum nubila, in qua ab imbribus ceſſatio fuit. Anniverſarii venti, qui eteſiae dicuntur, parum tenuiter, disjunctim ſegregatimque ſpiravere. Exiſtente igitur toto nos ambientis aëris ſtatu auſtrino et ad magnas

Ed. Chart. IX. [6. 19.] Foës. I. 958. 959. Ed. Lind. I. (653. 654.)

γενομένης δὲ τῆς ἀγωγῆς ὅλης ἐπὶ τὰ νότια καὶ μετὰ αὐχμῶν, πρωῒ μὲν τοῦ ἦρος ἐκ τῆς πρόσθεν καταστάσιος ὑπεναντίης καὶ βορείου γενομένης, ὀλίγοισιν ἐγένοντο καῦσοι, καὶ τουτέοισιν πάντη εὐσταθεῖς, καὶ ὀλίγοισιν ἡμοῤῥάγεεν. οὐδ᾽ ἀπέθνησκον ἐκ τουτέων. ἐπάρματα δὲ κατὰ τὰ ὦτα πολλοῖσιν ἑτεροῤῥοπα, καὶ ἐξ ἀμφοτέρων τοῖσι πλείστοισιν ἀπύροισιν ὀρθοστάδην. ἔστι δὲ οἷς καὶ μικρὰ (654) ἐπεθερμαίνοντο. κατέσβη πᾶσιν ἀσινέως. οὐδ᾽ ἐξεπύησεν οὐδενὶ ὥσπερ τὰ ἐξ ἄλλων προφασίων.

[19] || Ἦν δὲ ὁ τρόπος αὐτέων, χαῦνα, μεγάλα, κεχυμένα, οὐ μετὰ φλεγμονῆς, ἀνώδυνα, πᾶσιν ἀσήμως ἠφανίσθη. ἐγένετο δὲ ταῦτα μειρακίοισιν, νέοισιν, ἀκμάζουσι, καὶ τούτων τοῖσι περὶ παλαίστρην καὶ γυμνάσια πλείστοισιν. γυναιξὶ δὲ ὀλίγῃσιν ἐγένετο. πλείστοισι δὲ βῆχες ξηραί. βήσσουσι καὶ οὐδὲν ἀνάγουσι, καὶ φωναὶ βραγχώδεες, οὐ μετὰ πουλύ. τοῖσι δὲ καὶ μετὰ χρόνον. φλεγμοναὶ μετ᾽ ὀδύνης ἐς

ſiccitates vergente, ante ver quidem, quod ſuperior ſtatus ſubcontrarius et aquilonius factus fuerit, paucis febres ardentes contigerunt, eaeque valde mites et facillime conſiſtentes, quae neque ſanguinis ex naribus profuſionem niſi paucis, neque mortem attulerunt. Multis vero aurium tumores ſubnaſcebantur, qui in alteram partem vergebant, plerisque etiam in utramque, iisque ſebre vacuis et in erectum ſtantibus nec decumbentibus, etſi nonnullis pauliſper incaleſcerent. Omnibus absque noxa extincti ſunt neque cuiquam, velut ii qui alias ſui ortus cauſas habent, ſuppurationem fecerunt.

Horum autem ea fuit natura ut molles et laxi eſſent, magni, diffuſi aut ſparſi, ſine inflammatione et dolore, omnibusque ſenſim et ſine ulla ſignificatione evaneſcerent. Fiebant iſta quidem adoleſcentibus, juvenibus, aetate florentibus, atque horum plurimis qui in palaeſtra et gymnaſiis exercebantur, mulieribus vero paucis contingebant. Multis tuſſes aridae et inanes, quibus cum tuſſi nihil educebatur, nec ita multo poſt voces rauceſcebant. Quibusdam vero ex temporis intervallo inflammationes cum do-

Ed. Chart. IX. [19, 25.] Foës. I. 939. 940. Ed. Lind. I. (654. 655.)

ὄρχιν ἑτεροῤῥόπαι. τοῖσι δὲ ἐπ᾽ ἀμφοτέρους πυρετοὶ, τοῖσι μὲν, τοῖσι δ᾽ οὔ. ἐπιπόνως ταῦτα τοῖσι πλείστοισι. τὰ δ᾽ ἄλλα ὁκόσα κατ᾽ ἰητρεῖον ἀνόσως διῆγον. πρωῒ δὲ τοῦ θέρεος ἀρξαμένου καὶ διὰ θέρεος καὶ κατὰ χειμῶνα πολλοὶ τῶν ἤδη πουλὺν χρόνον ὑποφθειρομένων φθινώδεες κατεκλίθησαν, ἐπεὶ καὶ τοῖσιν ἐνδοιαστῶς ἔχουσι πολλοῖσι ἐβεβαίωσε τότε. ἔστι δ᾽ οἷσιν ἤρξατο πρῶτον, τουτέοισιν ἔῤῥεπεν ἡ φύσις ἐπὶ τὸ φθινῶδες. ἀπέθανον δὲ πολλοὶ καὶ πλεῖστοι τουτέων, καὶ τῶν κατακλιθέντων οὐκ οἶδ᾽ εἴ τις καὶ μέτριον χρόνον διεγένετο. ἀπέθνησκον δὲ ὀξυτέρως ἢ ὡς εἴθισται διάγειν τὰ τοιαῦτα. ὥς τά γε ἄλλα καὶ μακρότερα ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἐόντα, εὐφόρως ἤνεγκαν καὶ οὐκ ἀπέθνησκον. περὶ ὧν γεγρά(655)ψεται. μοῦνον γὰρ καὶ μέγιστον τῶν τότε γενομένων νουσημάτων τοὺς πολλοὺς τὸ φθινῶδες ἔκτεινεν.

[25] || Ἦν δὲ τοῖσι πλείστοισι αὐτέων τὰ παθήματα

lore in alterum teſtem erumpebant, quibusdam etiam in utrosque. Alii quidem febribus corripiebantur, nonnulli vero ſine febre perſiſtebant. Atque adeo haec ipſa plurimis gravia et moleſta fuere. De reliquo autem quod ad ea attinet, quae ad chirurgiam ſpectant, in his inculpate habebant. Ante vero aeſtatis initium et per ipſam aeſtatem, atque etiam ad hiemem, eorum multi, qui jam longo intervallo conſumpti erant, tabefacti decubuerunt, ſi quidem et multis de tabe in dubium venientibus ipſa tunc eſt confirmata. Eſt ubi etiam eos, qui natura erant ad tabem prompte comparata, tum primum occupavit. Ex his multi atque etiam plurimi interierunt. Atque haud ſcio ſi quis ex decumbentibus etiam modico tempore ſuperſuit. Celerius vero interierunt quam talia transigi ſoleant, praeſertim cum alios et diuturniores et cum febribus conjunctos pertulerunt nec interierunt, de quibus paulo poſt ſcribetur. Solus namque et eorum qui tunc viguerunt maximus multos tabes ipſa peremit.

Eorum autem plurimis hujusmodi affectus aderant,

τοιάδε. φρικώδεες πυρετοὶ, ξυνεχέες, ὀξέες, τὸ μὲν ὅλον οὐ διαλείποντες. ὁ δὲ τρόπος ἡμιτριταῖος· τὴν μὲν κουφοτέρην, τῇ δ᾽ ἑτέρῃ ἐπιπαροξυνόμενοι, καὶ τὸ ὅλον ἐπὶ τὸ ὀξύτερον ἐπιδιδόντες. ἱδρῶτες δὲ αἰεὶ, οὐ δι᾽ ὅλου ψύξις ἀκρέων πολλὴ καὶ μόλις ἀναθερμαινόμενα. κοιλίαι ταραχώδεες, χολώδεσιν, ὀλίγοισιν, ἀκρήτοισι, λεπτοῖσι, δακνώδεσι. πυκνὰ ἀνίσταντο. οὖρα δ᾽ ἦν λεπτὰ καὶ ἄχροα καὶ ἄπεπτα καὶ ὀλίγα ἢ πάχος ἔχοντα καὶ μικρὴν ὑπόστασιν, οὐ καλῶς καθιστάμενα, ἀλλ᾽ ὠμῇ τινι καὶ ἀκαίρῳ ὑποστάσει. ἔβησσον δὲ μικρὰ καὶ πυκνὰ, πέπονα κατ᾽ ὀλίγον μόλις ἀνάγοντες. οἷσι δὲ τὰ βιαιότατα ξυμπίπτοι, οὐδ᾽ ἐς ὀλίγον πεπασμὸς ἦν, ἀλλὰ διετέλεον ὠμὰ πτύοντες. φάρυγγες δὲ πλείστοισι τούτων ἐξ ἀρχῆς καὶ διὰ τέλεος ἐπώδυνον εἶχον, ἔχοντες ἔρευθος μετὰ φλεγμονῆς, ῥεύματα σμικρὰ, λεπτὰ, δριμέα, ταχὺ τηκόμενοι καὶ κακούμενοι, ἀπόσιτοι πάντων γευμάτων διὰ τέλεος, ἄδιψοι καὶ παράληροι || πουλλοὶ περὶ θάνατον.

febres horroris fenfu infignes, affiduae et acutae, in totum quidem non definentes, fed quae erant ex femitertianarum genere uno die leviores, altero vero infuper ingravefcentes, omninoque vehementius increfcentes. Sudores autem perpetui, non tamen per totum corpus, diffufi extremorum refrigeratio multa, quae vix quidem incalefcebant. Alvi conturbatae biliofa, pauca, fincera, tenuia, mordacia egefferunt crebroque affurrexerunt. Urinae tenues, crudae, decolores atque paucae aut craffitudinem et paucum quod defideret habentes, neque probe confiftentes, fed in quibus ea quae fubfidebant cruda et intempeftiva erant. Tuffiendo vero pauca, denfa, concocta rejiciebant et quae paulatim ac non nifi aegre educerentur. Qui autem violentiffime conflictabantur, iis ne parva quidem concoctio adfuit, fed perpetuo cruda expuebant. Horum etiam plurimis fauces ftatim et ad extremum usque rubore et inflammatione affectae doluerunt, fluxionibusque parvis, tenuibus et acribus tentati, cito confumpti maleque vexati funt, perpetuo cibos omnes averfabantur, neque fiti capiebantur multique circa mortem delirabant. Atque ifta quidem tabidis contigerunt.

Ed. Chart. IX. [25. 29.] Foës. II. 941. Ed. Lind. I. (655. 656.)

περὶ μὲν τὰ φθινώδεα ταῦτα. [29] κατὰ δὲ θέρος ἤδη καὶ φθινόπωρον πυρετοὶ πολλοὶ καὶ ξυνεχέες, οὐ βίαιοι. μακρὰ δὲ νοσέουσιν, οὐδὲ περὶ τὰ ἄλλα δυσφόρως διάγουσιν ἐγένοντο. κοιλίαι ταραχώδεες τοῖσι πλείστοισι πάνυ εὐφόρως καὶ οὐδὲν ἄξιον λόγου προσέβλα(656)πτον. οὖρά τε τοῖσι πλείστοισιν εὔχροα μὲν καὶ καθαρὰ, λεπτὰ δὲ καὶ μετὰ χρόνον περὶ κρίσιν πεπαινόμενα. βηχώδεες οὐ λίην. οὐδὲ τὰ βησσόμενα δυσκόλως, οὐδ᾽ ἀπόσιτοι. ἀλλὰ καὶ διδόναι πάνυ ἐνεδέχετο. τὸ μὲν οὖν ὅλον ὑπενόσεον οἱ φθινώδεες οὐ τὸν φθινώδεα τρόπον. πυρετοῖσι φρικώδεσι σμικρὰ ἐφιδροῦντες, ἄλλοτε ἄλλοι ὡς παροξυνόμενοι πεπλανημένως. τὸ μὲν ὅλον οὐκ ἐκλείποντες, παροξυνόμενοι δὲ τριταιοφυέα τρόπον. ἐκρίνετο δὲ τουτέων, οἷσι τὰ βραχύτατα γένοιτο, περὶ εἰκοστὴν ἡμέρην, τοῖσι δὲ πλείστοισι περὶ τεσσαρακοστήν. πολλοῖσι δὲ περὶ ὀγδοηκοστήν. ἔστι δὲ οἷσιν οὐδ᾽ οὕτως, ἀλλὰ πεπλανημένως τε καὶ ἀκρίτως ἐξέλιπον. τουτέων δὲ τοῖς

Jam vero ad aestatem et autumnum febres multae, assiduae, neque violentae prehendebant, istaque diu laborantibus, non his qui caetera moleste habebant, contigerunt. Alvi plurimis valde placide conturbatae sunt, nihilque effatu dignae noxae attulerunt, urinaeque plurimis boni quidem coloris et purae aderant, sed tenues et quae tandem judicationis tempore concoquebantur. Hi non admodum tussiculosi erant, neque ea quae tussi rejiciuntur negotium exhibebant, neque cibum non aversabantur modo, verum etiam exhibendi illius facilem faciebant copiam. In summa igitur, afficiebantur qui tabescebant non quomodo caeteri tabidi solent, sed febribus cum horroris sensu correpti parum insudabant, interdum alii vagas quodammodo et errabundas accessiones habebant, neque in totum febres definebant, sed quae in speciem tertianarum insultus facerent. Inter eos autem quibus erant brevissimi morbi, ii ad vigesimum diem judicatione solvebantur, plerisque vero ad quadragesimum, nonnullis etiam ad octogesimum. Est ubi ne sic quidem, sed errabunde et nulla observata judica-

πλείστοισιν οὐ πολὺν διαλείποντες χρόνον ὑπέστρεψαν οἱ πυρετοὶ πάλιν. ἐκ δὲ τῶν ὑποστροφέων ἐν τῇσι αὐτῇσι περιόδοισιν ἐκρίνοντο. πολλοὶ δὲ αὐτέων ἀνήγαγον, ὥστε καὶ ὑπὸ χειμῶνα νοσέειν. ἐκ πάντων δὲ τῶν ὑπογεγραμμένων ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ μούνοισι τοῖσι φθινώδεσι θανατώδεα ξυνέπεσεν. ἐπὶ τοῖσί γε ἄλλοισιν εὐφόρως πᾶσι καὶ θανατώδεες ἐν τοῖσιν ἄλλοισι πυρετοῖσιν οὐκ ἐγένοντο.

[32] || *ΤΜΗΜΑ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.* [*Κατάστασις δευτέρα.*] Ἐν Θάσῳ πρωῒ τοῦ φθινοπώρου χειμῶνες οὐ κατὰ καιρὸν, ἀλλ' ἐξαίφνης ἐν βορείοισι καὶ νοτίοισι πολλοῖς, ὑγροὶ καὶ προεκρηγνύμενοι. ταῦτα δὴ ἐγένετο τοιαῦτα μέχρι πληϊάδος δύσεως καὶ ὑπὸ πληϊάδα. χειμὼν δὲ βόρειος. ὕδατα πολλὰ, λαῦρα, μεγάλα, χιόνες. μιξαίθρια τὰ πλεῖστα. ταῦτα (657) δὲ ἐγένοντο μὲν πάντα, οὐ λίην δὲ ἀκαίρως τὰ τῶν ψυχέων. ἤδη δὲ μεθ' ἡλίου τροπὰς χειμερινὰς καὶ ἡνίκα Ζέφυρος πνέειν ἄρχεται, ὀπισθοχειμῶνες μεγάλοι, βόρεια πουλλὰ,

tione quibusdam desinerent. Horum quoque plurimis quae non longo post intervallo remiserant febres reversiones fecerunt, iisdemque dierum ambitibus post ipsas reversiones judicabantur, earumque nonnullae aegros ita produxerunt, ut sub hiemem affligerentur. Ex his autem omnibus qui in hac status conditione descripti sunt, solis tabidis lethalia contigerunt, in aliis vero febribus nequaquam obvenere.

SECTIO SECVNDA. [*Status secundus.*] Ante autumnum in Thaso tempestates non tempestivae, sed cum multis austris et aquilonibus repentinae et humidae prorupere. Taliaque ad vergiliarum occasum usque et sub vergilias ipsas extitere. Hiems autem aquilonea aquae multae, vehementes, magnae, nives, hisque intermixta ut plurimum aëris serenitas. Atque ista omnia contingebant, nec certe admodum inopportuna erant frigora. Jam vero post brumale solstitium eoque tempore quo spirare incipit favonius, extremae hiemis frigora magna fuere, aquilones multi, nives et pluviae continenter multae, coelumque cum ventorum turbine nimbosum et nubilum, eaque ipsa non

Ed. Chart. IX. [32. 36.] Foës. II. 942. 943. Ed. Lind. I. (657.)

χιὼν καὶ ὕδατα ξυνεχῶς πουλλὰ, καὶ οὐρανὸς λαιλαπώδης καὶ ἐπινέφελος. ταῦτα δὲ ξυνέτεινε καὶ οὐκ ἀνίει μέχρις ἰσημερίης. ἦρ δὲ ψυχρὸν, βόρειον, ὑδατῶδες, ἐπινέφελον, θέρος οὐ λίην καυματῶδες ἐγίνετο. ἐτησίαι ξυνεχῶς ἔπνευσαν. ταχὺ δὲ περὶ ἀρκτοῦρον. ἐν βορείοισι πολλὰ πάλιν ὕδατα. γενομένου δὲ τοῦ ἔτεος ὅλου ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ καὶ βορείου, κατὰ χειμῶνα μὲν ὑγιηρῶς εἶχον τὰ πλεῖστα. πρωῒ δὲ τοῦ ἦρος πολλοί τινες καὶ οἱ πλεῖστοι διῆγον ἐπινόσως.

[36] || *Ἤρξαντο μὲν οὖν τὸ πρῶτον ὀφθαλμίαι ῥοώδεες, ὀδυνώδεες, ὑγραὶ, ἄπεπτοι, σμικραὶ λημίαι πολλοῖσι δυσκόλως ἐῤῥηγνύμεναι, τοῖσι πλείστοισιν ὑπέστρεφον. ἀπέλιπον ὀψὲ πρὸς τὸ φθινόπωρον. κατὰ δὲ θέρος ἤδη καὶ τὸ φθινόπωρον δυσεντεριώδεες καὶ τεινεσμοὶ καὶ λειεντεριώδεες, καὶ διάῤῥοιαι χολώδεες, λεπτοῖσι, πολλοῖσιν, ὠμοῖσι καὶ δακνώδεσιν. ἔστι δ᾽ οἷσι καὶ ὑδατώδεες. πολλοῖσι δὲ καὶ περίῤῥοιαι μετὰ πόνου χολώδεες, ὑδατώδεες, ξυσματώδεες,*

remiserunt, sed se ad aequinoctium extenderunt. Ver autem frigidum, aquilonium, pluviosum nubilumque neque admodum aestuans aestas fuit. Venti anniversarii continenter spiravere, statimque ad arcturum perflantibus aquilonibus aquae admodum multae. Existente igitur anno toto humido, frigido et aquilonio ad hiemem quidem ut plurimum bene valuerunt, ante ver autem plerique omnes moleste et graviter vitam traduxerunt.

Primum itaque lippitudines fluentes cum dolore, humentes et crudae obortae sunt, sordes in oculis concretae, quas lemias vocant, parvae, nec sine difficultate multis erumpebant, quae cum plurimis revertissent, tandem ad autumnum reliquerunt. Jam vero per aestatem et autumnum, ex intestinorum laevitate et torminibus, continuaque et inani egerendi cupiditate laborarunt alvique fluidae, biliosa, tenuia multa, cruda et mordacia, nonnunquam etiam aquosa desecerunt. Plerisque etiam circumflui non sine dolore humorum affluxus contigere, biliosi, aquosi, strigmentosi, purulenti et qui urinae difficultatem facerent, non

πυώδεες, στραγγουριώδεες, οὐ νεφριτικὰ, ἀλλὰ τουτέοισιν ἀντ᾽ ἄλλων ἄλλα. ἔμετοι χολώδεες, φλεγματώδεες, καὶ σιτίων ἀπέπτων ἀναγωγαί. ἱδρῶτες πᾶσι πάντοθεν πουλὺς ὁ πλάδος. ἐγένετο δὲ ταῦτα πουλλοῖσιν, ὀρθοστάδην ἀπύροισιν. πολλοῖσι δὲ πυρέττουσι περὶ ὧν γεγράψεται, ἐνίοισί τε ἐπεφαίνοντο πάντα τὰ ὑπογεγραμμένα. μετὰ πόνου (658) φθινώδεες. ἤδη δὲ φθινοπώρου καὶ ὑπὸ χειμῶνα πυρετοὶ ξυνεχέες, καὶ τοῖσι αὐτέων ὀλίγοισι καυσώδεες, ἡμερινοὶ, νυκτερινοὶ, ἡμιτριταῖοι, ἀκριβέες, τεταρταῖοι, πλάνητες.

[42] || Ἕκαστοι δὲ τῶν ὑπογεγραμμένων πυρετῶν πολλοῖσιν ἐγένοντο. οἱ μὲν οὖν καῦσοι ἐλαχίστοισί τε ἐγίνοντο καὶ ἥκιστα τῶν καμνόντων οὗτοι ἐπόνησαν. οὔτε γὰρ αἱμοῤῥαγέει, εἰ μὴ πάνυ σμικρὰ καὶ ὀλίγοισιν, οὔτε οἱ παράληροι. τά τε ἄλλα πάντα εὐφόρως. ἐκρίνετο δὲ τουτέοισιν πάνυ εὐτάκτως. τοῖσι πλείστοισι ξὺν τῇσι διαλιπούσῃσιν ἐν ἑπτακαίδεκα ἡμέρῃσιν. οὐδὲ ἀποθανόντα οὐδένα οἶδα τότε ἐν

ex proprio aliquo renum vitio, sed quod istis alia in aliorum vicem succederent. Vomitiones pituitosae, biliosae et crudorum ciborum eductiones ac sudores aderant, atque omnibus undiquaque diffluebat humiditas multa. Multis autem haec fiebant, qui erecti et stantes a febribus erant vacui, plerisque etiam febre correptis, de quibus mox scribetur. In quibus vero descripta omnia deprehendebantur, ii jam quidem ad autumnum et sub hiemem non sine labore tabidi evadebant. Febres erant assiduae, atque eorum paucis quibusdam ardentes, diurnae, nocturnae, semitertianae, tertianae exquisitae, quartanae, erraticae.

Atque enumeratarum febrium singulae multis oboriebantur, ardentes vero omnino paucis, iisque ex aegrotantibus minimum laborarunt. Nam neque sanguis ex naribus nisi paucus admodum, iisque paucis profluxit, neque delirarunt, caeteraque omnia placide tulere. Horum plurimis bene admodum constituto et composito judicationis ordine, febris ardens cum intermissione in septendecim diebus solvebatur, atque haud scio an quisquam tunc ex

καύσῳ, οὐδὲ φρενιτικὰ τότε γινόμενα. οἱ δὲ τριταῖοι πλείους μὲν τῶν καύσων καὶ ἐπιπονώτεροι. εὐτάκτως δὲ τούτοισι πᾶσιν ἀπὸ τῆς πρώτης λήψιος τέσσαρας περιόδους. ἐν ἑπτὰ δὲ τελέως ἔκριναν, οὐδ᾽ ὑπέστρεψεν οὐδενὶ τούτων. οἱ δὲ τεταρταῖοι πολλοῖσι μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐν τάξει τεταρταίου ἤρξαντο, ἔστι δ᾽ οἷς οὐκ ὀλίγοισιν ἐξ ἄλλων πυρετῶν καὶ νουσημάτων ἀποστάσιες ἐς τεταρταίους ἐγένοντο. μακρὰ δὲ καί, ὡς εἴθισται τουτέοισι, καὶ ἔτι μακρότερα ξυνέπιπτεν. ἀμφημερινοὶ δὲ καὶ νυκτερινοὶ καὶ πλάνητες πολλοῖσι πολλοί, καὶ πουλὺν χρόνον παρέμενον, ὀρθοστάδην τε καὶ κατακειμένοισι. τοῖσι πλείστοισι τουτέων ὑπὸ πληϊάδα καὶ μέχρι χειμῶνος οἱ πυρετοὶ παρείποντο. σπασμοὶ δὲ πουλλοῖσι, μᾶλλον δὲ παιδίοισιν ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐπύρεσσον, καὶ ἐπὶ πυρετοῖσιν ἐγίνοντο σπασμοί, χρόνια μὲν τοῖσι πλείστοισι τουτέων. ἀβλαβέα (659) δέ, εἰ μὴ τοῖσι καὶ ἐκ τῶν ἄλλων πάντων ὀλεθρίως ἔχουσιν.

[46] || Οἱ δὲ ξυνεχέες μὲν τὸ ὅλον καὶ οὐδὲν ἐκλείποντες, παροξυνόμενοι δὲ πᾶσι τριταιοφυέα τρόπον. μίαν ὑπο-

hac ipsa interierit, aut ad phrenitim devenerit. At vero tertianae plures quidem quam ardentes et laborioſiores fuerunt, atque in his omnibus rite et ordine a primo inſultu ad quaternos circuitus proceſſere, in ſeptem vero abſolute judicabantur, neque horum cuiquam reverterunt. Quartanae autem multis per initia certo et rato quartanae tenore coeperunt, quibusdam vero non paucis ex aliis febribus et morbis ſeceſſus in quartanas ſiebant, longaeque his pro conſuetudine, atque etiam interdum longiores contingebant. Sed et quotidianae nocturnaeque et errantes multae diuque plerisque perſeveravere tum erectis tum decumbentibus, horumque plurimos febres ſub vergilias et in hiemem usque comitabantur. Multos autem ſtatim ab initio praecipueque pueros convulſiones cum febre tentabant, quae etiam febribus ſuccedebant, erantque haec plurimis diuturna, quidem innoxia tamen, niſi ſi quibus caetera omnia perniciem adferrent.

At vero continue quidem omnino febres erant nihilque intermittebant, ſed omnes invadebant earum febrium

κουφίζοντες καὶ μίαν παροξυνόμενοι, πάντων βιαιότατοι τῶν τότε γενομένων, καὶ μακρότατοι καὶ μετὰ πόνων μεγίστων γενόμενοι, πρηέως ἀρχόμενοι τὸ ὅλον ἐπιδιδόντες αἰεὶ καὶ παροξυνόμενοι ἐν κρισίμοισι, καὶ ἀνάγοντες ἐπὶ τὸ κάκιον σμικρὰ διακουφίζοντες, καὶ ταχὺ πάλιν ἐξ ἐπισχέσιος, βιαιοτέρως παροξυνόμενοι ἐν κρισίμοισιν ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ κακούμενοι. ῥίγεα δὲ πᾶσι μὲν ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως ἐγίνετο, ἐλάχιστα δὲ καὶ ἥκιστα τουτέοισιν. ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἄλλων πυρετῶν μείζω, ἱδρῶτες πολλοὶ, τουτέοισι δὲ ἐλάχιστοι. κουφίζοντες οὐδὲν, ἀλλ' ὑπεναντίον βλάβας φέροντες. ψύξις πολλὴ τουτέοισιν ἀκρέων καὶ μόλις ἀναθερμαινόμενα. οὐδὲ ἄγρυπνοι τὸ σύνολον μάλιστα οὗτοι, καὶ πάλιν κωματώδεες. κοιλίαι πᾶσι μὲν ταραχώδεες καὶ κακαὶ, πολὺ δὲ τουτέοισι κάκισται. οὖρα δὲ τοῖσι πλείστοισι τουτέων ἢ λεπτὰ καὶ ὠμὰ καὶ ἄχροα καὶ μετὰ χρόνον σμικρὰ πεπαινόμενα κρισίμως ἢ πάχος μὴ ἔχοντα. θολερὰ δὲ καὶ οὐδὲν καθιστάμενα,

more quae ad tertianarum naturam propius accederent, uno quidem die leviores, altero vero vehementiores, omnium quae tunc contingerent violentiſſimae, longiſſimae et laborioſiſſimae, per initia leves et in totum perpetuo increſcentes diebus judicatoriis inſultus habebant et in deterius procedebant. Quae etiam cum parvam allevaſſent, celeriter rurſus ex intermiſſione vehementius invadebant, et diebus judicatoriis magna ex parte deterius affligebant. In his omnibus rigores incompoſite et errabunde contingebant, pauciſſimique et minimi, verum in caeteris febribus majores, ut et ſudores multi, his vero perpauci nihilque allevantes, ſed contra noxiam afferentes. His magna extremorum perfrictio, quae vix etiam recaleſcerent. Neque penitus pervigiles erant, maxime vero hi etiam viciſſim ſopore gravabantur. Alvi omnibus quidem conturbatae erant maleque affectae, iſtis vero multo peſſime. Horum autem plurimis urinae aut tenues erant crudaeque et decolores, aliquantoque poſt intervallo nonnihil concoctae, non ſine judicatoriis ſignis aut craſſitudine quidem praeditae, verum turbidae, nihil conſiſtentes aut ſubſidentes,

οὐδ᾽ ὑφιστάμενα, οὐδὲ πεπαινόμενα, ἢ σμικρὰ καὶ κακὰ καὶ ὠμὰ τὰ ὑφιστάμενα. κάκιστα δὲ ταῦτα πάντα. βῆχες μὲν παρείποντο τοῖσι πυρετοῖσι. γράψαι δὲ οὐκ ἔχω βλάβην οὐδ᾽ ὠφελείην γενομένην διὰ βηχὸς τότε. χρόνια μὲν οὖν καὶ δυσχερέα καὶ πάνυ ἀτάκτως καὶ πε(660)πλανημένως καὶ ἀκρίτως τὰ πλεῖστα τουτέων διετέλει γινόμενα καὶ τοῖσι πάνυ ὀλεθρίως ἔχουσι καὶ τοῖσι μή. εἰ γάρ τινας αὐτέων διαλίποιεν σμικρὸν, ταχὺ πάλιν ὑπέστρεφον. ἔστι δὲ οἷσιν ἔκρινεν αὐτέων ὀλίγοισιν οἷσι τὰ βραχύτατα γένοιτο περὶ ὀγδοηκοστὴν ἐοῦσι καὶ τουτέων ἐνίοις ὑπέστρεφεν, ὥστε κατὰ χειμῶνα τοὺς πλείους αὐτέων ἔτι νοσέειν. τοῖσι δὲ πλείστοισιν ἀκρίτως ἐξέλιπαν. ὁμοίως δὲ ταῦτα συνέπιπτε τοῖσι περιγινομένοισι καὶ τοῖσιν οὔ.

[50] || Πολλῆς δέ τινος γενομένης ἀκρισίης καὶ ποικίλης ἐκ τῶν νουσημάτων καὶ μεγίστου μὲν σημείου καὶ κακίστου διὰ τέλεος παρεπομένου, τοῖσι πλείστοισιν ἀποσίτους εἶναι πάντων γευμάτων, μάλιστα δὲ τουτέων οἷσι καὶ τἄλλα

neque concoctae aut paucae, vitioſae, crudae, ſubſidentes et in ſumma peſſimae omnes. Tuſſes quidem febres comitabantur, ſed neque quam utilitatem aut noxam tunc tuſſis attulerit licet ſcribere. Diuturna itaque et difficilia haec erant, valdeque incompoſite et errabunde atque citra ſolutionem horum plurima tum his qui exitialiter valde, tum his qui nequaquam ita ſe haberent permanebant. Si quibus enim aliquantulum intermitterent, in iis celeriter reverſiones faciebant. Eſt ubi quibusdam iisque paucis, ad octogeſimum diem cum breviſſime judicatione ſolverentur, nonnullis repeterent, ut etiam in hiemem eorum plurimi aegrotarent. Plerosque vero omnes absque judicatione deſerebant. Haec autem tum his qui ſuperſtites erant, tum iis qui moriebantur ex aequo contigerunt.

Cumque multa eaque varia eſſet in morbis judicationis ceſſatio, maximum ſane et peſſimum ſignum plerosque omnes ad extremum usque proſecutum eſt, quod cibos omnes averſarentur, iique maxime qui caetera quoque ex-

Ed. Chart. IX. [50. 53.] Foës. II. 946. 947. Ed. Lind. I. (660. 661.)

ὀλεθρίως ἔχοι, διψώδεες οὐ λίην ἀκαίρως ἦσαν ἐπὶ πυρετοῖσι τουτοισι. γενομένων δὲ χρόνων μακρῶν καὶ πόνων πολλῶν καὶ κακῆς ξυντήξιος, ἐπὶ τουτέοισιν ἀποστάσιες ἐγένοντο ἢ μείζους ὥστε ὑποφέρειν μὴ δύνασθαι ἢ μείους ὥστε μηδὲν ὠφελέειν, ἀλλὰ ταχὺ παλινδρομέειν καὶ ξυνεπείγειν ἐπὶ τὸ κάκιον. ἦν δὲ τουτέοισι τὰ γινόμενα δυσεντεριώδεα καὶ τεινεσμοὶ καὶ λειεντερίαι καὶ ῥοώδεες. ἔστι δ' οἷσι καὶ ὕδρωπες μετὰ τούτων καὶ ἄνευ τούτων ἄσαι. ὅ τι δὲ παραγένοιτο τούτων βιαίως, ταχὺ ξυνῄρει ἢ πάλιν ἐπὶ τὸ μηδὲν ὠφελέειν. ἐξανθήματα μικρὰ καὶ οὐκ ἀξίως τῆς περιβολῆς τῶν νοσημάτων καὶ ταχὺ πάλιν ἀφανιζόμενα, ἢ παρὰ τὰ ὦτα οἰδήματα μὴ λυόμενα καὶ (661) οὐδὲν ἀποσημαίνοντα. ἔστι δ' οἷσι ἐς ἄρθρα, μάλιστα δὲ κατὰ τὸ ἰσχίον, ὀλίγοισι κρισίμως ἀπολιπόντα, καὶ ταχὺ πάλιν ἐπικρατευόμενα ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἕξιν.

[53] || Ἔθνησκον δὲ ἐκ πάντων μὲν, πλεῖστοι δὲ ἐκ του-

itialiter haberent. In his vero febribus non admodum inopportune siticulosi erant. Longo autem progressu temporis, cum et labores multi malaque corporis extenuatio fieret, his humorum secessus aut viribus superiores, aut minores quam ut prodessent quicquam succedebant, sed qui confestim intro recurrerent et in deterius contenderent. Atque his aderant intestinorum tormina, crebrae et inanes egerendi cupidines, intestinorum laevores et alvi fluentes, nonnullis etiam aqua inter cutem cum hujusmodi enumeratis casibus, aut sine his contingebat. Ex his vero quicquid violenter urgebat, aut statim e medio tollebat, aut prorsus nihil conferebat. Papulae parvae, quae nec satis pro dignitate morborum excretioni respondebant, sed contra celeriter disparebant, aut aurium tumores oboriebantur, qui sensim et sine ulla significatione evanescebant. Nonnullis ad articulos praecipueque ad coxendicem decumbebant, paucis decretorie desinebant, sed celeriter rursus pristinum habitum assequebantur.

Ex quovis autem hominum genere interibant qui-

τέων παιδία, ὅσα ἀπὸ γάλακτος ἤδη, καὶ πρεσβύτερα ὀκταετέα καὶ δεκαετέα, καὶ ὅσα προ ἥβης. ἐγίνετο δὲ τούτοισι ταῦτα οὐκ ἄνευ τῶν πρώτων γεγραμμένων. τὰ δὲ πρῶτα πολλοῖσιν ἄνευ τουτέων. μοῦνον δὲ χρηστὸν καὶ μέγιστον τῶν γινομένων σημείων, καὶ πλείστους ἐῤῥύσατο τῶν ὄντων ἐπὶ τοῖσι μεγίστοισι κινδύνοισιν, οἷσιν ἐπὶ τὸ στραγγουριῶδες ἐτράπετο, καὶ ἐς τοῦτο ἀποστάσιες ἐγίνοντο. ξυνέπιπτε δὲ καὶ ἐν τοῖσι πλείστοισι τὸ στραγγουριῶδες. τῇσιν ἡλικίῃσι ταύτῃσι γίνεσθαι μάλιστα. || ἐγίνετο δὲ καὶ τῶν ἄλλων πολλοῖσιν ὀρθοστάδην καὶ ἐπὶ τῶν νοσημάτων. ταχὺ δὲ καὶ μεγάλη τις ἡ μεταβολὴ τούτοισι πάντων ἐγίνετο. κοιλίαι τε γὰρ εἰ καὶ τύχοιεν ἐφυγραινόμεναι, κακοήθεα τρόπον ταχὺ ξυνίσταντο γεύμασί τε πᾶσιν ἡδέως εἶχον, οἵ τε πυρετοὶ πρηέες μετὰ ταῦτα. χρόνια δὲ τουτέοισι τὰ περὶ τὴν στραγγουρίην καὶ ἐπίπονα ἦν. οὖρα δὲ τουτέοισιν εἴη πουλλὰ, παχέα καὶ ποικίλα καὶ ἐρυθρὰ, μιξόπυα μετ᾽ ὀδύνης. περιεγένοντο δὲ πάντες οὗτοι, καὶ οὐδένα τουτέων οἶδα ἀποθανόντα.

dem, atque ex his plurimi pueri jam a lacte depulsi, iique quibus aetas paulum processerat, octennes aut decennes nec dum etiam puberes. Atque ista quidem his non sine superius descriptis, multis vero superiora absque his contingebant. Quibus autem ad urinae difficultatem res tota se converterat, in eamque humorum secessus fierent, iis hoc unum utile omniumque efficacissimum signum fuit, quod etiam plerosque omnes ab imminenti maximo discrimine vindicavit. Accidit vero plurimis urinae difficultatem potissimumque his aetatibus fieri, itemque aliis multis qui etiam in morbis erecti obambulabant. Hic quoque subita quaedam et magna omnium mutatio aderat. Alvos namque si contigisset fusas fuisse, eae confestim pessime cogebantur et ad omnes cibos alacres erant, posteaque placidae febres tentabant. Verum quae ad urinae difficultatem spectabant, ea his diuturna et molesta fuere urinaeque copiosae, crassae, evariantes et rubrae partimque cum dolore purulentae. Atque hi omnes superstites evasere, neque eorum quenquam interiisse cognovi.

Ὁκόσα δὲ ἀκινδύνως, πεπασμοὺς τῶν ἀπιόντων πάντας πάντοθεν ἐπικαίρους ἢ καλὰς καὶ κρισίμους ἀποστάσιας, σκοπεῖσθαι. πεπασμοὶ ταχυτῆτα κρίσεως καὶ ἀσφαλίην ὑγείην σημαίνουσιν. ὠμὰ δὲ καὶ ἄπεπτα καὶ ἐς κακὰς (662) ἀποστάσιας τρεπόμενα, ἀκρισίας ἢ πόνους ἢ χρόνους ἢ θανάτους ἢ τῶν αὐτῶν ὑποστροφάς. ὅ τι δὲ τουτέων ἔσται μάλιστα, σκεπτέον ἐξ ἄλλων λέγειν τὰ προγινόμενα. γινώσκειν τὰ παρεόντα, προλέγειν τὰ ἐσόμενα, μελετᾷν ταῦτα, ἀσκεῖν περὶ τὰ νουσήματα δύο, ὠφελέειν ἢ μὴ βλάπτειν. ἡ τέχνη διὰ τριῶν, τὸ νόσημα, ὁ νοσέων καὶ ὁ ἰητρὸς, ὁ ἰητρὸς ὑπηρέτης τῆς τέχνης. ὑπεναντιοῦσθαι τῷ νουσήματι τὸν νοσεῦντα μετὰ τοῦ ἰητροῦ χρή. τὰ περὶ κεφαλὴν καὶ τράχηλον ἀλγήματα καὶ βαρέα μετ' ὀδύνης, ἄνευ πυρετῶν καὶ σὺν πυρετοῖσι. φρενιτικοῖσι μὲν σπασμοὶ, [60] καὶ ἰώδεα ἐπανεμέουσιν, ἔνιοι ταχυθάνατοι τούτων. ἐν καύσοις δὲ καὶ τοῖσιν ἄλλοισι πυρετοῖσιν οἷσι μὲν τραχήλου πόνος, καὶ κροτάφων

In quibus vero casibus nullum periculum suspectum est, eorum quae exeunt maturationes omnes num undique tempestive procedant, considerandae sunt. In quibus etiam num abscessus bono sint, aut cum judicatione fiant videndum est. Concoctiones judicationem brevi fore et certam salubritatem portendunt. Cruda vero et incocta, quaeque in malos abscessus vertunt, aut judicationis cessationem aut dolorem aut diuturnitatem aut mortem aut eorundem reversiones significant. Horum autem quodcunque maxime futurum sit, ex aliis considerandum. Summa cura anniti oportet ut praeterita enarres, praesentia cognoscas et futura praedicas. Duoque ista elaboranda sunt, ut in morbis commodes aut ne quid offendas. Artem tria ista circumscribunt, morbus, aeger et medicus, qui artis est administer, aegrumque oportet una cum medico morbo reluctari. Capitis et cervicis dolores et gravitates si febres comitentur, aut sine iis accidant, phrenitide quidem laborantibus ad convulsiones desinunt, praesertim ubi aeruginosa vomitione resuderint: sed et eorum nonnulli celeriter intereunt. Qui febribus ardentibus aliisve conflictantur

Ed. Chart. IX. [60. 62.] Foëſ. II. 948—950. Ed. Lind. I. (662. 663.)

βάρος, καὶ σκοτώδεα περὶ τὰς ὄψιας ἢ καὶ ὑποχονδρίου ξύντασις μετ' ὀδύνης γίγνεται, τουτέοισιν αἱμοῤῥαγέειν διὰ ῥινῶν. οἷσι δὲ βαρέα μὲν ὅλης τῆς κεφαλῆς, || καρδιωγμοὶ δὲ καὶ ἀσώδεές εἰσιν, ἐπανεμέουσι χολώδεα καὶ φλεγματώδεα, τὸ πολὺ δὲ παιδίοισιν. ἐν τουτέοισι γὰρ οἱ σπασμοὶ μάλιστα. γυναιξὶ δὲ καὶ ταῦτα καὶ ἀπὸ ὑστερέων πόνοι. πρεσβυτέροισι δὲ καὶ ὅσοισιν ἤδη τὸ θερμὸν κρατέεται, παραπληκτικὰ ἢ μανικὰ ἢ στερήσιες ὀφθαλμῶν.

[62] || [*Κατάστασις τρίτη.*] *Ἐν Θάσῳ πρὸ ἀρκτούρου ὀλίγον καὶ ἐπ' ἀρκτούρου ὕδατα πολλὰ μεγάλα ἐν βορείοισι, περὶ δὲ ἰσημερίην καὶ μέχρι πληϊάδος νότια ὕσματα ὀλίγα. χειμὼν βόρειος, αὐχμοὶ, ψυχρὰ πνεύματα μεγάλα, χιό(663)νες. περὶ δὲ ἰσημερίην χειμῶνες μέγιστοι. ἦρ βόρειον, αὐχμοὶ, ὕσματα ὀλίγα, ψύχεα. περὶ δὲ ἡλίου τροπὰς θερινὰς ὕδατα ὀλίγα, μεγάλα ψύχεα μέχρι κυνός. μετὰ δὲ κύνα μέχρις ἀρκτούρου θέρος θερμόν. καύματα μεγάλα οὐκ ἐκ προσ-*

cum cervicis dolore et temporum gravitate, ſi tenebricoſa caligo oculis obverſatur praecordiorumque contentio ſine doloris ſenſu aſſuerit, iis ſanguis e naribus profunditur. Qui vero toto capite gravitatem ſentiunt, cum oris ventriculi morſu et ſtomachi faſtidio, ii bilioſa et pituitoſa vomitione rejiciunt. Quibus in caſibus plerumque pueris convulſiones maxime fiunt. Eadem etiam mulieribus contingunt, praetereaque obſcoenorum locorum dolores. Grandioribus autem natu et quos jam calor defecit, partium reſolutiones aut inſaniae aut caecitates.

[*Status Tertius.*] Paulo ante arcturum ſub ipſoque arcturo imbres copioſi et magni ſpirantibus aquilonibus in Thaſo fuerunt. Circa aequinoctium autem et ad vergilias usque parvae et modicae pluviae auſtrinae. Hiems aquilonibus perflata juſto majores ſiccitates, frigidos ventos et magnas nives habuit. Ad aequinoctium autem maxima frigora. Ver aquilonium, exuperantes ſiccitates, modicae pluviae et frigidae. Circa aeſtivum ſolſtitium aquae paucae, frigora magna ad canem usque. Poſt canem vero ad arcturum usque, per calidam aeſtatem aeſtus magni, qui non

αγωγῆς, ἀλλὰ συνεχέα καὶ βίαια. ὕδωρ οὐκ ἐγένετο. ἐτησίαι ἔπνευσαν. περὶ ἀρκτοῦρον. ὕσματα νότια μέχρις ἰσημερίης. ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ κατὰ χειμῶνα μὲν ἤρξαντο παραπληγίαι καὶ πολλοῖσιν ἐγίνοντο, καὶ τινὲς αὐτέων ἔθνησκον διὰ ταχέων, καὶ γὰρ ἅλις τὸ νούσημα ἐπίδημον ἦν. τά τ᾽ ἄλλα διετέλεον ἄνοσοι, [64] πρωῒ δὲ τοῦ ἦρος ἤρξαντο καῦσοι καὶ διετέλεον μέχρις ἰσημερίης καὶ πρὸς τὸ θέρος. || ὅσοι μὲν οὖν ἦρος καὶ θέρεος ἀρξαμένου αὐτίκα νοσέειν ἤρξαντο, οἱ πλεῖστοι διεσώζοντο, ὀλίγοι δέ τινες ἔθνησκον. ἤδη δὲ τοῦ φθινοπώρου καὶ τῶν ὑσμάτων γενομένων θανατώδεες ἦσαν καὶ πλείους ἀπώλλυντο.

Ἦν δὲ τὰ παθήματα τῶν καύσων οἷσι μὲν καλῶς καὶ δαψιλέως ἐκ ῥινῶν αἱμοῤῥαγῆσαι, διὰ τούτου μάλιστα σώζεσθαι, καὶ οὐδένα οἶδα εἰ καλῶς αἱμοῤῥαγήσαιεν ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ ἀποθανόντα. Φιλίσκῳ γὰρ καὶ Ἐπαμίνωνι καὶ Σιληνῷ τεταρταίῳ καὶ πεμπταίῳ σμικρὸν ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξεν

per intervalla aut sensim fierent, sed tum perpetui tum vehementes, non pluebat, anniversarii venti spiravere. Ad arcturum autem pluviae austrinae ad aequinoctium usque. In hac temporis conditione ad hiemem partium resolutiones coeperunt multosque invaserunt, ex quibus nonnulli celeriter interierunt, mire quippe vulgariter grassabatur hic morbus, caetera vero integre degebant. Febres autem ardentes ante ver coeperunt, et ad aequinoctium usque et ad aestatem perseveraverunt. Quos itaque statim sub ipsa veris et aestatis primordia morbus invasit, plerique omnes superstites evaserunt paucique interierunt. Cum vero autumnus esset pluviaeque impeterent, lethales erant pluresque peribant.

Inerant vero in febribus ardentibus affectiones hujusmodi, ut qui bene et largiter sanguinem e natibus profudissent, ii vel ex eo maxime servati viderentur, neque ullum cui modo sanguis bene profluxisset hoc in statu mortuum videre licuit. Philiscus si quidem et Epaminon ac Silenus, quod his quarto die et quinto de naribus pa-

καὶ ἀπέθανον. οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τῶν νοσησάντων περὶ κρίσιν ἐπεῤῥίγεον καὶ μάλιστα οἷσι μὴ αἱμοῤῥαγῆσαι. ἐπεῤῥίγουν δὲ καὶ οὗτοι καὶ ἐφίδρουν. [66] ἔστι δ᾽ οἷσιν (664) ἴκτεροι ἑκταίοισι, ἀλλὰ τούτοισιν ἡ κατὰ κύστιν κάθαρσις ἢ κοιλίη ἐκταραχθεῖσα ὠφελήσαιεν, ἢ δαψιλὴς αἱμοῤῥαγίη, οἷον Ἡρακλείδης, ὃς κατέκειτο παρὰ Ἀριστοκύδη, καίτοι τούτῳ καὶ ἐκ ῥινῶν αἱμοῤῥάγησε καὶ ἡ κοιλίη ἐπεταράχθη, καὶ τὰ κατὰ κύστιν ἐκαθήρατο. ἐκρίθη εἰκοσταῖος. οὐχ οἷον ὁ Φαναγόρεω οἰκέτης, ᾧ οὐδὲν τουτέων ἐγένετο, ἀπέθανεν. αἱμοῤῥαγίαι δὲ τοῖσι πλείστοισι, μάλιστα δὲ μειρακίοισι καὶ ἀκμάζουσι, καὶ ἔθνησκον πλεῖστοι τοιουτέων, οἷσι μὴ αἱμοῤῥαγῆσαι ἐγένετο. πρεσβυτέροισι δὲ ἐς ἰκτέρους, ἢ κοιλίαι ταραχώδεες ἢ δυσεντεριώδεες, οἷον Βίωνι τῷ παρὰ Σιληνὸν κατακειμένῳ. ἐπεδήμησαν δὲ καὶ δυσεντερίαι κατὰ θέρος, καὶ τισὶ καὶ τῶν διανοσησάντων, οἷσι καὶ αἱμοῤῥαγίαι ἐγένοντο,

rum ſtillaverit, mortem obierunt. Plerique igitur omnes aegri appetente judicatione rigore corripiebantur, iique potiſſimum qui ſanguinem e naribus non profudiſſent, atque hi inſuper novo ſuborto rigore exudarunt. Quosdam etiam ſexto die morbus regius prehendit, verum iſtos per veſicam expurgatio aut commota alvus, aut larga ſanguinis e naribus profuſio ſublevavit, quale quid Heraclidae, qui apud Ariſtocyden decumbebat, contigit, quippe qui largum e naribus ſanguinem profudit, et alvum conturbatam habuit et per veſicam perpurgatus eſt. Vigeſimo autem die judicatione eſt liberatus, non quomodo Phanagorae famulus, qui, cum ipſi nihil horum quicquam eveniſſet, periit. Plurimis ſanguis e naribus erumpebat, praecipue tamen adoleſcentibus et aetate florentibus, atque eorum bona pars periit qui ſanguinem e naribus non profuderunt. Aetate autem provectioribus, res ſeſe in morbum arquatum vertebat, aut iis alvi commotae, aut inteſtinorum difficultates aderant, quale quid Bioni qui ad Silenum decumbebat, contigit. Aeſtate etiam inteſtinorum difficultates populariter vagatae ſunt, et quidam eorum qui morbis conflictabantur, quibus etiam ſanguis e naribus eruperat, hunc exitum ha-

Ed. Chart. XII. [66. 67.] Foes. II. 951—953. Ed. Lind. I. (664. 665.)

ἐς δυσεντεριώδεα ἐτελεύτησαν, οἷον τοῦ Ἐράτωνος τῷ παιδὶ καὶ μύλλῳ, πολλῆς αἱμοῤῥαγίης γενομένης, ἐς δυσεντεριώδεα κατάστασιν περιεγένοντο.

[67] || Πολλοῖς μὲν οὖν μάλιστα ὁ χυμὸς οὗτος ἐπεπόλασεν, ἐπεὶ καὶ οἷσι περὶ κρίσιν οὐχ ἡμοῤῥάγησεν, ἀλλὰ παρὰ τὰ ὦτα || ἐπαναστάντα ἠφανίσθη. τούτων δὲ ἀφανισθέντων παρὰ τὸν κενεῶνα βάρος τὸν ἀριστερὸν καὶ ἐς ἄκρον ἰσχίον. ἀλγήματος δὲ μετὰ κρίσιν γενομένου καὶ οὔρων λεπτῶν διεξιόντων, αἱμοῤῥαγέειν σμικρὰ ἤρξαντο. περὶ δὲ εἰκοστὴν τετάρτην ἐγένοντο ἐς αἱμοῤῥαγίην ἀποστάσιες Ἀντιφῶντι τῷ Κριτοβούλου. ἐπεπαύσατο καὶ (665) ἐκρίθη τελέως περὶ τεσσαρακοστήν. γυναῖκες δὲ ἐνόσησαν μὲν πολλαὶ, ἐλάσσους δὲ ἢ ἄνδρες, καὶ ἔθνησκον ἧσσους. ἐδυστόκεον δὲ πλεῖσται, καὶ μετὰ τοὺς τόκους ἐπενόσεον, καὶ ἔθνησκον αὗται μάλιστα, οἷον Τελεβόλου θυγάτηρ ἀπέθανεν ἑκταίη τόκου. τῇσι μὲν οὖν πλείστῃσιν ἐν τοῖσιν πυρετοῖσιν γυναικεῖα ἐπε-

Febres ex glandularum tumoribus ortae praeter diarias malae. Sed et glandularum tumores, qui in febribus accidunt, deteriores sunt, si in acutis statim quidem remiserint. Qui flatibus conflictatur cum molli praecordiorum tumore et neutrius lateris contensione, iis superne in dextris rotundum quiddam ac veluti circumferentia aliqua pure plena. Quod modo valde extensum est, modo vero diffusum, interdum etiam deorsum vergit, et utrimque ad umbilicum contensionem facit. Si flatus in ea quae sursum fit in directum latione, in rotundum quiddam concludatur, et velut comprehendatur, absque judicatione calore attenuatur. Quod si illud effugerit, ad suppurationem fertur. Spiratio frequens,

ἀραιά. ἔξεισιν, ἔξω μέγα, ἔσω σμικρόν. τὸ (700) *μὲν ἐκτεῖνον, τὸ δὲ κατεπεῖγον. διπλῆ ἔσω ἐπανάκλησις, οἷον ἐπεισπνέουσιν ἐν θερμῷ ψυχρόν. ἰητήριον συνεχέων χασμέων, μακρόπνους· τοῖσιν ἀπότοισι καὶ μόγις μικρόπνους.*

[165] || *Κατ' ἴξιν, καὶ πλευρῶν ἔντασις ὀδυνώδης καὶ ἐντάσιες ὑποχονδρίων καὶ σπληνὸς ἐπάρσιες, ἐκ ῥινῶν ῥήξιες. τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα μετὰ κρίσιν ὑποστροφώδεα. τὸ γοῦν πρῶτον σπληνῶν ἐπάρσιες, ἢν μὴ ἐς ἄρθρα τελευτήσῃ, αἱμοῤῥαγίη γίνεται. ὑποχονδρίου δεξιοῦ ἔντασις, ἢν μὴ διεξοδεύσῃ οὖρα, αὕτη γὰρ ἡ κατάληψις ἀμφοῖν καὶ ὑποστροφαί. ἀποστάσιας οὖν ποιέεσθαι αὐτὸν ἡγεύμενον. τὰς δὲ παρακλίνειν ἤδη γινομένας ἀποδέχεσθαι, ἢν ἴωσιν ἤδη, καὶ ὁποῖα δεῖ, καὶ ὁπόσα. μὴ ξυνδρᾷν δέ. τὰς δ' ἀποτρέπειν, ἢν πάντη ἀσύμφοροι ἔωσι. μάλιστα δὲ ταύτας μελλούσας. εἰ δὲ μή,*

parva, magna, rara: foras magna procedit, intro parva. Haec quidem protenſa, illa vero urgens. Duplicata intro revocatio, qualis ſuperſpirantibus: calida item et frigida. Oſcitationes aſſiduas longa ſpiratio ſanat. Iis qui non bibunt aut ne vix quidem, brevis ſpiratio plurimum confert.

Secundum directionem laterum et praecordiorum contenſiones laborioſae, tum vero lienis tumores et ſanguinis e naribus eruptiones fieri debent. Quae poſt judicationem relinquuntur, recidivas facere ſolent. Primum igitur in lienum tumoribus, niſi in articulos deſinant vel ſanguinis e naribus eruptio, vel praecordii dextri contenſio fiet, niſi ſi urinae irruperint et viam quodammodo ſibi fecerint. Sunt enim velut utrorumque interceptio. Atque ſic quidem merito horum recidivae fient. Haec igitur perpendentem abſceſſus procurare conveniet, ſi non fiant: quosdam vero qui jam fiunt, declinare: quosdam etiam qui qua et qualiter oportet prodierint, recipere. Qui vero ne abunde quidem prodeunt, coadjuvandi ſunt: quidam etiam qui prorſus ſunt incommodi, avertendi, utque eo maxime ſi nullam adhuc ſui ſignificationem edidere, ſed futuri ſint, alioqui vero cum adhuc rude habuerint initium. Sanguinis e naribus eru-

Ed. Chart. IX. [165. 169.] Foës. II. 1027. 1028. Ed. Lind. I. (700. 701.)
ἄρτι ἀρχομένας αἱ τεταρταῖαι αἱμοῤῥαγίαι δύσκριτοι. οἱ διαλείποντες μίαν τῇ ἑτέρῃ ἐπιῤῥίγευσιν ἅμα κρίσει ἐς ἑβδόμην.

[169] || Σκόπῳ ἐκ κορυζοδέων, χολωδέων καὶ φάρυγγος φλεγμονῆς φλαύρως διαιτηθέντι, ἡ κοιλίη ἀπελήφθη καὶ πυρετὸς συνεχὴς ἐγένετο καὶ γλῶσσα εὐανθὴς καὶ ἄγρυπνος. ἤτρου ἔντασις ἰσχυρῶς ὁμαλῶς κατὰ σμικρὸν ἐς τὸ κάτω ἐν τοῖσι δεξιοῖσι πνεῦμα ὑπόπυκνον, ὑποχόνδρια ἤλγει καὶ ἀναπνέων καὶ στρεφόμενος. ἄνευ δὲ βηχὸς ἀνεχρέμπτετο. ὑπὸ παχέος πέπλος δοθεῖσα, (701) ἀπὸ τοῦ ὑποχονδρίου μὲν ἀπῶσεν. ἐπεραιώθη δὲ οὐδέν. τῇ δὲ ὑστεραίῃ βάλανοι δύο προστεθεῖσαι οὐκ ἐφάνησαν. οὖρον δὲ παχὺ καὶ θολερὸν, λείη καὶ ὁμαλὴ, καὶ ἔστη κοιλίη ἐν θολερότητι, ἥ τε γαστὴρ μαλακωτέρη ἦν καὶ σπλὴν ἐπηρμένος καὶ κατῤῥοπος ἐγένετο. ποτῷ ἐχρῆτο ὀξυγλύκει. δεκάτη, αἷμα ἐξ ἀριστεροῦ ὑδαρὲς ὀλίγον ἦλθεν. οὐ πάνυ δέ τι ἄῤῥωστος αὐτὸ τοῦτο, καὶ οὖ-

ptiones, quae quarto die fiunt, difficilem faciunt judicationem. Febres quae uno die intermiſſionem, altero vero perfrictionem habent, judicium ad ſeptimum circuitum ſuſtentant.

Scopo poſt mucoſorum et bilioſorum exitum et faucium inflammationem, ex improba victus ratione alvus reſtitit et febris continua prehendit, lingua erat florulenta et inſomnia conflictabatur. Partium quae ad pubem ſunt, valida contenſio et aequalis, paulatim ad imum dextrae partis vergens. Reſpiratio erat ſubfrequens cum praecordiorum dolore inter reſpirandum, et cum loco dimoveretur aut ſeſe converteret, absque tuſſi ſubcraſſa excreabat. Peplos exhibita praecordium quidem allevavit, nihil autem transmiſit. Poſtridie glandes duae immiſſae, nullo modo apparuere. Urina craſſa erat et turbulenta, ſubſidentia vero aequabilis et laevis. Alvus etſi turbata erat, reſtitit tamen venterque contrectatu aliquanto mollior erat. Lien intumeſcebat et ſublevabatur, ſuoque momento deorſum librabatur. In potu erat acetum mulſum. Decima ſanguis ex nare ſiniſtra aquoſus et paucus prodiit, quod aegro non magnum adjumentum

Ed. Chart. IX. [169. 171.] Foës. II. 1028. 1029. Ed. Lind. I. (701.)
ρον ὑπόστασιν ἔχον. ἐν δὲ τῇ ὑποστάσει ὑπόλευκόν τι προσεχόμενον πρὸς τῷ ἀγγείῳ λεπτόν. οὔτε οἷον γονοειδὲς οὔτε ἀνόμοιον ἐῤῥύη τοῦτο βραχύ. τῇ δὲ ὑστεραίῃ κριθεὶς, ἀπύρετος. καὶ ὑπῆλθεν ὑπόγλισχρον τῇ ἑνδεκάτῃ. τὸ δέ τι περὶ ῥοῦν χολῶδες. οὔρου δὲ κάθαρσις πολλὴ καὶ πλήθει καὶ ὑποστάσει, καὶ πρὶν μὲν οἰνοποτέειν ἤρξατο μικροῦ λάπῃ ὁμοίῃ. διῆλθε δὲ τῇ ἑνδεκάτῃ ὡς ὀλίγον ἐόντων. γλίσχρα δὲ καὶ κοπρώδεα θολερά. τὸ τοιοῦτον εἰ κρισίμως ὅτι καὶ τὸ Ἀντιγένεος ἐν Περίνθῳ. τὰ περὶ τὰς γλώσσας αἰρόμενα συστρέμματα καὶ ταπεινὰ ἐόντα λιθίδια, καὶ τὰ τοῖσι ποδαγρικοῖσι. τὰ ἀσθενέα παρ᾽ ἄρθρα ἐκείνων ἐστὶ, καὶ γὰρ ἡ ὀστέων φύσις καὶ τοῦ σκληρύνεσθαι τοῦτο αἴτιον καὶ τοῦ συντείνεσθαι.

[171] || Τὸ τῆς Ἱπποστράτου ἐκ τεταρταίου ἐνιαυσίου ἀπεκορύφου, ὑπόψυχρος φανερῶς δοκέουσα. ἔφοδος ἐπὶ πᾶν τὸ σῶμα καὶ ἱδρὼς ἐκρίθη ταύτῃ, καὶ μετὰ ταῦτα γυναικεῖα

attulit. Urina subsidentiam habebat, in qua subalbidum quiddam inerat tenue matulae adhaerens, quod neque erat geniturae omnino simile, neque vero dissimile. Effluxerat autem brevi intervallo. Postridie ex judicatione a febre omnino liber. Undecima vero, viscidum aliquantulum subiit. Cum profluvio autem biliosum quid effluxit. Multae urinae perpurgatio cum copia tum etiam subsidentia, quae ante vini usum tenui pituitae fere erat similis. Undecima prodierunt alvi faeces, paucae quidem, viscosae tamen et conturbatae. Quod an judicationem haberet, non secus ac Antigeni in Perintho decidit, dubitari poterat. Podagricis humorum coitus et tubercula dura in lingua sublevantur, et humiles calculi concrescunt, imbecillitatesque illis circa articulos fiunt. Ossium enim natura quod indurentur aut contendantur in causa est.

Hippostrati uxori praecordii sinistri tumor, ex quartana annua in fastigium sublatus est, cum palam frigidula esse videretur, oborto frigoris impetu et sudore per totum corpus pervadente, judicata est. Ad haec menses, qui tunc

πλείω πλήθει καὶ χρόνῳ. (702) τότε γὰρ ἀπεῖχε. μὴ ἑστάναι ἔδοξεν ἀπόστασις. ἐν τοῖσιν σφύζουσιν αἱμοῤῥαγέσι σχῆμα εὐρύ τε ὂν καὶ τὸ ξύμπαν, εἰ ἐκ τοῦ πάντη κατάντεος ἄναντες ποιοῖτο. διὸ καὶ αἱ ἀποδέσιες αἱ ἐν τῇσι φλεβοτομίῃσιν ὁρμῶσι. αἱ δὲ ἰσχυραὶ κωλύουσιν αἷμα. τὸ ἔναιμον καὶ τὸ ὑπόχολον ὀξυρεγμιῶδες. ἴσως δὲ ἐς μέλαιναν τούτοισι τελευτᾷν. ῥίγη ἄρχεται γυναιξὶ μὲν μᾶλλον ἀπὸ ὀσφύος διὰ νώτου ἐς κεφαλήν. ἀτὰρ καὶ ἀνδράσιν ὄπισθεν μᾶλλον ἢ τὰ ἔξωθεν τοῦ σώματος. οἷον πηχέων, μηρῶν, ἀτὰρ καὶ τὸ δέρμα ἀραιόν. δηλοῖ δὲ ἡ θρὶξ τῶν ζώων.

|| Ἧισιν οὐδὲν ἔσω τοῦ τεταγμένου χρόνου, ἑκάστῃσι τὰ τικτόμενα ἀπόγονα γίνεται. τὰ ἐπιφαινόμενα ἐν οἷσι μησὶ γίνεται. || οἱ πόνοι ἐν περιόδοισιν, ὅτι ἐν ἑβδομήκοντα κινέεται, ἐν τριπλασίοισι τελειοῦται. ὅτι μετὰ γυναικεῖα δεξιά. τὰ δὲ ἀριστερὰ χάσκων ὑγρότης. διὰ τῶν ἀπιόντων διαί-

reſtiterant, magna copia, et per longum intervallum eruperunt: neque aliqua in parte ſubſiſtere abſceſſus viſus eſt. In his quae pulſant et ſanguinem fundunt, poſitus figuram amplam et laxam eſſe oportet, idque omnino ſi ex prorſus declivi acclivis fiat. Quare quae in venarum ſectionibus deligationes fiunt, ſanguinis impetum promovent, validae vero inhibent. Qui natura ſunt ſanguinei et aliquantulum bilioſi, acidis ructibus conflictantur atque adeo verendum, ne in atrae bilis morbum deſinant. Rigores mulieribus a lumbis inchoant magis, et per dorſum ad caput feruntur. Quin et viris poſteriore magis quam anteriore corporis parte, ut cubito et foemore. Id autem comprobat cutis ipſius raritas, cujus indicium eſt pilorum in animantibus generatio.

Quibus intra praeſinitum tempus nulla fit noxa, eae vitales partus edunt. Quod ſi quid geſtationis tempore appareat, in quos menſes incidat, videndum eſt. Labores certis temporum circuitibus fiunt, et foetus qui ſeptuaginta diebus moventur, ter iisdem in ſeſe ductis perſecti fiunt. Ad purgationis menſtruae extremum, ubi ſiniſtra et dextra dehiſcunt, humidi quod tunc procedit copia, quae per ea quae prodeunt ſatis indicatur, ſiccifſimam victus rationem

Ed. Chart. IX. [171.] Foës. II. 1031. Ed. Lind. I. (702. 703.)

της ξηροτάτης, ὅτι θᾶσσον κινηθὲν διακριθὲν αὖθις αὔξεται καὶ βραδύτερον. ἐπὶ πλείονα χρόνον οἱ πόνοι περὶ τρίτην ἡμέραν πρὸς τῇσι πεντήκοντα καὶ ἕκτην πρὸς τῇσιν ἑκατόν. μηνιαῖοι, δευτεραίῳ καὶ τεταρταίῳ. ἃ δεῖ εἰδέναι εἰς τὸν ἑπτάμηνον ἢ ἀπὸ γυναικείων ἀριθμητέοι οἱ ἐννέα μῆνες ἢ ἀπὸ τῆς ξυλλήψιος καὶ εἰς ἑβδομήκοντα καὶ διακοσίῃσιν οἱ ἑλληνικοὶ μῆνες γίνονται, καὶ εἴ τι προσέτι τούτοισι καὶ ἤτοι τοῖς ἄρσεσιν ἢ καὶ τῇσι θηλείῃσι ταῦτα ποιέεται ἢ τἀναντία. τῶν βρωμάτων καὶ πομάτων οἱ ὦμοι καὶ οἱ μαστοὶ ἐμφυσῶνται, καὶ (703) ἐν τῇ κεφαλῇ αἱ ἀκρησίαι καὶ τὰ ἐμφυσήματα ποιέουσιν αὐξήσιας, ἔστ᾽ ἂν τὰ ὀστέα στερεωθῇ. τῶν ἐπιμηνίων περίοδος, τὰ πρὸ τούτων βαρέα ἀδελφὰ τῶν ὀκταμήνων πόνων. πρωτοτόκων τὰ γάλακτα τῆς μὲν τροφῆς μεταβαλλούσης, τῆς δὲ ὀκταμήνου ἀπαρτιζούσης. διὸ τὰ ἐπιμήνια ἀδελφὰ τῶν ὀκταμήνων πρὸς δεκάμηνον τεινόντων γενόμενα κακόν.

desiderat. Efformatus foetus, quo velocius movetur, eo tardius incrementum habet. Labores ut plurimum tertio supra quinquagesimum die et sexto supra centesimum contingunt. Quod si menstruam rationem ineas, secundo et quarto mense. Quae ad septimestrem partum necessario consideranda veniunt, aut certe a profluvio menstruo aut conceptu, menses novem supputandi sunt, dum ex ducentis septuaginta diebus, ex Graecorum ratione menses prodeant. Videndum etiam si quid ad hoc accedat. Quin etiam num ista in maribus et foeminis fiant, num vero contra eveniat. Ex eduliis et potibus humeri ac mammae intumescunt, quin et victus intemperantia et flatus incrementum capiti addunt quoad ossa firmitatem acceperunt. Menstruarum purgationum certus quidam est circuitus. Quae igitur ante has fiunt gravitates, laboribus qui ab octimestribus foetibus accidunt, affines sunt. Primipararum lac ab alimento mutationem, octavo vero mense complementum et absolutionem adeptum est. Quocirca menstruae purgationes, si in his quae ad decimum mensem tendunt, octimestribus non absimiles fiant, perniciosae sunt.

[181] || *Τρωμάτων ἢν ἰσχυρῶν ἐόντων οἴδημα μὴ φαίνηται, μέγα κακόν. τὰ χαῦνα χρηστὸν, τὰ ἄνω νεμόμενα κάκιον. οἷσιν οἰδήματα ἐφ᾽ ἕλκεσιν, οὐ μάλα σπῶνται οὐδὲ μαίνονται. τούτων δὲ ἀφανισθέντων ἐξαίφνης, οἷσι μὲν τὰ ὄπισθεν, σπασμοὶ μετὰ πόνων. οἷσι δὲ ἐς τοὔμπροσθεν, ἢ μανίαι ἢ ὀδύναι πλευροῦ ὀξέαι, καὶ δυσεντερία ἐρυθρή. τὰ οἰδήματα παραλόγως ῥηΐζοντα κίβδηλον, οἷον τῷ τοῦ Ἀνδρονίκου παιδίῳ τὸ ἐρυσίπελας ἐπαλινδρόμησεν, ἢν μὴ ἐς τὸ αὐτὸ ἐλθὸν χρηστόν τι σημαίνει. τοῦτο ἔκ τε γενέσιος περὶ τὸ οὖς περὶ ἥβην διεδόθη. ἑτέρῳ τριταίῳ ἐκ γενετῆς γενομένῳ ἀπεπύησεν ἐναταίῳ γίνεται οὗτος ἑβδομαῖος ὑγιής. κακοηθέστερα τὰ ἀφανιζόμενα ἐξαίφνης.*

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ

[184] [*Τμῆμα τέταρτον, περὶ φλέβων.*] *Ἡπατῖτις ἐν ὀσφύϊ μέχρι τοῦ μεγάλου σπονδύλου κάτωθεν καὶ σπονδύ-*

Magnis et profundis vulneribus tumores nisi apparuerint, ingens subest malum. Qui si laxi et molles fuerint, bono sunt, si vero sursum serpant, damno. Tumores in ulceribus a convulsione et insania vindicant. Qui si derepente disparent, his quidem quibus a tergo fuerant convulsionem cum dolore: illis vero quibus a fronte, insaniam aut acutos laterum dolores, aut sanguineam intestinorum difficultatem convehunt. Nam et tumores temere praeterque rationem allevantes, imposturam significant, quale quid in Andronici filio intro recurrens, erysipelas portendit: nisi si quid bonae existimationis ad eundem locum recursus attulit. Hoc circa ortum ad aurem erat, postea ad pubem distributum est. Quod alteri tertio ab ortu die eruperat, suppuratum est nono et septimo sanus evasit. Longe tamen maligniora sunt quae derepente evanescunt.

HIPPOCRATIS COI DE MORBIS VULGARIBVS LIBRI SECVNDI

[*Sectio quarta, de venis.*] Jecoraria per lumbos ad magnam usque vertebram deorsum fertur, indeque aliquid

λοισι προσδιδοῖ ἐντεῦθεν. μετέωρος δι᾽ ἥπατος καὶ διὰ φρενῶν ἐς καρδίην, καὶ ἡ μὲν εὐθεῖα εἰς κληῖδας, ἐντεῦθεν δὲ αἱ μὲν ἐς τράχηλον, αἱ δὲ ἐπ᾽ ὠμοπλά(704)τας. αἱ δὲ ἀποκαμφθεῖσαι κάτω παρὰ σπονδύλους καὶ πλευρὰς ἀποκλίνουσι, καὶ ἐξ ἀριστερῶν μὲν μία ἐγγὺς κληΐδων, ἐκ δεξιῶν δὲ ἐπί τι αὐτῇ χωρίων ἄλλη. ἡ δὲ σμικρὸν κατωτέρω ἀποκαμφθεῖσα, ὅθεν μὲν ἐκείνη ἀπέλιπε, προσέδωκε τῇσι πλευρῇσι. τῇσιν ἐπιλοίπῃσιν ἁπάσαις ᾗ ἔνθεν καὶ ἔνθεν. ἀποσχίδας παρ᾽ ἑκάστην διδυμία ἐοῦσα. ἀπὸ μὲν τῆς καρδίης ἐπί τι χωρίον ἐν τοῖσι ἀριστεροῖσι μᾶλλον ἐοῦσα ἐπὶ τὰ ὑποκάτω τῆς ἀρτηρίης, ἔστ᾽ ἂν καταναλωθῇ καὶ ἔλθῃ. ὅθεν ἡ ἡπατῖτις ἐμετεωρίσθη. πρότερον δὲ πρὶν ἢ ἐνταῦθα ἐλθεῖν, παρὰ τὰς ἐσχάτας δύο πλευρὰς ἐδιαιρέθη, καὶ ἡ μὲν ἔνθα, ἡ δὲ ἔνθα τῶν σπονδύλων ἐλθοῦσα καταναλώθη. εὐθεῖα δὲ ἀπὸ καρδίης πρὸς κληῖδα τείνουσα ἄνωθεν τῆς ἀρτηρίης ἐστὶ καὶ ἀπὸ ταύτης, ὥσπερ καὶ παρ᾽ ὀσφῦν κάτωθεν τῆς ἀρτηρίης, ἀΐσσει ἐς τὸ ἧπαρ, ἡ μὲν ἐπὶ πύλας καὶ λοβὸν,

ex sese verticulis adjicit. Ex hepate sublata per septum transversum cor recta, deinde jugula adit. Hinc vero partim ad cervicem, partim ad humeros, quaedam etiam inferius paulo reflexae, ad vertebras et costas declinant. Ex sinistris quidem una ad claviculas tendit, ex dextris etiam in aliquem illa parte locum. Alia vero paulo inferius deflexa, ubi illa desinit sese costis adjungens, dum eam quae in corde est attigerit, ad sinistra se flectens. Deorsum vero demissa secundum vertebras descendit, donec eo perveniat unde se sublimem erigit, reliquis omnibus costis adhaerens, utrimque singulis per sese sola propagines mittens, a corde aliquatenus idque ad sinistra magis porrecta, postea arteriae se submittens quousque consumpta fuerit, eoque pervenerit unde jecoraria sublimis emersit. Quo priusquam perveniat, ad extremas duas costas scinditur, et in utranque verticulorum partem progressa ibi conditur. Quae vero recta a corde jugula petit, supra arteriam evadit indeque non secus ac dum ad lumbos est, arteriae subtensa in jecur insilit, mo-

ἡ δὲ ἄλλο ἐξ ἧς ἀφορμήκει, σμικρὸν κάτωθεν φρενῶν. φρένες δὲ προσπεφύκασι τῷ ἥπατι, ἃς οὐ ῥάδιον χωρῆσαι. δισσαὶ δὲ ἀπὸ κληΐδων, αἱ μὲν ἔνθεν, αἱ δὲ ἔνθεν ὑπὸ στῆθος ἐς ἦτρον. ὅπη δὲ ἐντεῦθεν οὔπω οἶδα. φρένες δὲ κάτω κατὰ τὸν σπόνδυλον τὸν κάτω τῶν πλευρῶν, ᾗ νεφρὸς ἐξ ἀρ-[185]τηρίης ταύτῃ ἀμφιβεβήκει. αἷς ἀρτηρίαι μὲν ἐκ τοῦ τέ-νοντος ἐκπεφύκασιν ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἀρτηρίης τόνον ἔχουσαι. ταύτῃ δέ πη παλινδρομήσασα (705) ἀπὸ καρδίης ἡ ἡπατῖτις ἔληγεν. ἀπὸ δὲ τῆς ἡπατίτιδος διὰ τῶν νεφρῶν αἱ μέγισται δύο, ἡ μὲν ἔνθεν, ἡ δὲ ἔνθεν φέρονται μετέωροι, πολυσχιδεῖς τε διὰ τῶν φρενῶν εἰσιν ἀμφὶ ταύταις. τῆς πεφύκασιν ἄνωθεν δὴ φρενῶν. αὗται δὲ μᾶλλόν τι ἐμφανέες. δύο δὲ τόνοι ἀπ᾽ ἐγκεφάλου ὑπὸ τὸ ὀστέον τοῦ μεγάλου σπονδύλου ἄνωθεν καὶ πρὸς τοῦ στομάχου μᾶλλον ἑκατέρωθεν τῆς ἀρτηρίης παρελθὼν, ἑκάτερος ἐς ἑαυτὸν ἦλθεν, ἴκελος ἐνί. ἔπειτα οἱ σπόνδυλοι καὶ αἱ φρένες πεφύκασιν, ἐνταῦθα ἐτελεύτων. καί τινες ἐνδοιαστοὶ πρὸς ἧπαρ καὶ σπλῆνα ἀπὸ

doque ad portas et fibram, modo vero in id quod est reliquum deinceps excurrit, paulo infra septum transversum, quod ita hepati incumbit ut facile separari non possit. Bipartito autem ad claviculas scinduntur, et hinc et inde sub pectus ad imum ventrem pertingunt. Quonam vero inde ferantur, mihi nondum constat. At septum transversum infra ad vertebram quae sub costis est positum habet, atque ea in parte qua renes ex arteria utrimque eminent. Ex quibus arteriae enascuntur, quae utraque ex parte cum arteria nervum habent. Atque huc quadamtenus ex corde remeans jecoraria desinit. Ab jecoraria vero per septum transversum duae maximae venae hinc et inde sublevantur quae multifidam ramorum propaginem per septum emittunt, eique complexu adhaerent. In superna autem illius parte magis conspicuae extant. Duo vero nervi a cerebro infra magnae vertebrae os a superiore parte perreptant, et ad gulam magis ab utraque arteriae parte utraque pertingens, in sese velut in unum coit, dein ubi septum et vertebrae existunt, ibi desinunt. Etsi quidam ambigunt, et ab hac communione ad jecur et lienem

Ed. Chart. IX. [185.] Foës. II. 1035. 1037. Ed. Lind. I. (705.)

τούτου τοῦ κοινωνήματος, ἐδόκεον τείνειν. ἄλλος τόνος ἐκ τῶν ἑκατέρωθεν σπονδύλων παρὰ ῥάχιν παρέτεινεν ἐκ πλαγίου σπονδύλων καὶ τῇσι πλευρῇσιν ἀπένεμον. ὥσπερ αἱ φλέβες οὕτως οὗτοι διὰ φρενῶν ἐς μεσεντέριόν μοι δοκέουσιν τείνειν. ἐν δὲ τουτέοισιν ἐξέλιπον. αὖθις δ' ὅθεν φρένες ἐξεπεφύκεισαν, ἀπὸ τούτου ξυνεχέες ἐόντες κατὰ μέσον κάτωθεν ἀρτηρίης τὸ ἐπίλοιπον παρὰ σπονδύλους ἀπεδίδουν ὥσπερ αἱ φλέβες, μέχρι καταναλώθησαν διελθοῦσαι ἐς τὸ ἱερὸν ὀστέον.

|| Ἐν Αἴνῳ ὀσπριοφαγεῦντες ξυνεχέως θήλειαι ἄρσενες σκελέων ἀκρατέες ἐγένοντο καὶ διετέλεον. ἀτὰρ καὶ ὀροβοφαγέοντες γουναλγέες, ἐπιτηδεύειν ὀξυθυμίην ἐμποιέειν καὶ χρώματος ἀναλήψιος ἕνεκα καὶ ἐγχυμώσιος καὶ εὐθυμίης καὶ φόβους καὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ ἢν μὲν τὸ ἄλλο σῶμα συννοσέῃ, ξυνιῆσθαι. εἰ δὲ μὴ, τοῦτο. ἡ Στυμάργεω οἰκέτις ἡ Ἰδουμαία ἐγένετο, ὡς ἔτεκε θυγατέρα ἐπέστραπτο τὸ στόμα τοῦ

ferri videntur. Alius nervus utrimque ex vertebratis orbiculatim ossibus secundum spinam, per obliquam vertebratum partem extenditur, et costis distribuitur. Atque hi non secus ac venae ipsae per septum transversum ad lactes pertendere mihi videntur, in quibus etiam desinunt. Rursus autem ab eo loco unde septum exoritur, continuitate quadam per medium infra arteriam quod est reliquum ad vertebras quemadmodum et venae ipsae emittunt, quoad in os sacrum procurrentes consumpti condantur.

In Aeno qui continenter leguminibus vescebantur, tum mares tum foeminae crurum impotentia conflictabantur, cum qua vitam tolerabant. Et vero qui ervo in cibum utebantur ex genuum dolore laborabant. Adhibenda diligentia est, ut praeceps acerbaque iracundia inducatur, cum coloris reficiendi, tum etiam succorum in corporis habitum effundendorum gratia. Quod etiam in laetitia et motu caeterisque id genus videndum est. Unaque totius corporis curatio, si id male habeat, procuranda est: sin secus, in id ipsum animi vires intendendae. Stymargi ancilla Idumaea ex filiae partu uteri osculum convolutum habuit, et in coxendicem

Ed. Chart. IX. [185. 186.] Foes. II. 1037. 1040. Ed. Lind. I. (706.)

αἰ(706)δοίου καὶ ἐς ἰσχίον καὶ σκέλος ὀδύνη, παρὰ σφυρὸν τμηθεῖσα ἐῤῥήϊσεν. καίτοι καὶ τρόμοι κατὰ σῶμα πᾶν κατεῖχον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν πρόφασιν διελθεῖν καὶ τῆς προφάσιος τὴν ἀρχήν.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ

[186] || [*Τμῆμα πέμπτον. φυσιογνωμονίη.*] Ὁκόσοι πυῤῥοὶ, ὀξύρινες, ὀφθαλμοὶ σμικροὶ, πονηροί. ὁκόσοι πυῤῥοὶ, σιμοὶ, ὀφθαλμοὶ μεγάλοι, ἐσθλοί. ὑδρωπιώδεες χαροποὶ, φαλακροὶ ἔωσιν. ἰσχνοφωνίην κιρσὸς λύει, ἐς τὸν ἀριστερὸν καὶ τὸν δεξιὸν ὄρχιν ἄνευ τουτέου τοῦ ἑτέρου οὐχ οἷόν τε λύεσθαι. μεγάλοι, φαλακροὶ, τραυλοὶ, ἰσχνόφωνοι, ἐσθλοί. νοσήματα δὲ ἔχουσι, τραυλὸς ἢ φαλακρὸς ἢ ἰσχνόφωνος ἢ δασὺς, ἰσχυρῶς μελαγχολικά. νοσήματα δ' ἔχουσιν ὅσοι τῇ γλώσσῃ παφλάζουσιν, χειλῶν μὴ ἐγκρατέες ἐόντες, ἀνάγκη λυομένων ἐμπύους γίνεσθαι. ὀδύνην ἐν τοῖσι κάτω χωρίοισιν,

et tibiam dolor firmatus est. Secta ad malleolum vena convaluit, etsi totum corpus tremores occupabant. Verum ad causam ipsam et causae occasionem aut primordia deveniendum fuit.

HIPPOCRATIS COI DE MORBIS VULGARIBVS LIBRI SECVNDI

[*Sectio quinta. Animi per naturales notas cognitio.*] Qui fulvo sunt colore, aduncis naribus et parvos habent oculos, ii maligni sunt. Qui vero fulvi, simi et grandioribus sunt oculis, boni. Aqua inter cutem laborantes caesios habent oculos, et capillorum defluvium patiuntur. Ex linguae haesitantia liberat varix ad dextrum aut sinistrum testem enatus, et absque horum altero solvi non potest. Qui magni sunt, calvi, balbi et lingua haesitantes, boni. Balbus vero calvus, et qui inter loquendum haeret aut corpus hispidum habet, morbis conflictantur admodum melancholicis. Morbos quoque habent, quicunque inter loquendum haesitant et balbutiunt, ut nec labris moderari queant. Eos necesse

ἰσχυρὴ κωφότης λύει, καὶ αἷμα πολλὸν ἐκ τῶν ῥινῶν, ἡ μανίη. ἢν λέχοις σπασμὸς ἐπιγένηται, πῦρ ποιεῖ, καὶ ἐς κύστιν κηρωτὴν ἐγχέας πολλὴν χλιαρὴν, κλύζειν. ἢν τῆς κεφαλῆς τὸ ὀστέον καταγῇ, διδόναι γάλα καὶ οἶνον πίνειν, ἴσον ἴσῳ. ἢν δὲ ἕλκος ᾖ, φλεβοτομέειν τὰς εἴσω, ἢν μὴ πυρεταίνῃ. ἢν δὲ παραφρονέῃ, τὴν κεφαλὴν καταβρέχειν, ἢν μὴ τὰ ὑποχόνδρια ἐπηρμένα ᾖ. ἢν τὴν κεφαλὴν ἀλγέῃ, ἐς στῆθος ἔρχεται. ἔπειτα ἐς τὸ ὑποχόνδριον. ἔπειτα ἐς τὸ ἰσχίον. πάντα δὲ οὐχ οἷόν τε ἀλγέειν, [187] ἀνεμίην, (707) φλεβοτομίη, τῷ φαρμάκῳ τὸν ῥόον ἴσχειν ἐπαλείφων. ὅδε γὰρ ὁ ῥόος ἐκ τῆς μεγάλης φλεβός. ἢν δὲ αὐτόματον ῥέῃ πολλὸν, νηστευέτω, ἢ γάλα δύο ὕδατος, τέσσαρας γάλακτος, τὰς ἀγόνους πυριῇν καὶ φαρμακεύειν.

|| Ὅσοι ἐξαπίνης ἄφωνοι ἀπύρετοι ἔωσιν, φλεβοτομέειν. φλέγματος κατάῤῥοοι ἐκ τῶν μαζῶν ἕλκουσιν οἱ ὀφθαλμοὶ

est illis desinentibus purulentos fieri. Validum, inferiorum partium dolorum surditas allevat, et sanguis ex naribus profluens. Furor magnum morbum, sic enim comitialem vocant, solvit, sed eum praecipue qui ex invadendi consuetudine pene familiaris factus est. Puerperas si convulsio prehenderit, febrem excitare convenit immissoque in vesicam cerato multo tepido alvum infuso colluere. Si capitis os fractum fuerit, lac et vinum aequali aquae mixtura dilutum propinandum. Quod si ab ulcere contigerit, interiores venas secare oportet, nisi si febris prehenderit. At vero si delirium accesserit, caput persundendum est dum ne praecordiorum tumor adsit. Si caput doluerit, ad pectus, deinde ad praecordia, tum demum ad coxam procedit. Omnia autem simul dolere nequeunt. Subventaneos flatus incisa vena, fluxum vero medicamentum illitum sistit: fluxus enim ab insigni et magna vena impetum habet. Quod si ex sese multus profluat, jejunium confert aut lac cum duabus aquae partibus, lactis quatuor temperatae propinentur. Fomentum et medicamentum restibilem foecunditatem affert.

Qui derepente sine febre voce deficiunt, iis venam secare oportet. Pituitae defluxionibus dum tentantur oculi,

καὶ ἐξερεύγεται κατὰ τὰς ῥῖνας ἐς τὸν πνεύμονα. οἷσι βὴξ ξηρὴ, οὐ λύεται, ἢν μὴ ὀδύνη ἰσχυρὴ ἐς τὰ ἰσχία, ἢ ἐς τὰ σκέλεα ἢ ἐς τὸν ὄρχιν, ἢν ὑδρωπιῶντα βὴξ ἔχῃ, ἢν μὲν αὐτίκα λειποθυμέῃ, θερμοῖσι πᾶσι διαχρήσθω. ἢν δὲ μὴ, θωρῆξαι καὶ σιτίων ἐμπλῆσαι. τάμνειν δὲ τὰς εἴσω. τοῦ νοσήματος τοῦ μεγάλου ἐν τάσει γινομένου λύσις ἰσχίων ὀδύνη, ὀφθαλμῶν διαστροφαὶ, τύφλωσις, ὀρχίων οἴδησις, μαζῶν ἄρσις, ἢν πυρετοῦ ἔχοντος τὰ περὶ τὸ πρόσωπον ἰσχνὰ ᾖ, ἐν ἡμέρῃ γονίμῳ τὴν ἐπιοῦσαν λύσει, ὕδρωψ ἢν οἴδημα ἔχων ἐν τοῖσι σκέλεσι, βήσσῃ. ἢν τὸ οὖς ἀλγέῃ, τῷ γάλακτι διαχρήσθω. ἢν μὴ ἐν τῇ γονίμῃ μεθῇ ὁ πυρετὸς, ὑποτροπιάζειν ἀνάγκη. οὗ ἂν ἡ φλὲψ ἡ ἐν τῷ ἀγκῶνι σφύζῃ, μανικὸς καὶ ὀξύθυμος. ᾧ δ᾽ ἂν ἀτρεμέῃ, τυφώδης. τρῶμα ἢν αἱμοῤῥαγήσῃ, μὴ βρέχειν τὸ ἕλκος. τὴν κεφαλὴν δὲ βρέχειν θερμῷ. ἢν καρδιώσσῃ, θερμὸν ἄρτον μετ᾽ οἴνου ἀκρήτου διδόναι. ἐμέτου λύσις, ὕδωρ θερμὸν διδόναι πίνειν καὶ

ex mammis trahunt et pituita, quae ad nares regurgitat, in pulmones redundat. Quibus tussis nihil elidit et sicca est, eam non nisi valido coxendicum dolore et crurum, aut testium solvitur. Aqua intercutem laborantem dum tussis prehenderit, si quidem protinus animo deficiat, calida omnia adhibeat necesse est. Sin minus, vinum et cibos ingerere convenit. Venas vero interiores secare oportet, dum magni morbi, quem comitialem dicimus, vehementia intenditur, quem solvit coxendicum dolor, oculorum perversiones, occaecatio, testium tumor et mammarum elevatio. Febris si apprehenderit et facies, die impari subsidat, in sequentem diem solutio expectanda est. Tussis in hydrope cum crurum tumoribus malo est. Ad aurium dolorem lacte utendum est. Febris, nisi impari die remiserit, recidivam timere necesse est. Qui venae in cubito conspicuum pulsum habet, is furibundus in acerbam iracundiam facile praeceps est. Cui vero quiescit, lentus est et quodammodo torpet. In vulnere sanguinem profundente, ulcus aqua ne asperseris, caput vero calida perfundito. Oris ventriculi morsum merum in pane calido adhibitum sanat. Vomitum

Ed.Chart.IX.[187—189.] Foës.II.1946.1050. Ed.Lind. I.(707. 708.)

ἐμείτω. ὅσα σφακελίζει ἀπολαβόντα τὴν φλέβα ἑλκῶσαι καὶ ὑγιῶσαι. σπασμοῦ χειρὸς δακτύ(708)λων ἄνευ πυρετοῦ σχάσαι, ἢν μὴ τὴν κεφαλὴν ἀλγέει, εἰ δὲ μὴ, ὕδωρ θερμὸν καταχεῖν, [188] ὀφθαλμῶν σποδίου δωδέκατον, κρόκου πέμπτον, πυρῆνος ἕν. ψιμυθίου ἓν, σμύρνης. τὸ ὕδωρ κατὰ τῆς κεφαλῆς ψυχρὸν καταχεῖν καὶ διδόναι σκόροδα σὺν μάζῃ. κιρσοὶ δὲ φαλακρῶν ἢν μὴ μεγάλοι ἔωσι, μανιώδεις. ἄλφου καὶ λέπρης, τιτάνην ἐν ὕδατι ὡς μὴ ἑλκώσῃς. χορίων κάθαρσις ἢν ὑπερέχῃ πρὸς τὰς ῥῖνας προστιθέναι. ὥστε πτάρνυσθαι καὶ ἐπιλαμβάνειν τὰς ῥῖνας τῆς πταρνυμένης καὶ τὸ στόμα.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ

[189] || *ΤΜΗΜΑ ΕΚΤΟΝ.* [*Φυσιογνωμονικόν.*] *Ἢν κεφαλὴ μεγάλη καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ σμικροὶ, τραυλοὶ, ὀξύθυμοι. οἱ μακρίβιοι πλείους ὀδόντας ἔχουσιν, οἱ τραυλοὶ, τα-*

ſedat calida in potu adhibita et vomitione reddita. Quae ſideratione periclitantur, ea vena intercepta ulcerare et curare convenit. In convulſione digitorum manus, ſine febre, ſcarificatione opus eſt, dum capitis dolor non adſit: ſin minus, calidam affundito. Ad oculos: ſpodii partes duodecim, croci quinque, nuclei olivae unam, ceruſſae, myrrhae, ſingulorum tantundem, frigida caput aſpergito et alia cum maza apponito. Varices qui in calvis apparent, niſi magni fuerint, furorem in iis portendunt. Ad alphos et lepram calcem elotam adhibeto ut ne ulceres, ut ſecundae quae ſuperaverunt excidant, ſternutatorio ad nares appoſito ſternutantis nares et os comprime.

HIPPOCRATIS COI DE MORBIS VULGARIBVS LIBRI SECVNDI

SECTIO SEXTA. [*Animi cognitionem per naturales notas faciens.*] Quibus caput magnum, oculi parvi, ſi bal butiant, ii in iracundiam ſunt praecipites. Quibus longa vita promittitur, plures dentes habent. Balbutientes et vo-

Ed. Chart. IX. [189. 190.] Foës. II. 1050. Ed. Lind. I. (708. 709.)

χύγλωσσοι, μελαγχολικοὶ, κατακορέες, ἀσκαρδαμύκται, ὀξύθυμοι. μεγάλη κεφαλὴ, ὀφθαλμοὶ μέλανες καὶ μεγάλοι, ῥῖνα παχείην καὶ σιμὴν, ἐσθλοί. χαροποὶ, μεγάλοι, κεφαλὴ σμικρὴ, αὐχὴν λεπτὸς, στήθεα στενὰ, εὐάρμοστοι. κεφαλὴ σμικρὴ, οὐδ᾽ ἂν εἴη τραυλὸς, οὐδὲ φαλακρὸς, ἢν μὴ γλαυκὸς εἴη. σπασμῶν φωνὴ ἐν γονίμῳ λύεται, ἀπήλλακται τοῦ μεγάλου νοσήματος. λεχοῖ δὲ πυρεταινούσῃ καὶ ἀλγεούσῃ ὕδωρ καταχεῖν καὶ πτισάνην παχείην διδόναι τρὶς τῆς ἡμέρης, θερμήν. παιδίον τρέφεται, ἑβδόμῳ μηνὶ ἢ ἐνάτῳ ἢ δεκάτῳ καὶ ἵσταται τῇ φωνῇ καὶ ἰσχὺς ἕπεται, καὶ τῶν χειρῶν κρατέει. τῆς φωνῆς λυομένης πάντα λύεται, ἡ γὰρ λύσις τῇ φθέγξει (709) ὁμοίη. λύεται δὲ ἐν γονίμῃ. [190] ἢν αἱ φλέβες σφύζωσιν ἐν τῇσι χερσὶ καὶ τὸ πρόσωπον ἐῤῥωμένον καὶ ὑποχόνδρια μὴ λαπαρὰ ᾖ, χρονίη ἡ νοῦσος γίνεται. ἄνευ σπασμοῦ οὐ λύεται ἢ αἵματος πολλοῦ ἐκ τῶν ῥινῶν, ἢ ὀδύνης

lubilitate linguae praediti, ii melancholici et plurimum biliosi sunt. Qui in conniventibus oculis intuentur, irae sunt admodum praecipites. Quibus caput magnum, oculi grandiores et nigri, nares crassae et simae, ii boni sunt. Qui oculos grandiores et ravos habent, caput parvum, cervicem tenuem, pectus angustum, ii a natura concinnam partium proportionem acceperunt. Qui capite est parvo, neque balbutiet neque calvescet, nisi si caesios habuerit oculos. Convulsis, si vox die impari libera restituitur, a magno morbo immunitatem praestat. Febricitantem vero puerperam et ex dolore laborantem aqua perfundito, eique ptisanam crassam calidam ter die apponito. Puer mense septimo, nono aut decimo nutricationem accipit, voce pollet, invalescit et manuum compos est. Vox ubi absoluta fuerit et libera reddita, omnia etiam liberantur, ipsa quippe natura liberae vocis emissioni quodammodo respondet. Solutio autem ista die impari contingit. Venarum in manibus conspicua pulsatio et facies bene habita, cum praecordiorum contensione et tumore, diuturnum morbum significat, qui fere non sine convulsione aut liberali sanguinis ex naribus

Ed. Chart. IX. [190.] Foës. II. 1050. 1053. Ed. Lind. I. (709.)
ἐς τὰ ἰσχία. τοῦ λαιμοῦ ὕδωρ θερμὸν κατὰ τῆς κεφαλῆς καταχεῖν. ἢν μὴ ψῦχος ῇ, ἢν δὲ μὴ, ἄλητον ὡς θερμότατον διδόναι καὶ οἶνον ἄκρητον.

|| Ταραχῆς γαστρὸς κυάμους ἑφθοὺς διδόναι, ἢν μὴ τὰ ἄνω κατακορέα ῇ, ἢ κύμινον διδόναι τρώγειν, μετὰ τῶν κυάμων· ἀπόληψις δὲ τοῦ νοσήματος οὐκ ἂν γένοιτο, εἰ μὴ ἐν γονίμῃ ἡμέρῃ. οὐδὲ ἂν ἀρχὴ γένοιτο, ἢν μὴ ἀγόνῳ ἡμέρῃ καὶ μηνὶ, ἔτει δὲ γονίμῳ. λίτρον Αἰγύπτιον καὶ κορίανον καὶ κύμινον τρίβοντα σὺν ἀλείφατι συναλείφειν. ὅσα θνήσκει ἀνάγκη γονίμῳ ἡμέρῃ καὶ γονίμῳ μηνὶ καὶ γονίμῳ ἔτει. προλέγειν δὲ ὀρθῶς ἂν ἔχοι θάνατον ἢ ὀδύνας ἰσχυράς. ὧν τὰ ὄμματα μὴ ἔῤῥωται, ὁ θάνατος ἐν τάχει. ἢν δὲ ἐν γονίμῳ ἔτει γίνηται, ἀπ' ἀμφοτέρων γονίμους ἀνάγκη γενέσθαι. ἢν δὲ ἀγόνῳ ἔτει καὶ ἀγόνῳ ἡμέρῃ, θνήσκειν ἀνάγκη γονίμῳ ἡμέρῃ. τοῦ ἀριθμοῦ τρίτη ἰσχυροτάτη. κυνάγχην καὶ ὀφθαλμίην, φλεβοτομίη. τρωθέντος ἐντέρου ἡ ἀναπνοὴ ἔρχεται

profusione, aut coxendicum dolore solvitur. Gula affecta calida caput persundendum est, dum ne frigus adsit. Sin minus, farinam quam calidissimam et merum apponito.

In alvi perturbatione fabas coctas apponito, nisi si partes corporis superiores admodum biliosae fuerint, aut cuminum cum fabis in cibum dato. Morbus vero ipse non nisi die impari intercipi poterit. Cujus neque principium futurum sit nisi die pari, mense quoque et anno pari. Nitrum Aegyptium coriandrumque et cuminum tritum cum unguine illinito. Qui in morbis pereunt, in diem imparem, mensem et annum quoque imparem incidant necesse est. Pulchrum autem et ex medici dignitate fuerit, mortem ipsam aut vehementes dolores praedicere. Oculorum vis nisi valeat et constet, mortem in propinquo esse significat. Quod si anno impari fieri contingat, imparitatem in utrisque consentire necesse est. Sin vero anno et die pari fiat, mors in diem imparem ex necessitate incidit. Quod ad numerorum rationem attinet, dies tertius summam habet potentiam. Anginam et lippitudinem venae sectio sanat. Intestino vul-

Ed. Chart. IX. [170. 177.] Foës. II. 1053. Ed. Lind. I. (709. 710.)

κάτω ἀφανὴς κατὰ τὸ τρῶμα καὶ κενοῦται τὰ στήθεα. διδόναι οὖν γάλα καὶ οἶνον ἴσον ἴσῳ. ὧν κατακορέα τὰ στήθεα, ψελλοὶ, μανιώδεες καὶ φαλακροί. τουτέων ὅσοι ἐκ γενεῆς καὶ στρεβλοὶ, ἀσύνετοι ἢ (710) λιθιῶντες ἢ μαινόμενοι, οἷσι δὲ μὴ ἑτέρου κακοῦ λύσιες περὶ φύσιος. [177] δύναμιν πλείστην ἔχει τιτθὸς, ὀφθαλμὸς δεξιὸς, ταῦτα τῶν κάτω καὶ ὅτι ἐμπέφυκε τοῖσι δεξιοῖσι τὰ ἄρσενα. γυναιξὶν ἐπιμήνια ὥστε ἴσχειν, σικύην μεγίστην παρὰ τὸν τιτθὸν προσβάλλειν. τρίμηνον παιδίον πάντα δηλοῖ καὶ μέγα τότε ἔχει. ἢν πολλὸν ῥέῃ γάλα, ἀνάγκη ἀσθενέειν τὸ ἐν γαστρί. ἢν στερεώτεροι ἔωσιν οἱ τιτθοὶ, ὑγιηρότερον τὸ ἔμβρυον. φλὲψ ἔχει παχείη ἐν ἑκατέρῳ τιτθῷ. ταῦτα μέγιστον ἔχει μόριον συνέσιος. στραγγουρίην λύει φλεβοτομίη. ἢν τὰ ἄνω χωρία σπαργᾷ, τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν ἑλκέων κάθαρσις, ἔμετος, ὕδρωψ.

nerato ſpiritus infra ad vulnus procedit ſine manifeſto ſenſu, et pectus vacuatur. Lac igitur cum vino, pari aquae mixtura temperato exhibeto. Qui pectus admodum bilioſum habent, ii balbutiunt, furibundi ſunt et calvi. Ex his qui etiam ab ortu diſtortum corpus habent, hebetes fiunt et ſtolidi aut calculo obnoxii, aut inſanientes. Quibus vero id non accidit, ii naturae benignitate ab aliis malis vindicantur. Plurimum habent dignitatis et praeſtantiae mamma et oculus dexter, eademque rectitudo in inferioribus partibus. Nam et mares in dextris innaſci ſolent. Purgationes menſtruas in mulieribus ſi ſiſtere voles, cucurbitulam maximam juxta mammam defigito. Trimeſtris foetus de omnibus certitudinem facit, quippe tunc perfectionem accipit. Si lac magna copia profluat, foetum imbecillum eſſe neceſſe eſt. Quod ſi mammae ſolidiores fuerint, faetum eſſe ſaniorem indicant. Utraque mamma venam craſſam habet. Qua in re maxima prudentiae pars ineſt. Lotium ſubſtillum aut urinae difficultatem venae ſectio ſolvit. Locis ſuperioribus, qui ad caput ſunt, ad humorum excretionem turgentibus et ſuapte ſponte motis, ulcerum purgatio, vomitus et ſudor conferunt.

|| Ἀπὸ γαστρὸς ταραχῆς ἢ ἀπὸ βηχὸς καρκίνου γενομένου τὸ στόμα πικραίνεται. διδόναι δὲ πίνειν ἐλατήριον δὶς ἢ τρὶς, ἢν μὴ ψελλός ᾖ. ἐπιδεῖν δεῖ χαλκοῦ ἄνθος καύσας, ἕως ἂν πυῤῥὸν ᾖ, καὶ σπογγίην ἢν μὴ ψελλὸς ᾖ, ἀλύκης, φρίκης, χάσμης, οἶνος ἴσος ἴσῳ ἢ γάλα, ὠτὸς περιωδυνίην σικύην προσβάλλειν. ὅτι ἂν τῶν ἄνω πονέῃ, ὀδύνη ἐς τὰ ἰσχία ἢ ἐς τὰ γούνατα καὶ ἆσθμα λύει πάντα τουτέων γινόμενον. εἰλεοῦ λαπάρου ψυχρὸν οἶνον πολλὸν ἄκρητον κατὰ λόγον διδόναι, ἔστ' ἂν ὕπνος ἢ σκελέων ὀδύνη γένηται. λύει δὲ καὶ πυρετὸς καὶ δυσεντερίη ἄνευ ὀδύνης. ἢν ὑποχόνδριον τεταμένον ᾖ, πιέζειν τῇ χειρὶ καὶ λούειν. παρωνυχίης κικὶς μέλαινα (711) ἐν μέλιτι, ὕδατος ἐφιεμένου γάλακτος ὀκτὼ κοτύλας δοῦναι πιεῖν· ἢν δὲ ἐμέῃ καὶ μὴ πίνῃ, μυττωτὸν δριμύν. ὥστε ἔχειν γυναῖκα ἐν γαστρί. πωλύπια ὑπὲρ φλογὸς ὀπτῶντα ὡς θερμότατα καὶ πλεῖστα ἡμίφλεκτα διδόναι τρώ-

Ex alvi perturbatione aut tussi cancro oborto os amarum redditur. In potu dandum elaterium bis aut ter, dum ne balbus fuerit: florem aeris ustum dum rufescat apponere oportet et spongiam, nisi si balbus fuerit. Anxietudinis et molestae corporis jactationis incontinentiaeve, horroris et oscitationis remedium est vinum pari aquae mixtura temperatum aut lac. Gravissimos aurium dolores affixa cucurbitula tollit. Superiorum partium dolorem genuum aut coxendicum dolor, aut anhelatio oborta haec omnia solvit. In tenuioris intestini morbo, eoque non intenso sed levi, frigidum vinum multum et meracum quantum convenit dandum, quoad somnus aut crurum dolor obortus fuerit. Quem febris quoque et intestinorum difficultas sine dolore solvunt. In praecordiorum contensione manus compressio et balneum prodest. Ad reduviam galla nigra cum melle facit. Aqua invadente et imminente lactis cotylas octo in potum exhibeto. Quod si vomat neque bibat, pulmentarium ruris acre, quod ex intrito allio et cepa fit, myrtoton vocant, apponito. Ad conceptum: polypos parvos in prunis assatos quam calidissimos et prope semiustulatos esui dato, pa-

γειν καὶ τρίψαντα λίτρον Αἰγύπτιον καὶ κορίανον καὶ κύμινον κόλλικας ποιοῦντα προστιθέναι τῷ αἰδοίῳ. [178] ἢν ἐκ κραιπάλης κεφαλὴν ἀλγέῃ, οἴνου ἀκρήτου κοτύλην πιεῖν. ἢν δὲ ἄλλως κεφαλὴν ἀλγέῃ, ἄρτον ὡς θερμότατον σὺν οἴνῳ ἀκρήτῳ ἐσθίειν, ἢν ἄνθρωπον θέρμη ἔχῃ μὴ ἀπὸ χολῆς, μηδὲ ἀπὸ φλέγματος, ἀλλ' ἢ ἀπὸ κόπου ἢ ἄλλως πυρεταίνῃ, ὕδωρ θερμῆναι πολλόν. ἔπειτα ὑπερχέων τὴν κεφαλὴν βρέχειν, μέχρις ἂν τοὺς πόδας ἱδρώσῃ, καὶ ἄλητον ἕψεσθαι ὡς παχύτατον, ἐπὴν δὲ ἱδρώσῃ τοὺς πόδας, ἄλητον ὡς πλεῖστον καὶ θερμότατον ἐσθίων καὶ οἶνον ἄκρητον ἐπιπίνων, περιστειλάμενος ἱματίοις ἀναπαυέσθω εὐκόπως, ἢ μὴν ναρκίσσου δύο ἢ τρεῖς κεφαλὰς ἐπὶ τῷ δείπνῳ ἐσθιέτω. τῷ μέλλοντι μαίνεσθαι τόδε προσημαίνει τὸ σημεῖον, αἷμα συλλέγεται αὐτῷ ἐπὶ τοὺς τιτθούς.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ.

[193] || (712) ΤΜΗΜΑ ΠΡΩΤΟΝ. [*Ἄῤῥωστος πρῶτος.*] *Πυθίων, ὃς ᾤκει παρὰ Γῆς ἱερὸν ἤρξατο τρόμος*

ſtillosque ex nitro Aegyptio trito, coriandro et cumino, naturalibus ſubdito. In capitis dolore ex crapula, mericotyla potui danda. Quod ſi aliter dolor contingat, panis quam calidiſſimus cum mero in eſcam exhibendus. Si quem calor aut febris prehendat, neque ex bile neque ex pituita, ſed aut ex laſſitudine aliave de cauſa febricitet, calida multa affuſa caput irrigato, quoad in pedibus ſudor excitetur, farinamque quam craſſiſſimam coquito. Excitato vero in pedibus ſudore farinam plurimam et calidiſſimam edat ſuperebibito mero et ſtragulis coopertus placide quieſcat. Aut certe narciſſi duo aut tria capita in coena edat. Venturum furorem praenunciat cui in mammis ſanguis colligitur.

HIPPOCRATIS DE MORBIS VULGARIBUS LIBER TERTIVS.

SECTIO PRIMA. [*Aeger primus.*] Pythio ad Telluris aedem habitabat. Huic ſtatim primo die tremor ex manibus,

ἀπὸ χειρῶν, τῇ πρώτῃ πυρετὸς ὀξὺς, λῆρος. δευτέρῃ πάντα παρωξύνθη. τρίτῃ τὰ αὐτά. τετάρτῃ ἀπὸ κοιλίης ὀλίγα, ἄκρητα, χολώδεα διῆλθε. πέμπτῃ πάντα παρωξύνθη. ὕπνοι λεπτοὶ, κοιλίη ἔστη. ἕκτῃ πτύελα ποικίλα, ὑπέρυθρα. ἑβδόμῃ στόμα παρειρύσθη. ὀγδόῃ πάντα παρωξύνθη. τρόμοι παρέμενον. οὖρα δὲ καταρχὰς μὲν καὶ μέχρι τῆς ὀγδόης λεπτὰ, ἄχροα. ἐναιώρημα εἶχον ἐπινέφελον. δεκάτῃ ἵδρωσε, πτύελα ὑποπέπονα. ἐκρίθη, καὶ οὖρα ὑπόλευκα περὶ κρίσιν, μετὰ δὲ κρίσιν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν ὕστερον ἐμπύημα περὶ ἕδρην, καὶ στραγγουριώδης ἐγένετο ἀπόστασις. $\frac{\text{o}}{\Lambda\Lambda}$. Π. ΟΥ. Μ. Υ.

[210] ‖ [Ἄῤῥωστος δεύτερος.] Ἑρμοκράτην, ὃς κατέκειτο παρὰ τὸ καινὸν τεῖχος, πῦρ ἔλαβεν. ἤρξατο δὲ ἀλγέειν κεφαλὴν, ὀσφῦν. ὑποχονδρίου ἔντασις λαπαρῶς. γλῶσσα δὲ ἀρχομένῳ ἐπεκαύθη. κώφωσις αὐτίκα. ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν, διψώ-

febris acuta et mentis vacillatio coepit. Quae omnia postridie exasperata sunt et tertio eadem perseveravere. Quarto ex alvo pauca, sincera, biliosa transmissa sunt. Quinto invaluerunt omnia, tremores perseverarunt, somni exigui aderant, alvus constitit. Sexto sputa fuerunt varia, aliquantulum rubra. Septimo os perperam distractum est. Octavo ingravescentibus omnibus etiamnum tremores permanebant. Urinae vero a principio quidem et ad octavum usque diem tenues, decolores, sublime quiddam in medio innatans nubilum habebant. Decimo sudoribus provocatis paulumque maturioribus redditis sputis judicatus est, et sub judicium ipsum urinae aliquantisper tenues visae sunt. Post judicationem vero quadragesimo tandem die circa sedem suppuratio facta est, et in stranguriam abscessus transiit.

[*Aeger secundus.*] Hermocrates, qui secundum novum murum decumbebat, igne, hoc est vehementissima febre correptus est. Coepit ex capite lumbisque dolere, praecordia molliter contendebantur. Lingua vero per exordia deusta fuit, confestimque surditas obnata est, somni non aderant, sed nec admodum sitibundus erat. Urinas crassas,

Ed. Chart. IX. [210.] Foës. II. 1062. 1063. Ed. Lind. I. (713.)

(713)δης οὐ λίαν. οὖρα παχέα ἐρυθρὰ, κείμενα οὐ καθίσταντο. ἀπὸ δὲ κοιλίης οὐκ ὀλίγα ξυγκεκαυμένα διῄει. πέμπτῃ οὔρησε λεπτὰ, εἶχεν ἐναιώρημα, οὐχ ἵδρυτο, ἐς νύκτα παρέκρουσε. ἕκτῃ ἰκτεριώδης, πάντα παρωξύνθη, οὐ κατενόει. ἑβδόμῃ δυσφόρως, οὖρα λεπτὰ, ὅμοια, ταῖς ἐπομέναις παραπλησίως. περὶ δὲ ἑνδεκάτην ἐόντι, πάντα ἔδοξε κουφισθῆναι. κῶμα ἤρξατο, οὖρα παχέα, ὑπέρυθρα, κάτω λεπτὰ, οὐ καθίστατο. ἡσυχῇ κατενόει. τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἄπυρος, οὐχ ἵδρωσεν, ἐκοιμήθη, κατενόει πάντα, οὖρα παραπλήσια. περὶ ἑπτακαιδεκάτην ἐόντι ὑπέστρεψεν. ἐθερμάνθη, τὰς ἐπομένας πυρετὸς ὀξὺς, οὖρα λεπτά. πάλιν δὲ εἰκοστῇ ἐκρίθη, ἄπυρος, οὐχ ἵδρωσεν. ἀπόσιτος παρὰ πάντα τὸν χρόνον, κατενόει, διαλέγεσθαι οὐκ ἠδύνατο. γλῶσσα ἐπίξηρος, οὐκ ἐδίψει. κατεκοιμᾶτο κωματώδης. περὶ δὲ εἰκοστὴν καὶ τετάρτην ἐπεθερμάνθη, κοιλίη ὑγρὴ, πολλοῖσι λεπτοῖσι ῥέουσα, καὶ τὰς ἐπομένας πυρετὸς ὀξὺς, γλῶσσα ξυνεκαύθη. ἑβδόμῃ

rubras, quae in matella depositae non subsidebant, reddidit. Ex alvo vero exusta non pauca demissa sunt. Quinto die urinas minxit tenues, suspensum quid in medio habentes, neque subsidentes. Sub noctem desipuit. Sexto aurigine tentatus est, ingravescebant omnia, neque sibi satis constabat. Septimo moleste habuit, urinae tenues similes erant, identidem subsequentibus diebus se gessit. Ad undecimum autem diem allevari omnia visa sunt. Sopor coepit, urinae crassiores, subrubrae, deorsum tenues erant neque subsidebant. Paulisper ad intelligentiam rediit. Decimo quarto a febre immunis fuit, non sudavit, dormivit, prorsus mente constabat, urinae eaedem. Ad decimum septimum revertit morbus, incaluit, deinceps febris erat acuta, urinae tenues. Rursus autem vigesimo die judicatus est, a febre immunis fuit neque sudavit. Hoc toto tempore cibum aversabatur, mente constabat, loqui non valebat, lingua resiccabatur, non sitiebat, sopore tentatus aliquantulum dormivit. Circiter vero quartum et vigesimum denuo incaluit, alvus fluida, liquida et tenuia multa demisit et proximis deinceps diebus febris acuta prehendit, lingua exusta est. Septimo et vigesimo

καὶ εἰκοστῇ, ἀπέθανε. τούτῳ κώφωσις διὰ τέλεος παρέμενεν. οὖρα παχέα καὶ ἐρυθρὰ, οὐ καθιστάμενα, ἢ λευκὰ καὶ ἄχροα καὶ ἐναιώρημα ἔχοντα. γενέσθαι δὲ οὐκ ἠδύνατο. Δ. ο/ΛΛ. Ε. Δ. ΚΖ. Θ.

[222] || [*Ἄῤῥωστος τρίτος.*] *Ὁ κατα*(714)*κείμενος ἐν τῷ Δεάλκους κήπῳ κεφαλῆς βάρος καὶ κρόταφον δεξιὸν ἐπώδυνον εἶχε χρόνον πουλύν. μετὰ δὲ προφάσιος πῦρ ἔλαβε, κατεκλίθη. δευτέρῃ ἐξ ἀριστεροῦ ὀλίγον ἄκρητον ἐῤῥύη αἷμα. ἀπὸ δὲ κοιλίης κόπρανα καλῶς διῆλθεν, οὖρα λεπτὰ ποικίλα, ἐναιώρημα ἔχοντα, κατὰ σμικρὰ, οἷον κρίμνα γονοειδέα. τρίτῃ πυρετὸς ὀξὺς, διαχωρήματα, μέλανα, λεπτὰ, ἔπαφρα, ὑπόστασις πελιδνὴ διαχωρήμασιν. ὑπεκαροῦτο, ἐδυσφόρει περὶ τὰς ἀναστάσιας. οὔροις ὑπόστασις πελιδνὴ, ὑπόγλισχρος. τετάρτῃ ἤμεσε χολώδεα, ξανθὰ, ὀλίγα. διαλιπὼν ὀλίγον ἰώδεα, ἐξ ἀριστεροῦ ὀλίγον ἄκρητον ἐῤῥύη. διαχωρήματα ὅμοια, οὖρα ὅμοια. ἐφίδρωσε περὶ κεφαλὴν καὶ κληῗδα,*

obiit. Huic per totum morbum ſurditas permanſit, urinae craſſae et rubrae non ſubſidebant, aut tenues et decolores, et ſuſpenſum quid in medio innatans habebant. Cibum vero capere non valebat.

[*Aeger tertius.*] Quidam in Dealcis hortis decumbens, ex longo intervallo capitis gravitate et temporis dextri dolore conflictatus, ex levi vero occaſione, igne, hoc eſt vehementi febre correptus decubuit. Poſtridie ex ſiniſtra nare paucus ſincerus ſanguis effluxit. Alvus autem ſtercora probe demiſit. Urinae tenues, in quibus varia inerant ſuspenſa quaedam in medio innatantia, hordei toſti non exacte moliti craſſioribus fruſtulis fere ſimilia, genitaleque ſemen referentia. Tertio die ſebris acuta prehendit, dejectiones nigrae, tenues, ſpumantes proceſſere et quae in iis ſeceſſibus ſubſidebant, livida erant, ſopore aliquantulum premebatur, cum deſurgeret, moleſte habebat. Quae in urinis ſubſidebant, livida et aliquantiſper glutinoſa erant. Quarto bilioſa, flava, pauca vomitione rejecit, paulumque intermittens, virulenta. Ex nare ſiniſtra paucus ſincerus ſanguis defluxit, dejectiones eaedem urinaeque erant, paucus tenuisque ſudor circa

Ed. Chart. IX. [222. 224.] Foës. II. 1066. Ed. Lind. I. (714. 715.)

σπλὴν ἐπήρθη, μηροῦ ὀδύνη κατ᾽ ἴξιν. ὑποχονδρίου δεξιοῦ ξύντασις ὑπολάπαρος. νυκτὸς οὐκ ἐκοιμήθη, παρέκρουσε σμικρά. πέμπτῃ διαχωρήματα πλείω, μέλανα, ἔπαφρα. ὑπόστασις μέλαινα διαχωρήμασι, νύκτα οὐχ ὕπνωσε, παρέκρουσε. ἕκτῃ διαχωρήματα μέλανα, λιπαρὰ, γλίσχρα, δυσώδεα. ὕπνωσε, κατενόει μᾶλλον. [224] ἑβδόμῃ γλῶσσα ἐπίξηρος, διψώδης, οὐκ ἐκοιμήθη, παρέκρουσεν, οὖρα λεπτὰ, οὐκ εὔχροα. ὀγδόῃ διαχωρήματα μέλανα ὀλίγα, συνεστηκότα, ὕπνωσε, κατενόει, διψώδης οὐ λίην. ἐνάτῃ ἐπεῤῥίγωσε πυρετὸς ὀξὺς, ἵδρωσε, ψύξις, παρέκρουσε, δεξιῷ ἴλλαινε, γλῶσσα ἐπίξηρος, διψώδης, ἄγρυπνος. δεκάτῃ περὶ τὰ αὐτά. ἑνδεκάτῃ κατενόει δι᾽ ὅλου πάντα, (715) ἄπυρος, ὕπνωσεν, οὖρα λεπτὰ περὶ κρίσιν. δύο διέλιπεν ἄπυρος, ὑπέστρεψεν τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, αὐτίκα δὲ νύκτα οὐκ ἐκοιμήθη, διενόει, πάντα παρέκρουσε. πεντεκαιδεκάτῃ οὖρον θολερὸν, οἷον ἐκ τῶν καθεστηκότων γίνεται ὅταν ἀναταραχθῇ, πυρετὸς ὀξὺς, πάντα παρέκρουσεν,

caput et jugulum obortus est, lien sublatus intumuit, femur e directo respondens dolor prehendit. Praecordiorum dextrorum contensio submollis fuit, nocte non dormivit, aliquantulum deliravit. Quinto dejectiones fuere copiosiores, nigrae, spumantes, in quibus subsidebant nigra, nocte nihil dormivit, desipuit. Sexto dejectiones nigrae, pingues, glutinosae, foetidae erant, dormivit, meliusque mente constabat. Septimo lingua valde resiccata, sitibundus erat, non dormivit, deliravit, urinas tenues neque probe coloratas reddidit. Octavo alvi recrementa nigra, pauca, coacta, quievit, ad sese rediit, neque valde siticulosus fuit. Nono oborto rigore febris acuta invasit, insudavit, perfrixit, deliravit, dexter oculus perversus est, lingua resiccata, siticulosus erat et insomnis. Decimo in iisdem versabatur. Undecimo prorsus per omnia mente constabat, febre liber, insudavit, urinae tenues ad judicationem visae sunt. Duos dies a febre integer remansit, quae decimo quarto repetiit, mox vero nocte non quievit, omnino desipuit. Decimo quinto urinam turbidam reddidit, cujusmodi sit ex his, quae ubi subsederunt, commoventur, febris acuta prehendit,

οὐκ ἐκοιμήθη, γούνατα καὶ κνήμας ἐπώδυνα εἶχεν. ἀπὸ δὲ κοιλίης βάλανον προσθεμένῳ μέλανα κόπρανα διῆλθεν. ἑξκαιδεκάτῃ οὖρα λεπτὰ, εἶχε δὲ ἐναιώρημα ἐπινέφελον, παρέκρουσεν, ἑπτακαιδεκάτῃ πρωῒ ἄκρεα ψυχρὰ περιεστέλλετο, πυρετὸς ὀξὺς, ἵδρωσε δι' ὅλου, ἐκουφίσθη, || κατενόει μᾶλλον, οὐκ ἄπυρος, διψώδης, ἤμεσε χολώδεα, ξανθὰ, [227] ὀλίγα. ἀπὸ δὲ κοιλίης κόπρανα διῆλθε, μετ' ὀλίγον δὲ μέλανα, ὀλίγα, λεπτά. οὖρα λεπτὰ, οὐκ εὔχροα. ὀκτωκαιδεκάτῃ οὐ κατενόει, κωματώδης. ἐννεακαιδεκάτῃ διὰ τῶν αὐτῶν, οὖρα λεπτά. εἰκοστῇ ὕπνωσε, κατενόει πάντα, ἵδρωσεν ἄπυρος, οὐκ ἐδίψα, οὖρα δὲ λεπτά. εἰκοστῇ πρώτῃ σμικρὰ παρέκρουσεν, ὑπεδίψα, ὑποχονδρίου πόνος, καὶ περὶ ὀμφαλὸν παλμὸς διὰ τέλεος. εἰκοστῇ τετάρτῃ οὔροισιν ὑπόστασις κατενόει πάντα. εἰκοστῇ ἑβδόμῃ ἰσχίου δεξιοῦ ὀδύνη. οὖρα λεπτὰ καὶ εἶχον ὑπόστασιν, τὰ δ' ἄλλα εἶχεν ἐπιεικέστατα.

penitus desipuit, non quievit, genua et tibias dolor occupavit. Ab alvo autem ex glande suppolita, stercora nigra exierunt. Decimo sexto urinae tenues sunt redditae, quae suspensum quiddam in medio innatans nubilosum habebant, deliravit. Decimo septimo mane extrema frigescebant, tegumentis convolutus est, graviter febricitavit, sudore per totum corpus dimanante allevatus est, paulo plus intelligebat, neque febre liber, sitibundus erat. Vomitione refusa sunt biliosa, flava, pauca. Ex alvo vero stercora prodierunt ac mox paulo nigra, pauca, tenuia. Urinae tenues neque laudabilis erant coloris. Decimo octavo sopore detentus est neque ad intelligentiam redierat. Decimo nono eadem perseveraverunt, urinae tenues erant. Vigesimo dormivit, in totum mente constabat, sudore correptus a febre immunis fuit nec sitivit. Urinae vero tenues erant. Altero et vigesimo paululum desipuit, nonnihil sitivit, praecordiorum dolor et continens ad umbilicum palpitatio occupavit. Quarto et vigesimo in urinis subsidentia inerant, penitus mente constabat. Vigesimo septimo coxendicis dextri dolor cepit, urinas tenues reddidit, in quibus subsidentia inerant, de reliquo vero placidissime habuit. Ad vigesimum

Ed. Chart. IX. [227. 229.] Foëf. II. 1067. 1070. Ed. Lind. I. (715. 716.)

περὶ δὲ εἰκοστὴν ἐνάτην ὀφθαλμοῦ δεξιοῦ ὀδύνη, οὖρα λεπτά. τεσσαρακοστῇ διεχώρησε φλεγματώδεα, λευκά, ὑπόσυχνα, ἵδρωσε πολλῷ δι' ὅλου, τελέως ἐκρίθη.

[229] || (716) ΤΜΗΜΑ ΔΕΥΤΕΡΟΝ. [Ἄῤῥωστος τέταρτος.] Ἐν Θάσῳ Φιλίστης κεφαλὴν ἐπόνεε χρόνον πουλύν. καί ποτε καὶ ὑποκαρωθεὶς κατεκλίθη, ἐκ δὲ πότων πυρετῶν ξυνεχέων γενομένων, ὁ πόνος παρωξύνθη. νυκτὸς ἐπεθερμάνθη τὸ πρῶτον, τῇ πρώτῃ ἤμεσε χολώδεα, ὀλίγα, ξανθὰ τὸ πρῶτον· μετὰ δὲ ταῦτα ἰώδεα πλέον. ἀπὸ δὲ κοιλίης κόπρανα διῆλθεν. νύκτα δυσφόρως, δευτέρῃ κώφωσις, πυρετὸς ὀξύς. ὑποχόνδριον δεξιὸν συνετάθη, ἔῤῥεπεν εἰς τὰ ἔσω. οὖρα λεπτὰ, διαφανέα, εἶχεν ἐναιώρημα γονοειδὲς, σμικρὸν ἐξεμάνη περὶ μέσον ἡμέρης. τρίτῃ δυσφόρως. τετάρτῃ σπασμοὶ, παρωξύνθη πάντα. πέμπτῃ πρωῒ ἀπέθανεν.

nonum oculus dexter doluit, urinae tenues redditae ſunt. Quadrageſimo pituitoſa, alba, copioſa alvus dejecit, ſudore multo ex toto corpore diffluente, perſecta judicatione eſt abſolutus.

SECTIO SECVNDA. [*Aeger quartus.*] Philiſtes in Thaſo ex longo intervallo capite dolebat, tandemque etiam altiſſimo ſopore aliquantulum correptus decubuit. Obortis autem ex comeſſationibus febribus aſſiduis, ingraveſcebat dolor, nocte primum incaluit. Primo die bilioſa, pauca vomitione reſudit, flava primum, deinde vero aeruginoſa plurima. Ab alvo autem ſtercora exierunt, nox implacida fuit. Poſtridie ſurditas obvenit, febris acuta cum praecordiorum dextrorum contenſione, quae intro vergebant. Urinas tenues et perſpicuas reddidit, in quibus ſuſpenſum quiddam in medio innatans paucum, ſemini genitali ſimile inerat. Circa meridiem vehementer inſanivit. Die tertio permoleſte habuit. Quarto convulſionibus exagitatus eſt, exaſperata ſunt omnia. Quinto ſub tempus matutinum defunctus eſt.

[233] || [*Ἄῤῥωστος πέμπτος.*] *Χαιρίωνα, ὃς κατέκειτο παρὰ Δημαινέτῳ, ἐκ ποτοῦ πῦρ ἔλαβεν. αὐτίκα δὲ κεφαλῆς βάρος ἐπώδυνον οὐκ ἐκοιμᾶτο. κοιλίη ταραχώδης, λεπτοῖσιν, ὑποχολώδεσι. τρίτῃ πυρετὸς ὀξὺς, κεφαλῆς τρόμος, μάλιστα δὲ χείλεος τοῦ κάτω, μετ' ὀλίγον δὲ ῥῖγος, σπασμοὶ, πάντα παρέκρουσε, νύκτα δυσφόρως. τετάρτῃ δι' ἡσυχίης, μικρὰ ἐκοιμήθη, παρέλεγε. πέμπτῃ ἐπιπόνως πάντα παρωξύνθη, λῆρος, νύκτα δυσφόρως, οὐκ ἐκοιμήθη. ἕκτῃ διὰ τῶν αὐτῶν. ἑβδόμῃ ἐπεῤῥίγωσε, πυρετὸς ὀξὺς, ἵδρωσε, δι' ὅλου ἐκρίθη. τούτῳ διατελέως ἀπὸ κοιλίης διαχωρήματα (717) χολώδεα, ὀλίγα, ἄκρητα. οὖρα λεπτὰ, εὔχροα, ἐναιώρημα ἐπινέφελον ἔχοντα. περὶ ὀγδόην οὔρησεν εὐχροώτερα, ἔχοντα ὑπόστασιν λευκὴν ὀλίγην, κατενόει, ἀπύρετος διέλιπεν. ἐνάτῃ ὑπέστρεψεν. περὶ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτην πυρετὸς ὀξὺς, ἵδρωσεν. ἑξκαιδεκάτῃ ἤμεσε χολώδεα, ξανθὰ, ὑπόσυχνα. ἑπτακαιδε-*

[*Aeger quintus.*] Chaerion, qui apud Demaenetum decumbebat, ex potu igne, hoc eſt febre vehementiſſima, correptus eſt, ſtatimque capitis gravitas cum dolore occupavit, non dormivit, alvus perturbata ſeceſſus tenues et aliquantulum bilioſos demiſit. Tertio die febris acuta invaſit et capitis tremor, praecipue vero labri inferioris, pauloque poſt rigor, convulſiones, omnino deſipuit, nox moleſta fuit. Quarto quievit, pauliſper dormivit, deliravit. Quinto laborioſe habuit, exaſperata ſunt omnia, delirium, nox moleſta, non dormivit. Sexto eadem perſeveravere. Septimo novo ſuborto rigore febris acuta prehendit, et per omnia membra diffuſo ſudore judicatus eſt. Huic per totum morbum ex alvo dejectiones bilioſae, paucae, ſincerae prodierunt. Urinae tenues erant, boni coloris, quae ſublime quiddam in medio innatans nubiloſum habebant. Ad octavum urinas melioris coloris, in quibus ſubſidentia inerant candida et pauca, reddidit, ad intelligentiam rediit, a febre immunis fuit, quae nono repetiit. Ad decimumquartum autem graviter febricitavit, inſudavit. Decimoſexto bilioſa, flava, copioſa vomitione rejecit. Decimoſeptimo

Ed. Chart. IX. [233. 234.] Foës. II. 1072. 1073. Ed. Lind. I. (717.)

κάτη ἐπεῤῥίγωσε, πυρετὸς ὀξὺς, ἵδρωσεν, ἄπυρος ἐκρίθη, οὖρα μετὰ ὑποστροφὴν καὶ κρίσιν εὐχροώτερα, ὑπόστασιν ἔχοντα, οὐδὲ παρέκρουσεν ἐν τῇ ὑποστροφῇ. ιη ἐθερμαίνετο σμικρά. ἐπεδίψα, οὖρα λεπτὰ, ἐναιώρημα ἐπινέφελον, σμικρὰ παρέκρουσε. περὶ ιθ ἄπυρος, τράχηλον ἐπωδύνως εἶχεν, οὔροισιν ὑπόστασις. τελέως ἐκρίθη εἰκοστῇ. $\frac{o}{M}$. Χ. Π. Δ. ΟΥ. Κ. Υ.

[334] || [Ἄῤῥωστος ἕκτος.] Τὴν Εὐρυάνακτος θυγατέρα παρθένον πῦρ ἔλαβεν. ἦν δὲ ἄδιψος διατελέως, γεύματα οὐ προσεδέχετο. ἀπὸ δὲ κοιλίης σμικρὰ διήει, οὖρα λεπτὰ, ὀλίγα, οὐκ εὔχροα. ἀρχομένου δὲ τοῦ πυρετοῦ περὶ ἕδρην ἐπόνεε. ς δὲ ἐοῦσα ἄπυρος, οὐχ ἵδρωσεν, ἐκρίθη, τὸ δὲ περὶ τὴν ἕδρην σμικρὰ ἐξεπύησεν. ἐῤῥάγη ἅμα κρίσει, μετὰ δὲ κρίσιν ζ ἐοῦσα ἐῤῥίγωσε, σμικρὰ ἐπεθερμάνθη, ἵδρωσεν. μετὰ δὲ κρίσιν ὀγδοαίη ἐοῦσα ἐῤῥίγωσεν οὐ πολ-

novo desuper orto rigore febris acuta invasit, et sudore dimanante a febre judicatione absolutus est. Urinae post morbi reversionem et judicationem melioris erant coloris, atque in his subsidentia inerant, neque per recidivam mentis alienatio adfuit. Decimooctavo paulum incaluit, atque insuper sitibundus, urinae tenues, sublime quiddam in medio innatans nubilosum habebant, aliquantulum deliravit. Ad decimum nonum a febre immunis fuit, cervicis dolor occupavit, urinis subsidentia inerant. Vigesimo perfecta judicatione absolutus est.

[*Aeger sextus.*] Euryanactis filiam virginem ignis, hoc est febris vehementissima, prehendit. Sine siti autem perpetuo permansit, neque cibos ullos admittebat. Alvus pauca demisit, urinae tenues, paucae, neque probi coloris erant. Incipiente autem febre, ad sedem dolor erat. Sexto vero die a febre immunis fuit, non sudavit, judicata est. Quod ad sedem enatum erat paululum suppuravit, simulque judicatione disruptum est. Ab judicatione septimo die, rigore correpta aliquantulum incaluit, sudavit. Octavo vero post judicationem die non admodum riguit, posteaque ex-

Ed.Chart.IX.[234.235.] Foës.II.1073--1075. Ed.Lind.I.(717.718.)

λά. ὕστερον δὲ ἄκρεα ψυχρὰ αἰεί. περὶ ι μετὰ τὸν ἱδρῶτα τὸν γενό(718)μενον παρέκρουσε, καὶ πάλιν ταχὺ κατενόει. ἔλεγον δὲ γευσαμένην βότρυος ταῦτα παθεῖν. διαλιποῦσα δὲ ιβ || πάλιν πολλὰ παρελήρει, κοιλίη ἐταράχθη, χολώδεσιν, ὀλίγοισιν καὶ ἀκρήτοισι, λεπτοῖσι, δακνώδεσι, πυκνὰ ἀνίστατο. ἀφ᾽ ἧς δὲ παρέκρουσε τὸ ὕστερον ἀπέθανε ἑβδόμη. αὕτη ἀρχομένου τοῦ νοσήματος ἤλγεε φάρυγγα καὶ διατέλεος ἔρευθος εἶχε, καὶ γαργαρεὼν ἀνεσπασμένος. ῥεύματα πολλὰ, σμικρὰ, δριμέα. ἔβησσε, πέπονα, οὐδὲν ἀνῆγε. ἀπόσιτος πάντων παρὰ πάντα τὸν χρόνον οὐδ᾽ ἐπεθύμησεν οὐδενός. ἄδιψος, οὐδ᾽ ἔπινεν οὐδὲν ἄξιον λόγου, σιγῶσα οὐδὲν διελέγετο. δυσθυμίη ἀνέλπιστος αὖθις εἶχεν. ἦν δέ τι καὶ ξυγγενικὸν φθινῶδες.

[235] || [Ἄῤῥωστος ἕβδομος.] Κυναγχικὴ ἡ παρὰ τὰ Ἀριστίωνος, ἣ πρῶτον ἀπὸ γλώσσης ἤρξατο. ἀσαφὴς ἡ φωνὴ, γλῶσσα ἐρυθρή. ἐπεξηράνθη, τῇ πρώτῃ φρικώδης

tremorum frigus semper adsuit. Ad decimum, post eum quem habuerat sudorem, deliravit, rursusque statim ad mentem rediit. Ista autem, ut ferebant, ex degustata uva huic contigerant. Ubi autem duodecimum diem intermisisset, plurimum rursus desipiebat. Alvus conturbata, biliosa, pauca et sincera, tenuia, mordacia reddidit, crebro desurgebat. Septimo vero die, ex quo postremum delirasset, mortua est. Haec ab ipso morbi exordio ex faucibus doluit, et continuum ruborem habuit gurgulioque retractus est, destillationes multae, parvae, tenues, acres, aderant. Tussiebat, neque concoctum quicquam educebat. Toto morbi tempore omnis generis cibos aversata est, neque quicquam appetivit, non sitiit, neque quicquam effatu dignum bibit, taciturna erat, nihil loquebatur, moeror et animi desperatio inerat. Erat autem nativa quaedam ac congenita ad tabem propensio.

[*Aeger septimus.*] Quae apud Aristionem erat et angina conflictabatur, primum ex lingua laborare coepit. Vox obscure se prodebat, lingua rubens et resiccata erat. Primo

Ed.Chart.IX.[235.242.] Foeſ.II.1075—1077. Ed.Lind.I.(718.719.)

ἐπεθερμάνθη. γ ῥῖγος, πυρετὸς ὀξὺς, οἴδημα ὑπέρυθρον, σκληρόν. τραχήλου καὶ ἐπὶ στῆθος ἐξ ἀμφοτέρων, ἄκρεα ψυχρὰ, πελιδνὰ, πνεῦμα μετέωρον, ποτὸν διὰ ῥινῶν ἐχεῖτο. καταπίνειν οὐκ ἠδύνατο, τὰ διαχωρήματα καὶ οὖρα ἐπέστη. δ πάντα παρωξύνθη. ε ἀπέθανε κυναγχική. ΟΛΛ. Δ. Ε. Ε. Θ.

[242] || [Ἄῤῥωστος ὄγδοος.] Τὸ μειράκιον, ὃ κατέκειτο ἐπὶ ψευδέων ἀγορῇ, πῦρ ἔλαβεν ἐκ κόπων καὶ πόνων καὶ δρόμων παρὰ τὸ ἔθος. τῇ α κοιλίη ταραχώδης, χο(719)λώδεσι, λεπτοῖσιν, πολλοῖσιν, οὖρα λεπτὰ, ὑπομέλανα, οὐχ ὕπνωσε, διψώδης. β πάντα παρωξύνθη, διαχωρήματα πλείω ἀκαιρότερα. οὐχ ὕπνωσε, τὰ τῆς γνώμης ταραχώδεα, σμικρὰ ὑφίδρωσε. γ δυσφόρως, διψώδης, ἀσώδης, πουλὺς βληστρισμὸς, ἀπορίη, παρέκρουσεν, ἄκρεα πελιδνὰ καὶ ψυχρὰ, || ὑποχονδρίου ἔντασις ὑπολάπαρος ἐξ ἀμφοτέρων. δ οὐχ ὕπνωσεν, ἐπὶ τὸ χεῖρον. ζ ἀπέθανεν, ἡλικίαν περὶ ἔτεα. κ ΟΛΛ. Ξ. Ζ. Θ.

die horruit, incaluit. Tertio rigor, febris acuta prehendit, colli tumor ſubruber, durus et in pectus utraque ex parte imminebat, extrema frigida, livida, ſpiratio ſublimis, potus per nares reſluebat neque devorare quicquam poterat, dejectiones et urinae reſtiterunt. Quarto exaſperata ſunt omnia. Quinto angina periit.

[*Aeger octavus.*] Qui ad mendacium forum decumbebat adoleſcens, ex laſſitudinibus, laboribus ac curſibus praeter conſuetudinem igne, hoc eſt febre vehementiſſima, correptus eſt. Primo die conturbata alvus, bilioſa, tenuia multa reddidit. Urinae tenues et nigricantes erant, ſomnum non cepit, ſitibundus fuit. Poſtridie exaſperata ſunt omnia, dejectiones plures erant et importuniores, neque dormivit, mens perturbata fuit, aliquantulum inſudavit. Tertio inquiete habuit, ſitibundus, nauſeabundus, multa corporis jactatio et anguſtia, extrema livida et frigida, praecordiorum contenſio ſubmollis utrinque. Quarto ſomnum non cepit, pejus habuit, ſeptimo obiit. Aetas erat annorum prope viginti.

[247] [*Ἄῤῥωστος ἔνατος.*] *Ἡ παρὰ Τισαμένου γυνὴ κατέκειτο, ᾗ τὰ εἰλεώδεα δυσφόρως ὥρμησεν. ἔμετοι πολλοὶ, τὸ ποτὸν κατέχειν οὐκ ἠδύνατο. πόνοι περὶ ὑποχόνδρια, καὶ ἐν τοῖσι κάτω κατὰ κοιλίην πόνοι. στρόφοι ξυνεχέες, οὐ διψώδης, ἐπεθερμαίνετο, ἄκρεα ψυχρὰ διὰ τέλεος. ἀσώδης, ἄγρυπνος, οὖρα ὀλίγα, λεπτά. διαχωρήματα ὠμὰ, λεπτὰ, ὀλίγα. ὠφελέειν οὐκ ἔτι ἠδύνατο, ἀπέθανεν.*

[248] || [*Ἄῤῥωστος δέκατος.*] *Γυναῖκα ἐξ ἀποφθορῆς νηπίου τῶν περὶ Παντιμίδην τῇ α πῦρ ἔλαβεν. ἡ γλῶσσα ἐπίξηρος, διψώδης, ἄγρυπνος. κοιλίη ταραχώδης λεπτοῖσι, πολλοῖσι, ὠμοῖσι. β ἐπεῤῥίγωσε, πυρετὸς ὀξὺς ἀπὸ κοιλίης, οὐχ ὕπνωσε πολλά. τρίτη μείζους οἱ πόνοι· τετάρτη παρέκρουσεν· ἑβδόμη ἀπέθανεν. ἡ κοιλία διὰ παντὸς ὑγρὴ, διαχωρήμασι πολλοῖσι, λεπτοῖσιν, ὠμοῖσιν, οὖρα ὀλίγα λεπτὰ, πυρετὸς καῦσος.*

[*Aeger nonus.*] Mulier ad Tisamenum molestis volvuli casibus appetita fuit, multis vomitionibus conflictabatur, potum continere non poterat. Dolores circa praecordia aderant, qui in inferioribus secundum ventrem locis cum torminibus assiduis urgebant. Non sitiebat, incalescebat, extrema perpetuo frigescebant, stomachi fastidio laborabat, vigil erat. Urinas paucas, tenues reddidit. Alvi recrementa cruda, tenuia, pauca. Nil amplius juvare poterat, defuncta est.

[*Aeger decimus.*] Ex his quae circa Pantimiden erant, mulier quaedam ex infantuli foetus abortione, primo die igne, hoc est febre vehementissima, correpta est. Lingua resiccata, siticulosa erat, aestuabunda cum insomnia. Alvus conturbata ex multis tenuibus et crudis. Postridie novo oborto rigore febris acuta prehendit, venter multa reddidit, non dormivit. Tertio die inaugebantur dolores: quarto deliravit, septimo defuncta est. Alvus per totum morbum recrementis multis tenuibus, crudis fluxit, urinae paucae, tenues erant. Febris ardens.

[250] || (720) [Ἄῤῥωστος ἑνδέκατος.] Ἑτέρην ἐξ ἀποφθορῆς περὶ πεντάμηνον πῦρ ἔλαβεν. ἀρχομένη δὲ κωματώδης ἦν, καὶ ἄγρυπνος πάλιν, ὀσφύος ὀδύνη, κεφαλῆς βάρος. β κοιλίη ἐπεταράχθη, ὀλίγοισι, λεπτοῖσιν, ἀκρήτοισι τὸ πρῶτον. τρίτῃ πλείω, χείρω, νυκτὸς οὐκ ἐκοιμήθη. τετάρτῃ παρέκρουσε, φόβοι, δυσθυμία, δεξιῷ ἴλλαινε, ἵδρωσε περὶ κεφαλὴν ὀλίγῳ ψυχρῷ, ἄκρεα ψυχρά. παρωξύνθη, πολλὰ παρέλεγε, καὶ πάλιν ταχὺ κατενόει. ἄδιψος, ἄγρυπνος, κοιλίη πουλλοῖσιν ἀκαίροισι διὰ τέλεος. οὖρα ὀλίγα, λεπτὰ, ὑπομέλανα, ἄκρεα ψυχρὰ ὑποπέλιδνα. ἕκτῃ διὰ τῶν αὐτῶν. ἑβδόμῃ ἀπέθανε φρενιτιαῖα.

[252] || [Ἄῤῥωστος δωδέκατος.] Γυναῖκα, ἥτις κατέκειτο ἐπὶ ψευδέων ἀγορῇ, τότε τεκοῦσαν πρῶτον ἐπιπόνως ἄρσεν, πῦρ ἔλαβεν. αὐτίκα ἀρχομένη διψώδης, ἀσώδης, καρδίην ὑπήλγει. γλῶσσα ἐπίξηρος, κοιλίη ἐπεταράχθη λεπτοῖσιν

[*Aeger undecimus.*] Alteram ex abortivo foetu circiter quintum menſem ignis, hoc eſt febris vehementiſſima, prehendit. Per exordia vero ſopore rurſusque inſomnia detinebatur cum lumborum dolore et capitis gravitate. Secundo die alvus turbata eſt, primumque pauca, tenuia et ſincera dejecit. Tertio plura et pejora, nocte nihil dormivit. Quarto mens emota fuit, metus atque animi aegritudo inerat, dexter oculus perverſus eſt, ſudor paucus et frigidus circa caput dimanavit, extremitates frigidae. Quinto exaſperata ſunt omnia, multum deliravit confeſtimque rurſus ad intelligentiam rediit, ſiticuloſa erat, inſomnis. Alvus per totum morbum multis et intempeſtivis fluxit. Urinae paucae, tenues, nigreſcentes erant: extrema frigida, ſublivida. Sexto eadem perſeverarunt. Septimo phrenitide extincta eſt.

[*Aeger duodecimus.*] Quae in mendacium foro decumbebat, tum primum laborioſe maſculum enixa, igne, hoc eſt febre vehementiſſima, correpta eſt. Statim per exordia ſitibunda, ex ſtomachi faſtidio et oris ventriculi dolore laborabat, lingua reſiccata erat, alvus tenuibus, paucis perturbata fuit, neque ſomnum cepit. Poſtridie novo ali-

Ed. Chart. IX. [252.] Foës. II. 1080. Ed. Lind. I. (720. 721.)

ὀλίγοισιν, οὐχ ὕπνωσε. β σμικρὰ ἐπεῤῥίγωσε, πυρετὸς ὀξὺς, μικρὰ περὶ κεφαλὴν ἵδρωσε ψυχρῷ. γ ἐπιπόνως ἀπὸ κοιλίας ὠμὰ, λεπτὰ, πολλὰ διήει. δ ἐπεῤῥίγωσε, πάντα παρωξύνθη, ἄγρυπνος. ε ἐπιπόνως. στ διὰ τῶν αὐτῶν. ἀπὸ κοιλίης δὲ ἦλθε ὑγρὰ πολλά. ζ ἐπεῤῥίγωσε, πυρετὸς ὀξὺς, δίψα πουλλὴ, βληστρισμὸς, περὶ δείλην ἵδρωσε δι' ὅλου ψυχρῷ. ψύξις, ἄκρεα ψυχρὰ, οὐκ ἔτι ἀνεθερμαίνετο, καὶ πάλιν εἰς νύκτα ἐπεῤῥίγωσεν. (721) ἄκρεα οὐκ ἀνεθερμαίνοντο, οὐχ ὕπνωσε, σμικρὰ παρέκρουσε, καὶ πάλιν ταχὺ κατενόει. η περὶ μέσον ἡμέρης ἀνεθερμάνθη, διψώδης, κωματώδης, ἀσώδης, ἤμεσε χολώδεα, μικρὰ ὑπόξανθα. νύκτα δυσφόρως, οὐκ ἐκοιμήθη, οὔρησε πουλὺ ἀθρόον οὐκ εἰδυῖα. θ ξυνέδωκε πάντα κωματώδης. πρὸς δείλην σμικρὰ ἐπεῤῥίγωσεν, ἤμεσε μικρὰ χολώδεα. ι ῥῖγος, πυρετὸς παρωξύνθη, οὐχ ὕπνωσεν οὐδὲν, πρωῒ οὔρησε πουλὺ ὑπόστασιν ἔχον, ἄκρεα ἀνεθερμάνθη. ια ἠμε-

quantulum ſuborto rigore ſebris acuta prehendit, modicus circa caput ſudor frigidus dimanavit. Tertio non ſine dolore ab alvo cruda, tenuia, multa demiſſa ſunt. Quarto novus obortus eſt rigor, exaſperata ſunt omnia, pervigil fuit. Quinto moleſte habuit. Sexto eadem perſeverarunt. Ex alvo vero liquida multa ſeceſſere. Septimo novo ſuborto rigore ſebris acuta corripuit, ſitis multa aderat et incontinens corporis jactatio. Ad veſperam frigidus toto corpore diffuſus eſt ſudor, perfrixit, extremorum frigus, quae nec jam ad calorem revocari poterant. Iterumque ſub noctem oborto rigore extrema non recaleſcebant, neque dormivit, aliquantulum deliravit, confeſtimque rurſus ad intelligentiam rediit. Octavo circa meridiem recaluit, ſitivit, ſopore oppreſſa fuit, nauſeabunda. Bilioſa, pauca, nonnihil flava vomitione reſudit, nox inquies, non dormivit, multum confertas urinas reddidit, idque non ſentiens. Nono remiſſa ſunt omnia, ſopore detenta eſt, ad occaſum ſuborto aliquantulum rigore, pauca, bilioſa vomuit. Decimo rigor, febrilis inſultus, neque quicquam quievit. Mane urinam multam, in qua nulla ſubſidentia inerant, reddidit, extrema

Ed.Chart.IX.[252—254.] Foës.II.1080—1082. Ed.Lind.I.721.722.)

σεν ἰώδεα, χολώδεα. ἐπεῤῥίγωσεν οὐ μετὰ πουλὺ, καὶ πάλιν ἄκρεα ψυχρὰ, ἐς δείλην ἱδρὼς, ῥῖγος, ἤμεσε [253] πολλὰ, νύκτα ἐπιπόνως. ιβʹ ἤμεσε πολλὰ μέλανα, δυσώδεα, λυγμὸς πουλὺς, δίψος ἐπιπόνως. ιγ μέλανα, δυσώδεα, πουλλὰ ἤμεσε. ῥῖγος, περὶ δὲ μέσον ἡμέρης ἄφωνος. ιδ αἷμα διὰ ῥινῶν, ἀπέθανε. ταύτῃ διὰ τέλεος κοιλίη ὑγρὴ, φρικώδης. ἡλικίη περὶ ἔτεα ιζ.

[254] || ΤΜΗΜΑ ΤΡΙΤΟΝ. [Κατάστασις λοιμώδης.] Ἔτος νότιον ἔπομβρον. ἄπνοια διὰ τέλεος. αὐχμῶν δὲ γενομένων, τοὺς ὑπόπροσθεν χρόνους ἐπ᾽ ἐνιαυτόν. ἐν νοτίοισι περὶ ἀρκτοῦρον, ὕδατα πουλλά. || φθινόπωρον, σκιῶδες, ἐπινέφελον, ὑδάτων πλήθεα. χειμὼν νότιος, ὑγρὸς, μαλακὸς, μετὰ δὲ ἡλίου τροπὰς, ὕστερον πολλῷ πλησίον ἰσημερίης ὀπισθοχειμῶνες, καὶ ἤδη περὶ ἰσημερίην βόρεια, χιονώδεα, (722) οὐ πολὺν χρόνον. ἦρ πάλιν νότιον ἄπνοον. ὕδατα

recaluerunt. Undecimo vomuit virulenta, biliosa, non ita multo post rigore correpta est, rursusque extrema frigescebant. Sub occasum sudor, rigor, vomuit multum, noctem moleste tulit. Duodecimo multa, nigra, foetida vomuit, singultus multus adfuit et sitis molesta. Decimo tertio rigore correpta, nigra, graveolentia, multa vomitu effudit. Circa meridiem vero voce desecta est. Decimo quarto sanguis per nares effluxit, defuncta est. Huic per totum morbum alvus lubrica et horroris sensus adfuit. Aetas erat annorum fere septendecim.

SECTIO TERTIA. [*Status Pestilens.*]. Annus austrinus, imbribus abundans, atque in totum a ventis tranquillus fuit. Quum autem paulo superioribus anni temporibus, justo majores siccitates viguissent, sub arcturum spirantibus austris multum pluit. Autumnus obscurus, nebulosus, cum aquarum abundantia, hiems austrina, humida et levis. Longo vero post solis conversionem intervallo, juxta aequinoctium, extrema hiemis frigora adfuerunt, jamque sub aequinoctium ipsum aquilonares venti cum nivibus non ita diu spiravere. Ver rursus austrinum, a flatibus quietum, aquae multae et continentes ad canem usque. Ae-

πολλὰ διὰ τέλεος μέχρι κυνὸς, θέρος αἴθριον, θερμὸν, πνίγεα μεγάλα. ἐτήσιά γε σμικρὰ διεσπασμένως ἔπνευσαν. πάλιν δὲ περὶ ἀρκτοῦρον ἐν βορείοισιν ὕδατα πολλά. γενομένου δὲ τοῦ ἔτεος νοτίου καὶ ὑγροῦ καὶ μαλθακοῦ, κατὰ μὲν τὸν χειμῶνα διῆγον ὑγιηρῶς, πλὴν τῶν φθινωδέων, περὶ ὧν γεγράψεται.

[260] || Πρωῒ δὲ τοῦ ἦρος ἅμα τοῖσι γενομένοισι ψύχεσιν ἐρυσιπέλατα πολλὰ, τοῖσι καὶ μετὰ προφάσιος, τοῖσι δ᾽ οὔ· κακοήθεα πολλοὺς ἔκτειναν. πολλοὶ φάρυγγας ἐπόνησαν. φωναὶ κακούμεναι, καῦσοι φρενιτικοὶ, στόματα ἀφθώδεα, αἰδοίοις φύματα, ὀφθαλμίαι, ἄνθρακες, κοιλίαι ταραχώδεες, ἀπόσιτοι, διψώδεες, οἱ μὲν, οἱ δ᾽ οὔ. οὖρα ταραχώδεα, πουλλὰ κακά. κωματώδεες, ἐπὶ πουλὺ καὶ πάλιν ἄγρυπνοι. ἀκρασίαι πουλλαὶ, δύσκριτα, ὕδρωπές, φθινώδεες πουλλοί. τὰ μὲν ἐπιδημήσαντα νουσήματα ταῦτα. ἑκάστου δὲ τῶν ὑπογεγραμμένων εἰδῶν ἦσαν οἱ κάμνοντες καὶ ἔθνησκον πολλοί. ξυνέπιπτε δὲ ἐφ᾽ ἑκάστοισι τουτέων ὧδε. πολ-

ſtas ſerena, calida, aeſtus praeſocantes magni. Anniverſarii venti, eteſias vocant, pauci disjunctim ſpiravere. Sub arcturum rurſus ſpirantibus aquilonibus aquae multae. Exiſtente igitur anno auſtrino, humido et leni, hieme quidem ſalubriter agebant praeter tabidos, de quibus mox ſcribetur.

Ante ver autem una cum frigoribus conſecutis ignes ſacri plurimi, partim quidem aliqua de cauſa, partim quidem ſine ea contingebant, atque hi maligni quidem multos ſuſtulerunt. Multi ex faucibus laborabant, voces vitiatae erant, febres ardentes una cum phrenitide, ſerpentia oris ulcera, pudendorum tubercula, lippitudines, carbunculi. Alvi perturbatae, cibos averſabantur et hi quidem partim ſiticuloſi, partim ſine ſiti erant. Urinae turbulentae, multae, malae reddebantur. Sopore ut plurimum detinebantur, rurſusque pervigiles. Morborum ſolutiones prorſus nullae partimque difficiles, aquae inter cutem, tabidi multi. Atque hi quidem morbi populariter vulgabantur. Ex enumeratorum autem generum unoquoque laborabant multi et

Ed. Chart. IX. [260. 265.] Foës. II. 1083. Ed. Lind. I. (722. 723.)

λοῖσι μὲν τὸ ἐρυσίπελας μετὰ προφάσιος ἐπὶ τοῖσι τυχοῦσι καὶ πάνυ ἐπὶ σμικροῖσι τρωματίοισιν, ἐφ' ὅλῳ τῷ σώματι. μάλιστα δὲ τοῖσι περὶ ξ ἔτεα. περὶ κεφαλὴν, εἰ καὶ σμικρὸν ἀμεληθείη. πολλοῖσι δὲ καὶ ἐν θεραπείῃ ἐοῦσι μεγάλαι φλεγμοναὶ ἐγίνοντο, καὶ τὸ ἐρυσίπελας πολὺ, ταχὺ πάντοθεν ἐπενέμετο. [265] τοῖσιν μὲν οὖν πλείστοισιν αὐτῶν ἀποστάσιες ἐς ἐμπυήματα συνέπιπτον. σαρκῶν καὶ νεύρων καὶ ὀστέων (723) ἐκπτώσιες μεγάλαι. ἦν δὲ καὶ τὸ ῥεῦμα τὸ ξυνιστάμενον οὐ πύῳ ἴκελον, ἀλλὰ σηπεδών τις ἄλλη καὶ ῥεῦμα πουλὺ καὶ ποικίλον. οἷσι μὲν οὖν περὶ κεφαλὴν τουτέων τι ξυμπίπτει γίνεσθαι, μαδίσιές τε ὅλης τῆς κεφαλῆς ἐγίνοντο καὶ τοῦ γενείου, καὶ ὀστέων ψιλώματα καὶ ἐκπτώσιες, καὶ πολλὰ ῥεύματα. ἐν πυρετοῖσί τε ταῦτα καὶ ἄνευ πυρετῶν. ἦν δὲ ταῦτα φοβερώτερα ἢ κακίω. οἷσι γὰρ ἐς ἐμπύημα ὁ τῶν τοιούτων ἀφίκοιτο πεπασμὸς, οἱ πλεῖστοι τούτων ἐσώζοντο. οἷσι δὲ ἡ μὲν φλεγμονὴ καὶ τὸ ἐρυσίπελας

moriebantur plurimi, eorumque singulis hunc in modum accidit. Multis certe ignis sacri occasio ex contemnendis valdeque parvis ulcusculis toto corpore oblata est, praecipue vero sexagenariis circum caput, vel si quid paululum negligeretur. Nonnullis autem etiam inter curationes ipsas magnae inflammationes contingebant, multusque ignis sacer celeriter ubique populabatur. Horum igitur plurimis abscessus ad suppurationes vertebant, carniumque et ossium ac nervorum ex decidentia mutilationes magnae fiebant. Neque vero contracta fluxio puri erat affinis, sed aliud quoddam putredinis et fluxionis multae ac variae genus. Quibus itaque circa caput hujusmodi aliquid contigit, totius capitis et menti glabrationes, ossiumque denudationes et prolapsus acciderunt, multaeque fluxiones fiebant istaque partim in febribus, partim sine his aderant. Atque haec terrorem potius quam periculum denunciabant. Quibus namque talium maturatione res ad suppurationem devenit, eorum plerique superstites evadebant. At vero quos inflammatio quidem sacerque ignis reliquerat, nullumque

Ed. Chart. IX. [265. 266.] Foës. II. 1083. Ed. Lind. I. (723. 724.)

ἀπέλθοι, τοιαύτην δὲ ἀπόστασιν μηδεμίαν ποιήσαιτο, τούτων ἀπόλλοιντο πουλλοί. ὁμοίως δὲ καὶ ὅποι ἄλλη τοῦ σώματος πλανηθῇ, ξυνέπιπτε ταῦτα. πολλοῖσι μὲν γὰρ βραχίων καὶ πῆχυς ὅλος περιεῤῥύη. οἷσι δ᾽ ἐπὶ τὰ πλευρὰ ταῦτα ἐκακοῦτο ἢ τῶν ἔμπροσθέν τι ἢ τῶν ὄπισθεν. οἷσι δὲ ὅλος ὁ μηρὸς ἢ τὰ περικνήμια ἐψιλοῦτο καὶ ποὺς ὅλος. [266] ἦν δὲ πάντων χαλεπώτατον τῶν τοιούτων, ὅτε περὶ ἥβην καὶ αἰδοῖα γενοίατο, καὶ τὰ μὲν περὶ ἕλκεα καὶ μετὰ προφάσιος τοιαῦτα. πολλοῖσι δὲ ἐν πυρετοῖσι καὶ πρὸ πυρετοῦ καὶ ἐπὶ πυρετοῖσι ξυνέπιπτεν. ἦν δὲ καὶ τούτων ὅσα μὲν ἀπόστασιν ποιήσαιτο διὰ τοῦ ἐκπυῆσαι ἢ κατὰ κοιλίην ταραχή τις ἐπίκαιρος ἢ χρηστῶν οὔρων διάδοσις γένοιτο, διὰ τούτων λελύσθαι. οἷσι δὲ μηδὲν τούτων ξυμπίπτοι, ἀσήμως δὲ ἀφανιζομένων θανατώδεα γίνεσθαι. πολὺ μὲν οὖν τοῖσι πλείστοισι ξυνέπιπτε τὰ περὶ τὸ ἐρυσίπελας τοῦ ἦρος. παρείπετο δὲ καὶ διὰ τοῦ θέρεος καὶ ὑπὸ φθινόπω(724)ρον. πολλὴ δὲ ταραχὴ

hujusmodi absceſſum creaverat, ii frequentes periere. Similiter quoque et quacunque corporis parte oberrarunt, iſta contigerunt. Multis ſi quidem brachium ac cubitus totus defluebat. Nonnullis vero iſta latera male vexabant, aut anteriorum aut poſteriorum aliquid. Eſt ubi etiam ſoemur integrum, aut tibia, aut pes totus denudabantur. Horum autem omnium graviſſime urgebant quae circum pubem pudendaque contingebant. Atque ea quidem fuit eorum, quae cum ulcere aut occaſione aliqua externa contigerunt, conditio. Multis autem una cum febribus ipſis aut ante febrem, atque etiam poſt febres ipſas inciderunt. Illud vero ipſis inerat, ut quaecunque per ſuppurationem abscederent, ſi vel inſignis aliqua alvi perturbatio, aut proharum urinarum transmiſſio extitiſſet, per ea ipſa ſolutio procederet: ſin quibusdam nihil horum contigiſſet, temereque et ſine ulla ſolutionis ſignificatione evaneſcerent, ea mortem inferebant. Longe igitur plurimos ſacer ignis vere appetivit, qui et per aeſtatem et ſub autumnum conſequebatur. Magna vero perturbatio quibusdam inerat et ad

τισι καὶ τὰ περὶ τὸν φάρυγγα φύματα, καὶ φλεγμοναὶ γλώσσης, καὶ τὰ παρ᾽ ὀδόντας ἀποστήματα. φωναί τε πολλοῖσιν ἐπεσήμαινον κακούμεναι καὶ κατατίλλουσαι, πρῶτον μὲν φθινώδεσιν ἀρχομένοισιν, ἀτὰρ καὶ τοῖσι καυσώδεσι καὶ τοῖσι φρενιτικοῖσιν.

[270] || Ἤρξαντο μὲν οὖν οἱ καῦσοι πρωῒ τοῦ ἦρος καὶ τὰ φρενιτικὰ μετὰ τὰ γενόμενα ψύχεα, καὶ πλεῖστοι τηνικαῦτα διενόσησαν. ὀξέα δὲ τούτοισι καὶ θανατώδεα ξυνέπιπτεν. ἦν δὲ ἡ κατάστασις τῶν γενομένων καύσων ὧδε. ἀρχόμενοι κωματώδεες, ἀσώδεες, φρικώδεες, πυρετὸς ὀξὺς, οὐ διψώδεες λίην. οὐ παράληροι. ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξε μικρὰ, οἱ παροξυσμοὶ τοῖσιν πλείστοισιν ἐν ἀρτίῃσι. περὶ δὲ τοὺς παροξυσμοὺς λήθη καὶ ἄφεσις καὶ ἀφωνίη. ἄκρεά τε τούτοισιν ἀεὶ μὲν ψυχρότερα ποδῶν καὶ χειρῶν, πουλὺ δὲ περὶ τοὺς παροξυσμοὺς μάλιστα. πάλιν τε βραδέως καὶ οὐ καλῶς ἀνεθερμαίνοντο, καὶ πάλιν κατενόουν καὶ διελέγοντο. κατεῖχε δὲ ἢ τὸ κῶμα ξυνεχὲς, οὐχ ὑπνῶδες, ἢ μετὰ πόνων ἀγρυ-

fauces tubercula, linguaeque inflammationes et quae secundum dentes abscederent. Multisque vocis vitiatae et praepeditae facta est significatio, potissime quidem his qui tabescere coepissent, atque etiam febre ardente detentis et phreniticis.

Coeperunt itaque febres ardentes et phrenitides ante ver, post ea quae praecesserunt frigora, plurimique tunc diu aegrotarunt, gravibusque et lethalibus casibus conflictati sunt. Erat autem febrium ardentium quae obvenerant constitutio hujusmodi. Per initia sopore detinebantur cum stomachi fastidio et horroris sensu, febris acuta, neque magnopere sitiebant aut delirabant. Ex naribus paucus stillavit sanguis. Plurimos accessiones diebus paribus invadebant. Atque sub ipsas accessiones oblivio, membrorum exolutio et vocis defectio contingebant. His quidem pedes summi et manus frigidiores evadebant, multoque maxime circa accessiones, deinde vero lente nec probe recalescebant, rursusque ad intelligentiam redibant et loquebantur. Eos autem aut perpetuus sopor non somnolentus detine-

πνοι. [274] κοιλίαι ταραχώδεες τοῖσι πλείστοισι τούτων, διαχωρήμασιν ὠμοῖσι, λεπτοῖσι, πολλοῖσι. οὖρα πολλὰ, λεπτά. κρίσιμον οὐδὲ χρηστὸν οὐδὲν ἔχοντα. οὐδὲ ἄλλο κρίσιμον οὐδὲν τοῖσι οὕτως ἔχουσιν ἐγένετο, οὔτε γὰρ ἡμοῤῥάγει καλῶς οὔτε τις ἄλλη τῶν εἰθισμένων ἀπόστασις ἐγίνετο κρίσιμος. ἔθνησκόν τε ἕκαστος, ὡς τύχοι πεπλανημένως τὰ πολλὰ, περὶ τὰς κρίσιας, ἐκ πολλοῦ (725) δέ τινες ἄφωνοι. ἱδρῶντες πολλοί. τοῖσι μὲν ὀλεθρίως ἔχουσι ξυνέπιπτε ταῦτα. παραπλήσια δὲ καὶ τοῖσι φρενιτικοῖσιν. ἄδιψοι δὲ πάνυ οὗτοι ἦσαν. οὐδ᾽ ἐξεμάνη τῶν φρενιτικῶν οὐδεὶς, ὥσπερ ἐπ᾽ ἄλλοισιν. ἀλλ᾽ ἄλλῃ τινὶ καταφορῇ κακῇ νωθρῇ, βαρέως ἀπώλλοντο. ἦσαν δὲ καὶ ἄλλοι πυρετοὶ περὶ ὧν γεγράψεται. στόματα πολλοῖσιν ἀφθώδεα, ἑλκώδεα. ῥεύματα περὶ τὰ αἰδοῖα πολλά. ἑλκώματα, φύματα, ἔξωθεν, ἔσωθεν. τὰ περὶ βουβῶνας. [277] ὀφθαλμίαι ὑγραὶ, μακραὶ, χρόνιαι μετὰ πόνων. ἐπιφύσιες βλεφάρων ἔξωθεν, ἔσωθεν. πολλῶν φθείροντες

bat, aut vigiliae cum laboribus. Horum plerisque alvus retrimentis crudis, tenuibus, multis turbabatur. Urinae multae, tenues, neque judicatorii neque boni quicquam habebant. Neque aliud quicquam in ita affectis decernebat, neque enim rite ſanguis e naribus profluebat, neque aliud quicquam eorum quae abscedere nata ſunt judicatione tentabatur, moriebaturque unusquisque, uti ſors ferebat, vago et incerto ordine, plerumque circa judicationes, quidam vero longius producti cum vocis defectione, nonnulli etiam cum ſudoribus. Quae quidem his qui pernicioſe haberent contingebant. Quin et ſimilia phreneticis fiebant. Atque hi omnino ſine ſiti erant. Neque phreniticorum quispiam vehementer inſanivit, ſicut in caeteris uſuvenire ſolet, ſed ex mala alia quadam et languida in ſomnum degravatione graviter peribant. Aliae inſuper etiam febres viguerunt, de quibus mox ſcribetur. Multis os ſerpentibus ulceribus affectum ulceroſumve fuit, fluxiones ad pudenda multae, exulcerationes, tubercula intus et extra circum inguina. Lippitudines humentes, longae, diuturnae, non ſine doloribus, palpebris foris et intus adnaſcebantur

Ed.Chart.IX.[277.280.] Foës.II.1085. 1086. Ed. Lind. I. (725. 726.)

τὰς ὄψιας, ἃ σῦκα ἐπονομάζουσιν. ἐφύετο δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἑλκέων πολλὰ καὶ αἰδοίοισιν. ἄνθρακες πολλοὶ κατὰ θέρος, καὶ ἄλλα ἃ σὴψ καλέεται. ἐκθύματα μεγάλα. ἕρπητες πολλοῖσιν μεγάλοι, τὰ δὲ κατὰ κοιλίην || πολλοῖσι πολλὰ καὶ βλαβερὰ συνέβαινε. πρῶτον μὲν τεινεσμοὶ πολλοῖσιν ἐπιπόνως. πλείστοισι δὲ παιδίοισι, καὶ παισὶν ὅσοι πρὸ ἥβης, καὶ ἀπώλλυντο τὰ πλεῖστα τούτων. λειεντερικοὶ πολλοὶ, δυσεντερικοί. οὐδ᾽ οὗτοι λίην ἐπιπόνως, τὰ δὲ χολώδεα καὶ λιπαρὰ καὶ λεπτὰ καὶ ὑδατώδεα, πολλοῖσι μὲν αὐτὸ τὸ νούσημα ἐς τοῦτο κατέσκεψεν, ἄνευ τε πυρετῶν καὶ ἐν πυρετοῖσι, μετὰ πόνων στρόφοι καὶ ἀνειλήσιες κακοήθεες. τῶν πολλῶν ἐνόντων τε καὶ ἐπισχόντων διέξοδοι. τά τε διεξιόντα, πόνους οὐ λύοντα. [280] τοῖσι δὲ προσφερομένοισι δυσκόλως ὑπακούοντα, καὶ γὰρ αἱ καθάρσιες τοὺς πλείστους (726) προσέβλαπτον. τῶν δὲ οὕτως ἐχόντων πολλοὶ μὲν ὀξέως ἀπώλλοντο. πολλοῖσι δὲ καὶ μακρότερα διῆγεν, ὡς δ᾽ ἐν κεφα-

quaedam quae multorum aciem perderent, ficos nominant. Enascebantur vero cum aliis in ulceribus multa, tum in pudendis. Carbunculi aestate multi atque alia quae putredinis nomine donantur. Pustulae item magnae. Serpentia ulcera plerisque magna. Quantum autem ad alvum spectabat, plerisque circa eam multa et noxia evenere. Primum quidem crebrae et inanes egerendi voluntates multis molestae, imprimis vero pueris atque iis omnibus qui pubertatem nondum attigerant, eorumque plurimi peribant. Multi intestinorum laevitate vexabantur, quidam difficultate intestinorum, neque hi admodum moleste. Alvus autem biliosa et pinguia et tenuia et liquida demittebat, ac multis quidem eo morbus ipse decubuit, tum circa febres tum in febribus. Tormina cum doloribus aderant, itemque convolutiones malignae. Multis in corpore existentibus ac suppressis exitus. At neque exeuntia dolores tollebant, multaeque corporis partes affectae erant. Atque ad ea quae adhibebantur non facile habebant. Purgationes nempe plurimos magis offendebant. Eorum vero qui ita habebant plerique quidem subito moriebantur, multi etiam diutius

Ed. Chart. IX. [280. 282.] Foës. II. 1086. Ed. Lind. I. (726.)

λαίῳ εἰρῆσθαι, πάντες καὶ οἱ τὰ μακρὰ νοσέοντες καὶ οἱ τὰ ὀξέα, ἐκ τῶν κατὰ κοιλίην ἀπέθνησκον μάλιστα· πάντας γὰρ κοιλίη συναπήνεγκεν. ἀπόσιτοι δὲ πάντες μὲν ἐγένοντο καὶ ἐπὶ πᾶσι τοῖσι προγεγραμμένοισιν, οἷς ἐγὼ οὐδέπω ποτὲ ἐνέτυχον. πολλοὶ δὲ μάλιστα αὐτοὶ καὶ οἱ ἐκ τοιούτων, καὶ ἐκ τῶν ἄλλων δὲ οἱ καὶ ὀλεθρίως ἔχοιεν, διψώδεες, οἱ μὲν, οἱ δὲ οὔ· τῶν ἐν πυρετοῖσι καὶ τοῖσι ἄλλοισιν οὐδεὶς ἀκαίρως, ἀλλ' ἦν κατὰ ποτὸν διαιτᾷν ὡς ἤθελες. [282] οὖρα δὲ πολλὰ μὲν τὰ διεξιόντα ἦν, οὐκ ἐκ τῶν προσφερομένων ποτῶν, ἀλλὰ πολλὸν ὑπερβάλλοντα. πολλὴ δέ τις καὶ τῶν οὔρων κακότης ἦν τῶν ἀπιόντων. οὔτε γὰρ πάχος οὔτε πεπασμοὺς οὔτε καθάρσιας χρηστὰς εἶχεν. ἐπὶ πολλοῖσι γὰρ αἱ κατὰ κύστιν καθάρσιες χρησταὶ γενόμεναι ἀγαθόν. ἐσήμαινον δὲ τοῖσι πλείστοισι σύντηξιν καὶ ταραχὴν καὶ πόνους καὶ ἀκρισίας. κωματώδεες δὲ μάλιστα οἱ φρενιτικοὶ καὶ οἱ καυσώδεες ἦσαν. ἀτὰρ καὶ ἐπὶ τοῖσι ἄλλοισι νουσήμασι πᾶσι

perdurabant. Atque ut femel abfolvam, tum qui diuturnis tum qui acutis tentabantur morbis, ex ventris vitio omnes fere periere. Omnes namque venter pariter fuftulit. Omnes autem in quos fane incidi, praeter praefcriptos omnes morbos quibus vexabantur, cibos equidem averfabantur. Plerique vero praecipueque hi ipfi et qui eodem modo affecti erant, fed et ex aliis qui etiam peniciofe haberent. Siticulofi partim quidem erant, partim vero fiti vacui. Ex his quos febres aliaque vexabant, nullus intempeftive potum fumpfit, fed quoad potionem licebat eam inftituere vivendi rationem quam velles. Urinae autem copiofae prodibant, neque potioni ingeftae refpondebant, verum plurimum fuperabant, multumque etiam vitiofae erant urinae redditae. Nam neque craffitudinem, neque concoctionem habebant, neque probe expurgabantur. In multis namque probae per veficam expurgationes bono funt. Plurimis vero colliquationem perturbationemque, et dolores et moram et judicationis ceffationem portendebant. Sopore autem detinebantur, imprimis quidem phrenitici et qui febre ardente laborabant, quin etiam caeteris in omnibus

τοῖσι μεγίστοισιν, ὅτι μετὰ πυρετοῦ γίνοιτο. διὰ παντὸς δὲ τοῖσι πλείστοισιν ἢ βαρὺ κῶμα παρείπετο ἢ μικροὺς καὶ λεπτοὺς ὕπνους κοιμᾶσθαι.

[283] || *Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα πυρετῶν ἐπεδήμησαν εἴδεα· τριταίων, τεταρταίων, νυκτερινῶν, ξυνεχέων, μακρῶν, πεπλανημένων, ἀσωδέων, ἀκα(727)ταστάτων. ἅπαντες δὲ οὗτοι μετὰ πολλῆς ἐγίνοντο ταραχῆς. κοιλίαι τε γὰρ τοῖσι πλείστοισι ταραχώδεες, φρικώδεες. ἱδρῶτες οὐ κρίσιμοι, καὶ τὰ τῶν οὔρων ὡς ὑπογέγραπται. μακρὰ δὲ τοῖσι πλείστοισι τουτέων, οὐδὲ γὰρ αἱ γινόμεναι τουτέοισιν ἀποστάσιες, ἔκρινον ὥσπερ ἐπὶ τοῖσιν ἄλλοισι. δύσκριτα μὲν πᾶσι πάντα ἐγίνετο, καὶ ἀκρισίαι καὶ χρόνια. πολὺ δὲ μάλιστα τούτοισι. ἔκρινε δὲ τουτέων ὀλίγοισι περὶ ὀγδοήκοντα. τοῖσι δὲ πλείστοισι ὡς ἔτυχεν ἐξέλιπεν. ἔθνησκον δὲ τουτέων ὀλίγοι ὑπὸ ὕδρωπος ὀρθοστάδην. πολλοῖσι δὲ καὶ ἐπὶ τοῖσιν ἄλλοισι νουσήμασι οἰδήματα παρώχλει, πολὺ δὲ μάλιστα τοῖσι φθινώδεσι.* [284] *μέγιστον δὲ καὶ χαλεπώτατον καὶ πλείστους*

maximis morbis, quod cum febre contingerent. Omnino vero plerosque aut gravis ſopor comitabatur, aut tenues et parvi ſomni.

Multa alia praeterea paſſim vulgata ſunt febrium genera, tertianae, quaternae, nocturnae, aſſiduae, diuturnae, incertae et vagae, implacidae, inconſtantes. Atque hae omnes non ſine multa perturbatione contingebant. Plerisque etenim alvus cum horroris ſenſu turbabatur, ſudores nihil decernebant, urinaeque quales ſupra deſcripſimus. Eorum vero plerisque haec erant diuturna. Neque enim decernebant quae iis ipſis abſcedebant, quod caeteris uſu venire ſolet. Omnino quidem omnibus difficiles erant judicationes, aut nullae aut diuturnae, his vero quam maxime. Atque horum pauci circa octogeſimum diem judicatione abſolvebantur, magna autem ex parte iis temere defecerunt. Horum etiam pauci ex aqua inter cutem moriebantur erecti et ſtantes. Plerosque vero etiam praeter alios morbos tumores exagitabant, ac prae caeteris tabidos. Maxime autem et graviſſime afflixit tabes plurimosque in-

Ed. Chart. IX. [284.] Foeſ. II. 1089. Ed. Lind. I. (727. 728.)

ἔκτεινε τὸ φθινῶδες. πολλοὶ γάρ τινες ἀρξάμενοι κατὰ χειμῶνα, πολλοὶ μὲν κατεκλίθησαν, οἱ δὲ αὐτέων ὀρθοστάδην ὑπέφερον. τὸ πρωῒ δὲ τοῦ ἦρος ἔθνησκον οἱ πλεῖστοι τῶν κατακλιθέντων. τῶν δὲ ἄλλων ἐξέλιπον μὲν αἱ βῆχες οὐδενὶ, ὑφίεσαν δὲ κατὰ θέρος. ὑπὸ δὲ τὸ φθινόπωρον κατεκλίθησαν πάντες καὶ πολλοὶ ἔθνησκον. μακρὰ δὲ τούτων οἱ πλεῖστοι διενόσεον. ἤρξατο μὲν οὖν τοῖσι πλείστοισι τούτων ἐξαίφνης ἐκ τούτων κακοῦσθαι. φρικώδεες πυκνά. πολλάκις πυρετοὶ ξυνεχέες, ὀξέες, ἱδρῶτές τε ἄκαιροι. πολλοὶ ψυχροὶ διὰ τέλεος. πολλὴ ψύξις, καὶ μόλις πάλιν ἀναθερμαινόμενοι. κοιλίαι ποικίλως ἐφιστάμεναι καὶ πάλιν ταχὺ καθυγραινόμεναι καὶ τῶν περὶ πλεύμονα πάντων διάδοσις κάτω. πλῆθος οὔρων οὐ χρηστῶν. ξυντήξιες κακαί. αἱ (728) δὲ βῆχες ἐνῆσαν μὲν διὰ τέλεος πολλαὶ καὶ πολλὰ ἀνάγουσαι πέπονα καὶ ὑγρὰ, μετὰ πόνων δὲ οὐ λίην. ἀλλ᾽ εἰ καὶ ὑπεπόνεον, πάνυ πρηέως πᾶσιν ἡ κάθαρσις ἡ ἀπὸ πλεύμονος ἐγίνετο. φάρυγγες οὐ λίην δακνώδεες. οὐδὲ ἁλμυρίδες οὐδὲν ἠνώχλεον.

teremit. Nempe cum multis ad hiemem coepiſſet, hi magna ex parte decubuerunt, partim vero erecti et ſtantes pertulerunt. Ineunte autem vere eorum qui decubuerant plerique perierunt, reliquorum vero nullum tuſſes reliquerunt, verum aeſtate remiſerunt. At ſub autumnum omnes decubuerunt, multique interierunt, eorum vero plerique diu traxerunt. Horum itaque plurimi, ex his derepente peſſime aſſligi coeperunt, crebri erant horrores, plerumque febres aſſiduae, acutae, ſudores etiam intempeſtivi, multi, continenter frigidi, refrigeratio multa, vixque recaleſcebant. Alvi variis modis ſubſiſtentes, rurſusque illico lubricae, atque eorum quae pulmones offendebant per inferna transmiſſio. Urinarum illaudatarum abundantia, corporis extenuationes malae. Tuſſes autem omnino quidem multae aderant, multaque cocta et liquida educebant, neque vero admodum laborioſe. Quod ſi etiam quadantenus laborarent, rurſus tamen valde placide et molliter omnes ex pulmone purgatio procedebat, fauces non admodum mor-

τὰ μέντοι γλίσχρα καὶ λευκὰ καὶ ὑγρὰ καὶ ἀφρώδεα πολλὰ ἀπὸ κεφαλῆς κατῄει. πολὺ δὲ μέγιστον κακὸν παρείπετο καὶ τούτοισι καὶ τοῖσι ἄλλοισι τὰ περὶ τὴν ἀποσιτίην, καθάπερ ὑπογέγραπται. οὐδὲ γὰρ πότων μετὰ τροφῆς ἡδέως εἶχον, ἀλλὰ πάνυ διῆγον ἀδίψως [285] βάρος σώματος. κωματώδεες, τοῖσι πλείστοισιν αὐτέων οἴδημα καὶ ἐς ὕδρωπα περιίσταντο. φρικώδεες, παράληροι περὶ θάνατον.

|| *Εἶδος δὲ τῶν φθινωδέων ἦν τὸ λεῖον, τὸ ὑπόλευκον, τὸ φακῶδες τὸ ὑπέρυθρον, τὸ χαροπόν. λευκοφλεγματίαι, πτερυγώδεες, καὶ γυναῖκες οὕτω. τὸ μελαγχολικόν τε καὶ ὕφαιμον. οἱ καῦσοι καὶ τὰ φρενιτικὰ καὶ τὰ δυσεντεριώδεα τούτων ἥπτετο, τεινεσμοὶ νέοισι. φλεγματώδεσιν αἱ μακραὶ διάῤῥοιαι καὶ τὰ δριμέα διαχωρήματα καὶ λιπαρὰ πικροχόλοισιν. [288] ἦν δὲ πᾶσι τοῖσιν ὑπογεγραμμένοισι χαλεπώτατον μὲν τὸ ἔαρ καὶ πλείστους ἀπέκτεινε. τὸ δὲ θέρος*

debantur neque salsugines quicquam infestabant. Viscida nihilominus et alba, liquidaque et spumosa multa ex capite descendebant. Longe vero maximum malum tum hos tum etiam caeteros comitabatur, ciborum fastidium, uti paulo ante scriptum est. Nam neque ad potionem neque ad cibum alacriter habebant, sed valde siti vacui degebant. Corporis gravitas inerat et sopore detinebantur. Ac fere omnes tumoribus corripiebantur et in aquam inter cutem evadebant. Horrore concutiebantur et sub mortem delirabant.

Erat autem tabidorum species ex iis qui glabri erant, subalbidi, lentis colorem referentes, subrubri, caesiis oculis, pituita alba redundantes, et quibus scoptula operta alarum instar a tergo extabant atque prominebant, mulieresque eodem modo se habebant. Itidem et qui ad atram bilem generandam essent idonei et subsanguinei. Atque hos febres ardentes et phrenitides, et intestinorum difficultates tentabant. Juvenes crebrae et inanes egerendi cupiditates, pituitosos, longa alvi profluvia, acria et pinguia ventris recrementa biliosos vexabant. Omnibus autem, quos paulo supra descripsimus, ver quidem erat molestissimum plurimosque sustulit. Aestas vero placidissima, minimeque

ῥήϊστον καὶ ἐλάχιστοι ἀπώλλοντο. τοῦ δὲ φθινοπώρου καὶ ὑπὸ πληϊάδα πάλιν ἔθνησκον οἱ πολλοὶ τεταρταῖοι. δοκέοι δέ μοι προσωφε||λῆσαι κατὰ λόγον τὸ γενόμενον θέρος. τὰς γὰρ θερινὰς νόσους χειμὼν ἐπιγενόμενος λύει καὶ τὰς χειμερινὰς θέρος ἐπιγενόμενον μεθίστησι. (729) καίτοι αὐτό γε ἐπὶ ἑωυτοῦ τὸ γενόμενον θέρος οὐκ εὐσταθὲς ἐγένετο, ἀλλ' ἐξαίφνης θερμὸν καὶ νότιον καὶ ἄπνοον. ἀλλ' ὅμως πρὸς τὴν ἄλλην κατάστασιν μεταλλάξαν ὠφέλησεν. μέγα δὲ μέρος ἡγεῦμαι τῆς τέχνης εἶναι τὸ δύνασθαι σκοπεῖν καὶ περὶ τῶν γεγραμμένων ὀρθῶς. ὁ γὰρ γνοὺς καὶ χρεόμενος τούτοις, οὐκ ἄν μοι δοκέῃ μέγα σφάλλεσθαι ἐν τῇ τέχνῃ. δεῖ δὲ καταμανθάνειν ἀκριβῶς τὴν κατάστασιν, τῶν ὡρέων ἑκάστην, καὶ τὸ νόσημα ἀγαθὸν, ὅ τι κοινὸν ἐν τῇ καταστάσει ἢ ἐν τῇ νούσῳ, μακρὸν ὅ τι νόσημα καὶ θανάσιμον. μακρὸν ὅ τι καὶ περιεστηκὸς, ὀξὺ ὅ τι θανάσιμον, ὀξὺ ὅ τι περιεστηκός. τάξιν τῶν κρισίμων ἐκ τούτων σκοπεῖσθαι καὶ προλέ-

multi perierunt. Per autumnum rurfus et fub vergilias, multi interierunt quartana febre detenti. Mihi porro videtur aeftas illa merito multum profuiffe. Aeftivos namque morbos fuccedens bruma folvit, et brumales adveniens aeftas dimovet. Quamquam quae tunc fuit aeftas ex fefe non fatis fuae naturae conftabat, verum derepente calida, auftrina, et a ventis filens fuit, nihilominus tamen ad aliam temporis conditionem mutata profuit. Per vero magni in arte aeftimo, poffe de iis quae fcripfimus cogitationem recte fufcipere. Eorum namque ufum qui calluerit, is mihi non magnopere videtur in arte aberrare poffe. Exacte autem tenere oportet propriam cujusque temporum anni conditionem et ftatum, morbumque ipfum et quidnam boni commune fit conftitutioni cum morbo, quidnam et mali conftitutio, aut morbus inter fe commune habeant. Et quisnam morbus diuturnus fit et exitium afferat, aut quisnam diuturnus et ex quo aegri evadant. Et quisnam praeceps et exitialis, aut quisnam praeceps et falutaris. Atque ex his ipfis tum judicatoriorum dierum feries obfervanda eft, tum etiam praedicendi facultas fuppetit. Ac

Ed. Chart. IX. [288. 291.] Foës. II. 1091. 1093. Ed. Lind. I. (729. 730.)

γειν, ἐκ τούτων εὐπορεῖται. εἰδότι περὶ τούτων ἔστιν εἰδέναι οὓς καὶ ὅτε καὶ ὡς δεῖ διαιτᾷν.

[291] || [Ἑκκαίδεκα ἄῤῥωστοι. Πρῶτος.] Ἐν Θάσῳ τὸν τοῦ Παρίωνος, ὃς κατέκειτο ὑπὲρ Ἀρτεμισίου, πυρετὸς ἔλαβεν ὀξύς. κατ' ἀρχὰς δὲ ξυνεχὴς, καυσώδης, διψώδης. ἀρχόμενος κωματώδης, καὶ αὖθις ἄγρυπνος. κοιλίη ταραχώδης ἐν ἀρχῇσιν, οὖρα λευκά. στ οὔρησεν ἐλαιῶδες, παρέκρουσεν. ζ παρωξύνθη πάντα, οὐδὲν ἐκοιμήθη, ἀλλ' οὖρά τε ὅμοια καὶ τὰ τῆς γνώμης ταραχώδεα. ἀπὸ δὲ κοιλίης χολώδεα λιπαρὰ διῆλθε. εἶτα τῇ (730) η σμικρὸν ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξεν. ἤμισεν ἰώδεα ὀλίγα, σμικρὰ ἐκοιμήθη. θ διὰ τῶν αὐτῶν. ι πάντα ξυνέδωκεν. ια ἵδρωσεν οὐ δι' ὅλου. περιέψυξε μὲν, ταχὺ δὲ πάλιν ἀνεθερμάνθη. ιβ πυρετὸς ὀξὺς, διαχωρήματα χολώδεα, λεπτὰ, πολλὰ, οὔροισιν ἐναιώρημα, παρέκρουσεν. ιζ ἐπιπόνως, οὔτε γὰρ ὕπνοι οὔτε πυρετὸς ἐπέτεινεν. κ ἵδρωσε δι' ὅλου· ἄγρυπνος, διαχωρήματα χολώδεα,

in his exercitato proclive est instituendae victus rationis tempus et modum cognoscere, et quibusnam ea praescribenda sit.

[*Aegroti sexdecim. Primus.*] Parius quidam in Thaso, qui supra Dianae fanum decumbebat, febre acuta correptus est statim quidem assidua, ardente, siticulosa. Per exordia sopore detinebatur, rursusque vigiliis vexabatur. Alvus inter initia turbulenta, urinae albae. Die sexto oleosam urinam reddidit, deliravit. Septimo exacerbata sunt omnia, non dormivit. Quin et urinae similes et mens perturbata. Ex alvo vero biliosa et pinguia prodiere. Octavo deinceps parum ex naribus stillavit, vomitione refusa sunt virulenta, pauca, aliquantulum quievit. Nono eadem perseveravere. Decimo cuncta remiserunt. Undecimo sudor, sed non toto corpore dimanavit. Corporis quidem summa perfrixerunt, sed mox recaluit. Duodecimo graviter febricitavit, alvi recrementa biliosa, tenuia, copiosa. In urinis suspensum quid in medio innatans inerat, deliravit. Decimoseptimo permoleste habuit. Nam neque somni aderant, neque tamen febris intendebatur. Vigesimo sudor undique profluxit,

Ed.Chart.IX.[291.294.] Foes. II. 1093. 1096. Ed. Lind. I. (730. 731.)
ἀπόσιτος, κωματώδης. κδ ὑπέστρεψε. λδ ἄπυρος, κοιλίη οὐ συνίστατο, καὶ πάλιν ἀνεθερμάνθη. μ ἄπυρος, κοιλίη ξυνέστη χρόνον οὐ συχνόν. ἀπόσιτος, σμικρὰ πάλιν ἐπύρεξε, καὶ διὰ παντὸς πεπλανημένως. ἄπυρος, τὰ μὲν, τὰ δ' οὔ· εἰ γάρ τοι διαλείποι καὶ διακουφίσαιεν, πάλιν ὑπέστρεφε. σιταρίοισί τε πολλοῖσι καὶ φώλησι προσεχρῆτο. ὕπνοι κακοὶ περὶ τὰς ὑποστροφάς. παρέκρουσεν, οὖρα πάχος μὲν ἔχοντα οὔρει τηνικαῦτα. ταραχώδεα δὲ καὶ πονηρὰ καὶ κατὰ κοιλίην συνιστάμενα, καὶ πάλιν διαλυόμενα, πυρέτια ξυνεχέα. διαχωρήματα πουλλὰ, λεπτὰ, ἐν δὲ τῇ ρκ ἡμέρῃ ἀπέθανε. τούτῳ κοιλίη ξυνεχέως ἀπὸ τῆς πρώτης ὑγρὴ χολώδεσιν, ὑγροῖσι πολλοῖσιν ἦν. ἢ ξυνισταμένη ἐν ζέουσι καὶ ἀπέπτοισιν. οὖρα διὰ τέλεος κακὰ, κωματώδεα τὰ πλεῖστα μετὰ πόνων, ἄγρυπνος, ἀπόσιτος, συνεχέως καῦσος.

[294] || [Ἄῤῥωστος δεύτερος.] Ἐν Θά(731)σῳ τὴν κατακειμένην παρὰ τὸ ψυχρὸν ἐκ τοῦ τόκου θυγατέρα τεκοῦ-

pervigil fuit, dejectiones biliosae, cibum aversabatur, sopore detentus est. Vigesimo quarto recidiva contigit. Trigesimo quarto a febre immunis fuit, alvus non substitit, moxque recaluit. Quadragesimo sine febre, alvus non diu substitit, cibum aversabatur, rursus aliquantulum febricitavit, idque perpetuo inordinate, partim quidem a febre liber, partim vero non. Nam si quando intermitteret, allevaretque, statim repetebat. Cibariis etiam multis vilibus et vitiosis utebatur. Circa recidivas somni mali, deliravit. Urinas tunc reddebat crassas quidem, verum turbulentas et pravas. Ex alvo coacta moxque diffluentia demittebantur. Febriculae assiduae aderant, dejectiones multae tenues. Centesimo et vigesimo die defunctus est. Huic alvus ab initio continenter biliosis, liquidis multis diffluebat, aut si consisteret, fervida et cruda dejiciebat. Urinae per totum morbum malae. Sopore vero detinebatur, nec sine doloribus, eratque insomnis, cibos aversabatur, assidueque febris ardens vexabat.

[*Aeger secundus.*] Quae in Thaso ad frigidam decumbebat, ubi filiam enixa est, nec purgationes irent, eam

σαν καὶ καθάρσιος μὴ γινομένης, πυρετὸς ὀξὺς φρικώδης τριταίην ἔλαβεν· ἐκ χρόνου δὲ πολλοῦ πρὸ τοῦ τόκου πυρετώδης ἦν κατακλινὴς ἀπόσιτος. μετὰ δὲ τὸ γενόμενον ῥῖγος ξυνεχέες, ὀξέες, φρικώδεες οἱ πυρετοί. η πολλὰ παρέκρουσε καὶ τὰς ἐχομένας, καὶ ταχὺ πάλιν κατενόει. κοιλίη ταραχώδης, πουλλοῖσι, λεπτοῖσιν, ὑδατοχόλοις, ἄδιψος· ια κατενόει, κωματώδης δὲ ἦν, οὖρα πολλὰ, λεπτὰ καὶ μέλανα, ἄγρυπνος. κ σμικρὰ περιέψυξε, καὶ ταχὺ πάλιν ἀνεθερμάνθη. σμικρὰ παρέλεγεν, ἄγρυπνος, τὰ κάτω κοιλίης, ἐπὶ τῶν αὐτῶν. οὖρα ὑδατώδεα πουλλά. κζ ἄπυρος, κοιλίη ξυνέστη, οὐ πολλῷ δὲ χρόνῳ ὕστερον ἰσχίου δεξιοῦ ὀδύνη ἰσχυρὴ χρόνον πουλύν. πυρετοὶ πάλιν παρείποντο, καὶ οὖρα ὑδατώδεα. μ τὰ μὲν περὶ τὸ ἰσχίον ἐπεκούφισε, βῆχες δὲ ξυνεχέες ὑγραὶ πολλαὶ, κοιλίη ξυνέστη, ἀπόσιτος, οὖρα ἐπὶ τῶν αὐτῶν. οἱ δὲ πυρετοὶ τὸ μὲν ὅλον οὐκ ἐκλείποντες, πεπλανημένως δὲ παροξυνόμενοι, τὰ μὲν, τὰ δ' οὔ. ξ αἱ μὲν βῆχες ἀσήμως

tertio die febris acuta cum horroris sensu corripuit. Ex longo tamen ante partum intervallo ex febre decumbebat, cibumque fastidiebat. Post rigorem autem febres fuerunt assiduae, acutae, cum horrore. Octavo proximisque diebus multum deliravit, statimque ad intelligentiam rediit. Alvus perturbata, multa, tenuia, aquosa, bile permixta demisit, absque siti erat. Undecimo mente constabat, sopore tamen detinebatur, urinas multas, tenues et nigras reddidit, pervigil erat. Vigesimo corporis summa paulum persrixerunt, moxque calor rediit, nonnihil mente mota est, pervigilavit. Alvi dejectiones eaedem perseverarunt, urinae dilutae, multae. Vigesimoseptimo a febre immunis fuit, alvus substitit. Non longe vero post ad coxendicem dextram vehemens enatus dolor diu tenuit, febres rursus subsecutae et urinae aquosae. Quadragesimo circa coxendicem dolores allevarunt, sed tusses assiduae humidae, multae tenuerunt, alvus suppressa est, cibum fastidiebat, urinae eaedem. Febres vero in totum quidem non desinebant, sed errabundas et incertas habebant accessiones et partim quidem sic, partim vero non prehendebant. Sexagesimo tusses abs-

Ed. Chart. IX. [294. 296.] Foes. II. 1096. 1098. Ed. Lind. I. (731. 732)

ἐξέλιπον· οὔτε γάρ τις πτυάλων πεπασμὸς ἐγίνετο, οὔτε ἄλλη τῶν εἰθισμένων ἀπόστασις. σιαγὼν δὲ ἡ ἐκ τῶν ἐπὶ δεξιὰ κατεσπάσθη. κωματώδης, παρέλεγε πάλιν καὶ ταχὺ κατενόει. πρὸς δὲ τὰ γεύματα ἀπονενοημένως εἶχεν, ἡ σιαγὼν μὲν ἐπανῆκεν, ἡ κοιλίη δὲ χολώδεα σμικρὰ διέδωκεν. ἐπύρεσσεν ὀξυτέρως, (732) φρικώδης, καὶ τὰς ἐχομένας ἄφωνος, καὶ πάλιν κατενόει καὶ διελέγετο, καὶ ὀγδοηκοστῇ ἀπέθανε. ταύτῃ τὰ τῶν οὔρων διὰ τέλεος ἦν μέλανα καὶ λεπτὰ καὶ ὑδατώδεα, καὶ κῶμα παρείπετο. ἄσιτος, ἄθυμος, ἄγρυπνος, ὀργαί. δυσφορίαι, τὰ περὶ τὴν γνώμην μελαγχολικά.

[296] || [*Ἄῤῥωστος τρίτος.*] Ἐν Θάσῳ Πυθίωνα, ὃς κατέκειτο ὑπεράνω τοῦ Ἡρακλείου, ἐκ πόνων καὶ κόπων καὶ διαίτης γενομένης ἀμελοῦς ῥῖγος μέγα καὶ πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβε. γλῶσσα ἐπίξηρος, διψώδης, χολώδης, οὐχ ὕπνωσεν, οὖρα ὑπομέλανα. ἐναιώρημα μετέωρον, οὐχ ἵδρυτο. β̄ περὶ μέσον ἡμέρης ψύξις ἀκρέων, τὰ περὶ χεῖρας καὶ κεφαλὴν

que ulla judicationis ſignificatione defecerant. Neque enim ulla ſputorum concoctio extitit, neque aliud quicqam eorum quae abscedere ſolent. Maxilla dextra convulſa eſt, ſopore detinebatur, rurſus deliravit, ſtatimque ad mentem rediit. Caeterum a cibis averſo erat animo, maxilla quidem loco reſtituta eſt, alvus autem biliofa pauca transmiſit, febris intenſior fuit, nec ſine horrore, proximisque diebus voce defecta eſt, rurſusque ad intelligentiam rediit et ſermocinata eſt, octogeſimoque expiravit. Urinae huic perpetuo nigrae, tenues et dilutae fuerunt, ſoporque comitabatur, cibos non ſumebat, animum deſpondebat, pervigil, iracunda, implacida, mens atra bile tentabatur.

[*Aeger tertius.*] Pythionem in Thaſo, qui ſupra Herculis fanum decumbebat, ex laboribus et laſſitudinibus negligenterque ſubducta victus ratione, rigor vehemens et febris acuta prehendit. Lingua reſiccata erat, ſiticuloſus, bile abundans, ſomnum non cepit. Urinae nigricantes, ſublime quid in medio ſuſpenſum habebant, neque ſubſidebant. Altero ſub meridiem die corporis extremorum frigus cepit, praecipueque circa manus et caput, ſermone

μᾶλλον, ἄναυδος, ἄφωνος, βραχύπνοος. ἐπὶ χρόνον πουλὺν ἀνεθερμάνθη, δίψα, νύκτα δι᾽ ἡσυχίης, ἵδρωσε περὶ κεφαλὴν σμικρά. γ̄ ἡμέρη δι᾽ ἡσυχίης, ὀψὲ περὶ ἡλίου δυσμὰς ὑπεψύχθη σμικρά, ταραχὴ νυκτὸς ἐπιπόνως, οὐδὲν ὕπνωσεν, ἀπὸ δὲ κοιλίης μικρὰ ξυνεστηκότα κόπρανα διῆλθε. δ̄ πρωῒ δι᾽ ἡσυχίης, περὶ δὲ μέσον ἡμέρης πάντα παρωξύνθη, ψύξις, ἄναυδος, ἄφωνος, ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἀνεθερμάνθη. μετὰ χρόνον οὔρησε μέλανα ἐναιώρημα ἔχοντα, νύκτα δι᾽ ἡσυχίης ἐκοιμήθη. πέμπτη ἔδοξε κουφισθῆναι, κατὰ δὲ κοιλίην βάρος μετὰ πόνου, διψώδης, νύκτα ἐπιπόνως. ἕκτη πρωῒ μὲν δι᾽ ἡσυχίης, δείλης δὲ οἱ πόνοι μείζους, παρωξύνθη, ἀπὸ δὲ κοιλίης ὀψὲ κλυσματίῳ καλῶς διῆλθε, νυκτὸς ἐκοιμήθη. ζ̄ ἡμέρη ἀσώδης, ὑπε(733)δυσφόρει, οὔρησεν ἐλαιῶδες, νυκτὸς ταραχὴ πολλὴ, παρέλεγεν, οὐδὲν ἐκοιμᾶτο. ὀγδόη πρωῒ μὲν ἐκοιμήθη σμικρὰ, ταχὺ δὲ ψύξις, ἀφωνίη, λεπτὸν πνεῦμα

et voce defectus est, longo intervallo brevem spiritum traxit, revocatus est calor, sitiit, noctem quietam duxit, sudor circa caput parum motus est. Tertio die quiete habuit, ad vesperam vero sub solis occasum aliquantulum perfrixit, perturbatio cum nocte laboriosa, nihil dormivit. Ex alvo vero pauca stercora coacta transmissa sunt. Quarto mane quievit, sub meridiem autem exasperata sunt omnia, perfrixit, sermone et voce destitutus est, deterius habuit, tandem recaluit. Urinas reddidit nigras suspensum quiddam in medio innatans habentes, noctu placide habuit et somnum cepit. Quinto allevari visus est, caeterum in ventre gravitas cum dolore tenuit, sitibundus fuit, nox molesta. Sexto mane quidem placide se gessit, sub occasum vero dolores intenderunt, gravius habuit. Vesperi autem ex parvo per alvum infuso venter probe reddidit, noctu somnum cepit. Septimo die magna corporis aestuatione et stomachi fastidio conflictabatur et quadam corporis implaciditate tentabatur, oleosam urinam reddidit, noctu turbatio multa, delirabat, somnum nullum capiebat. Octavo mane quidem aliquantulum dormivit, confestimque perfri-

καὶ μινυθῶδες, ὀψὲ δὲ πάλιν ἀνεθερμάνθη, παρέκρουσεν, ἤδη δὲ πρὸς ἡμέρην σμικρὰ ἐκουφίσθη, διαχωρήματα ἄκρητα σμικρὰ χολώδεα. ἐνάτη κωματώδης, ἀσώδης, ὅτε διεγείροιτο οὐ λίην διψώδης, περὶ δὲ ἡλίου δυσμὰς ἐδυσφόρει, παρέλεγε, νύκτα κακήν. ι πρωῒ ἄφωνος, πολλὴ ψύξις, πυρετὸς ὀξὺς, πολὺς ἱδρὼς, ἔθανεν, ἐν ἀρτίῃσιν οἱ πόνοι τούτῳ.

[298] || [Ἄῤῥωστος τέταρτος.] Ὁ φρενιτικὸς τῇ πρώτῃ κατακλιθεὶς ἤμεσεν ἰώδεα, πολλὰ, λεπτὰ, πυρετὸς φρικώδης. πολὺς ἱδρὼς, ξυνεχής. δι᾽ ὅλου κεφαλῆς καὶ τραχήλου βάρος μετ᾽ ὀδύνης, οὖρα λεπτὰ, ἐναιωρήματα σμικρὰ, διεσπασμένα, οὐχ ἵδρυσεν. ἀπὸ δὲ κοιλίης ἐξεκόπρισεν ἀθρόα, πολλὰ παρέκρουσεν, οὐδὲν ὕπνωσε. β πρωῒ ἄφωνος, πυρετὸς ὀξὺς, ἵδρωσεν, οὐ διέλιπεν, παλμοὶ δι᾽ ὅλου τοῦ σώματος, νυκτὸς σπασμοί. γ παρωξύνθη πάντα. δ ἀπέθανεν.

ctio cepit et vocis defectio, spiratio exilis et imminuta, ad vesperam autem calor rursus rediit, deliravit. Jam vero appetente die paulo levius habuit, alvi recrementa sincera, pauca, biliosa. Nono sopore detinebatur, aestuatione et stomachi fastidio tentabatur cum excitaretur, neque valde sitibundus erat. Sub solis autem occasum magna corporis inquiete tenebatur, deliravit, nox prava. Decimo mane vox defecit, frigus multum, febris acuta, magna sudoris copia, defunctus est. Hic diebus paribus gravius habebat.

[*Aeger quartus.*] Qui ex phrenitide laborans primo die decubuit, aeruginosa et virulenta, multa, tenuia vomitione refudit, febris horroris sensu insignis prehendit, sudor copiosus, assiduus, toto corpore dimanavit, capitis et cervicis gravitas non sine dolore. Urinae tenues, in quibus sublimia quaedam in medio suspensa, parva, dispersa inerant, neque subsistebant. Ex alvo stercora affatim prodierunt, multum deliravit, nihil dormivit. Postridie mane vox defecit, febris acuta invasit, sudavit, non intermisit. Totum corpus palpitationes occuparunt, nocte convulsiones. Tertio die graviora evaserunt omnia. Quarto mortuus est.

Ed. Chart. IX. [299. 301.] Foës. II. 1101. 1102. Ed. Lind. I. (733. 734.)

[299] || [Ἄῤῥωστος πέμπτος.] Ἐν Λαρίσσῃ φαλακρὸς, μηρὸν δεξιὸν ἐπόνησεν ἐξαίφνης· τῶν δὲ προσφερομένων οὐδὲν ὠφέλει, τῇ πρώτῃ πυρετὸς ὀξὺς, καυσώδης, ἀτρεμέως εἶχεν, οἱ δὲ πόνοι παρείποντο. β τοῦ μηροῦ μὲν ὑφίεσαν οἱ πόνοι, ὁ δὲ πυρετὸς ἐπέτεινεν, ὑπεδυσφόρει, οὐκ ἐκοιμᾶτο, ἄκρεα ψυχρὰ, οὔ(734)ρων πλῆθος διῄει οὐ χρηστῶν. γ τοῦ μηροῦ μὲν ὁ πόνος ἐπαύσατο, παρακοπὴ δὲ τῆς γνώμης καὶ ταραχὴ καὶ πολὺς βληστρισμός. δ περὶ μέσον ἡμέρης ἔθανεν ὀξυτάτως.

[301] || [Ἄῤῥωστος ἕκτος.] Ἐν Ἀβδήροισι Περικλέα νοῦσος ἔλαβεν ὀξὺς, ξυνεχὴς μετὰ πόνου, δίψα πολλὴ, ἄση, ποτὸν κατέχειν οὐκ ἠδύνατο. ἦν δὲ ὑπόσπληνός τε καὶ καρηβαρικός. τῇ πρώτῃ ἡμοῤῥάγησεν ἐξ ἀριστεροῦ. πουλὺς μέντοι ὁ πυρετὸς ἐπέτεινεν, οὔρησε πολὺ θολερὸν λευκὸν, κείμενον οὐ καθίστατο. β πάντα παρωξύνθη, τὰ μέντοι οὖρα παχέα μὲν ἦν, ἱδρυμένα δὲ μᾶλλον. καὶ τὰ περὶ τὴν ἄσην

[*Aeger quintus.*] Calvum in Lariſſa ex femore dextro dolor derepente occupavit, nihilque adhibitis remediis eſt profectum. Primo die febris acuta, ardens, ſenſim prehendit, comitabanturque dolores. Poſtridie femoris quidem dolores remiſerunt, febris autem intenſa eſt, implaciditate quadam corporis tenebatur, ſomnum non capiebat, corporis ſumma frigebant, urinarum copia profluxit, ſed nec eae laudabiles erant. Tertio die femoris quidem dolor ceſſavit, verum mentis alienatio perturbatioque adfuit, et multa corporis incontinentia jactatioque. Quarto ſub meridiem celerrime periit.

[*Aeger ſextus.*] Abderae Periclem febris acuta, continua, cum dolore prehendit, ſitis multa, aeſtuatio et ſtomachi faſtidium aderat, potum continere non valebat. Aliquantulum autem tum ex liene tum ex capitis gravitate laborabat. Primo die ſanguis multus ex nare ſiniſtra profluxit. Febris tamen intenſior erat, urinas reddidit multas, turbulentas, albas, quae nec depoſitae ſubſidebant. Poſtridie graviora evaſerunt omnia. Ac certe urinae quidem craſſae erant, verum quae magis ſubſiderent, ſtomachi faſtidium

ἐκούφισεν, ἐκοιμήθη· γ πυρετὸς ἐμαλάχθη, οὖρων πλῆθος, πέπονα, πολλὴν ὑπόστασιν ἔχοντα, νύκτα δι' ἡσυχίης. περὶ μέσον ἡμέρης ἵδρωσε πολλῷ θερμῷ τετάρτη δι' ὅλου, ἄπυρος ἐκρίθη, οὐχ ὑπέστρεψεν, ὀξύ.

ἐν θέρει δὲ τὰ (789) χολερικὰ καὶ οἱ διαλείποντες πυρετοί. Τιμοχάρει χειμῶνος κατάῤῥους μάλιστα ἐς τὰς ῥῖνας ἀφροδισιάσαντι ἐξηράνθη πάντα, κόπος, θέρμη ἐπεγένετο, κεφαλὴ βαρεῖα, ἱδρὼς ἀπὸ κεφαλῆς πουλύς. ἦν δὲ καὶ ὑγιαίνων ἱδρώδης, τριταῖος ὑγιής. [348] μετὰ κύνα οἱ πυρετοὶ ἐγένοντο ἱδρώδεες, καὶ οὐ περιεψύχοντο παντάπασι μετὰ τὸν ἱδρῶτα. πάλιν δὲ ἐπεθερμαίνοντο, καὶ μακροὶ, καὶ ἐπιεικέως ἄκρητοι, καὶ οὐ πάνυ διψώδεες. ὀλίγοισιν ἐν ἑπτὰ καὶ ἐννέα ἐπαύοντο. ἑνδεκαταῖοι καὶ τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι, καὶ ἑπτακαιδεκαταῖοι, καὶ εἰκοσταῖοι ἐκρίνοντο. Πολυκράτει πυρετὸς ἐπῄει, καὶ τὰ τοῦ ἱδρῶτος οἷα γέγραπται. ἀπὸ φαρμάκου κάθαρσις κάτω ἐγένετο, καὶ τὰ τοῦ πυρετοῦ ἤπια. πάλιν ἐν κροτάφοις ἱδρώτια καὶ περὶ τράχηλον ἐς δείλην. εἶτα ἐς ὅλον, καὶ πάλιν ἐπεθερμάνθη. περὶ δὲ τὰς δώδεκα καὶ τεσσαρεσκαίδεκα ἐπέτεινεν ὁ πυρετὸς, καὶ ὑποχωρήματα βραχέα, ῥοφήμασι μετὰ τὴν κάθαρσιν ἐχρήσατο. περὶ δὲ τὰς πεντεκαίδεκα γαστρὸς ἄλγημα κατὰ σπλῆνα καὶ κατὰ κενεῶνα ἀρι-

recenti. Aestate vero cholera morbus et febres intermittentes vigent. Timochari hieme destillatione in nares praecipue vexato post veneris usum cuncta resiccata sunt, lassitudo, calor et capitis gravitas successit, sudor ex capite multus manabat. Erat autem etiam per sanitatem sudoribus obnoxius. Tertio die convaluit. Post caniculam febres vigebant, in quibus aegri sudoribus diffluebant, neque a sudore penitus perfrigescebant, sed rursus incalescebant, longaeque ac fere sine judicatione erant, neque admodum sitim adferebant, paucis septimo aut nono desinebant, undecimo, decimo quarto, decimo septimo et vigesimo judicatione solvebantur. Polycratem febris invadebat, et quod ad sudorem attinet, quae scripta sunt ei contigerunt. A medicamento alvus purgata est, et febris mitis erat. Denuo sub vesperam circa tempora et collum parvi sudores, deinde etiam toto corpore dimanabant, rursusque incaluit. Ad duodecimum et decimum quartum diem febris intendebatur, et alvi recrementa pauca erant. A purgatione post sorbitionum usum, circa decimum quintum diem ventris dolor ad lienem et

Ed. Chart. IX. [348.] Foes. II. 1157. 1159. Ed. Lind. I. (789. 790.)

στερόν. θερμῶν προσθέσιες ἧσσον ἢ ψυχρῶν προσωφέλεον, κλύσματι δὲ μαλθακῷ χρησαμένῳ ἔληξεν ἡ ὀδύνη.

|| *Τῷ ἐκ τοῦ μεγάλου πλοίου διόπῳ ἡ ἄγκυρα λιχανὸν δάκτυλον καὶ τὸ κάτω ὀστέον ξυνέφλασε δεξιῆς χειρός. φλεγμασίη ἐπεγένετο καὶ σφάκελος, καὶ πυρετός. ὑπε(790)καθάρθη μετρίως, θέρμαι ἤπιοι, καὶ ὀδύναι, δακτύλου τι ἀπέπεσε. μετὰ τὰς ἑπτὰ ἐξῄει ἰχὼρ ἐπιεικής. μετὰ ταῦτα γλώσσῃ οὐ πάντα ἔφη δύνασθαι ἑρμηνεύειν. πρόῤῥησις ὅτι ὀπισθότονος ἥξει, ξυνεφέροντο αἱ γνάθοι συνερειδόμεναι. εἶτα ἐς τράχηλον. τριταῖος δὲ ὅλος ἐσπᾶτο ἐς τοὐπίσω ξὺν ἱδρῶτι. ἑκταῖος ἀπὸ τῆς προῤῥήσεως ἔθανεν. ὁ δὲ Ἁρπάλου ἐκ τῆς ἀπελευθέρης Τηλεφάνης στρέμμα κάτω μεγάλου δακτύλου ἔλαβεν, ἐφλέγμηνε καὶ ἐπώδυνος ἦν, καὶ ἐπεὶ ἀνῆκεν, ᾤχετο ἐς ἀγρόν. ἀναχωρέων ὀσφῦν ἤλγησεν, ἐλούσατο, αἱ γένυες ξυνήπτοντο ἐς νύκτα, καὶ ὀπισθότονος παρῆν. τὸ σίελον ἀφρῶδες μόλις διὰ τῶν ὀδόντων ἔξω διῄει, τριταῖος*

lateris finistri inanitatem prehendit, qui cum calidis admotis, minusque frigidis juvaretur, ex molli per clysterem infuso desiit.

Magnae navis praefecto anchora manus dextrae indicem et os infernum collisit, ex quo inflammatio, sideratio et febris successit. Quo modice per alvum repurgato, calores et dolores leves fuerunt, ex digito aliquid decidit. Post septimum diem sanies laudabilis exibat, ac deinde se non posse omnia lingua explicare dixit. Praedictio facta est partium posteriorum distentionem, opisthotonum dicunt, adventare et ad id conferebant maxillae cohaerentes, deinde ad collum affixae. Tertio vero die totius corporis in posteriora convulsione cum sudore tentabatur. Sexto post praedictionem die mortuus est. Telephanes Harpali ex liberta filius luxationem in pollice deorsum accepit, unde inflammatio et vehemens dolor insecutus est. Quo remisso in agrum profectus est, unde rediens ex lumbis doluit, lavit, sub noctem maxillae cohaerebant et in posteriora distentio, opisthotonum vocant, aderat. Sputum spumans aegre dentes pertransibat, tertio die mortuus est. Thrinon Damonis filius

Ed. Chart. IX. [348. 349.] Foës. II. 1159. Ed. Lind. I. (790. 791.)

ἔθανεν. Θρίνων ὁ τοῦ Δάμωνος περὶ κνήμης σφυρὸν ἕλκος, κατὰ νεῦρον δὴ καθαρὸν τούτῳ δηχθέντι ὑπὸ φαρμάκου, ξυνέβη ὀπισθοτόνῳ θανεῖν. [349] ἦρά γε ἐν πᾶσι ἐμπυήμασι καὶ τοῖσι περὶ ὀφθαλμὸν ἐς νύκτα οἱ πόνοι. αἱ βῆχες χειμῶνος. μάλιστα δ' ἐν νοτίοισι παχέα καὶ πολλὰ λευκὰ, καὶ χρεμπτομένοισι πυρετοὶ ἐπεγίνοντο ἐπιεικέως καὶ πεμπταῖοι ἐπαύοντο. αἱ δὲ βῆχες περὶ τὰς τεσσαράκοντα, οἷον Ἡγησιπόλει. Εὐτυχίδης ἐκ χολερικῶν ἐπὶ τῶν σκελέων ἐς τετανώδεα ἔληξεν, ἅμα τῇ κάτω ὑποχωρήσει κατακορέα χολὴν πολλὴν ἤμεσεν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας καὶ νύκτας καὶ λίην ἐρυθρὴν, καὶ ἀκρα(791)τὴς ἦν καὶ ἀσώδης. οὐδὲν δὲ κατέχειν ἠδύνατο οὔτε ἐκ τῶν ποτῶν οὔτε ἐκ τῶν σιτίων, καὶ τοῦ οὔρου πολλὴ σχέσις, καὶ τῆς κάτω διόδου. διὰ τοῦ ἐμέτου τρὺξ μαλθακὴ ἦλθε καὶ κατέῤῥιψε κάτω. Ἀνδροφάνη ἀφωνίη, λήρησις, λυθέντων δὲ τούτων περιῆν ἔτη συχνὰ, καὶ ὑποστροφαὶ ἐγίνοντο. ἡ δὲ γλῶσσα διετέλει πάντα τὸν χρόνον ξηρὴ, καὶ

ex tibiae ulcere juxta malleolum cum ad nervum ſane purum medicamentum erodens fuiſſet adhibitum diſtentione in poſteriora, quam opiſthotonum dicunt, mortuus eſt. Animadvertendum ſane eſt num in omnibus internis puris collectionibus et oculorum laboribus ad noctem dolores fiant. Tuſſes per hiemem vigent, praecipue vero auſtrino coeli ſtatu, craſſa multa albaque ſcreantibus febres fere ſuccedebant, et quinto die deſinebant. Tuſſes vero ſub quadrageſimum, quale quid Hegeſipoli contigit. Eutychides ex cholera morbo in cruribus nervorum diſtentionem ſenſit cum inferna alvi dejectione. Bilem abunde ſaturatam multam et vehementer rubram ad tres [dies] noctesque vomitione rejecit, cum corporis imbecillitate et incontinenti jactatione. Nihil vero continere poterat, neque cibi neque potionis quicquam. Urinae quoque multa ſuppreſſio, ejusque tranſitus qui ad inferiora tendit. Vomitione ſex mollis prodiit, et deorſum quoque projecta eſt. Androphani vocis defectio et delirium aderat, quibus ſolutis multis annis ſuperfuit, et in morbum relabebatur. Lingua vero toto tempore

Ed. Chart. IX. [349.] Foës. II. 1159. 1160. Ed. Lind. I. (791. 792.)

εἰ μὴ διακλύζοιτο, διαλέγεσθαι οὐχ οἷός τε ἦν, καὶ πικρὴ λίην ἦν τὰ πολλά. ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ πρὸς καρδίην ὀδύνη, ἣν φλεβοτομίη ἔλυσε. ταύτῃ ὑδρωποσίη ἢ μελίκρητον συνήνεγκεν. ἐλλέβορον ἔπιε μέλανα, οὐδὲ τὸ χολῶδες διήει, ἀλλ᾽ ὀλίγον, τέλος δὲ χειμῶνος κατακλιθεὶς ἔξω ἐγένετο, καὶ τὰ τῆς γλώττης παθήματα ὅμοια, θέρμη λεπτὴ, ἄπονος. γλῶσσα ἄχροος, φωνὴ περιπλευμονικὴ, ἀπὸ στήθεος εἷμα ἀπεδύετο, καὶ ἐξάγειν ἐκέλευεν, οὐδὲν δὲ ἠδύνατο σάφα εἰπεῖν, ἐς νύκτα ἐτελεύτα. τὸ Νικάνορος πάθος, ὁπότε ἐς ποτὸν ὥρμητο, φόβος τῆς αὐλήτριδος, ὁκότε φωνῆς αὐλοῦ ἀρχομένης ἀκούσειεν, αὐλεῖν ἐν συμποσίῳ ὑπὸ δειμάτων ὄχλοι. μόλις ὑπομένειν ἔφη ὅτε εἴη νύξ. ἡμέρης δὲ ἀκούων, οὐδὲν διετρέπετο· τοιαῦτα παρείπετό οἱ συχνὸν χρόνον. || Δημοκλῆς ὁ μετ᾽ ἐκείνου ἀμβλυώσσειν καὶ λυσισωματεῖν ἐδόκεε, καὶ οὐκ ἂν παρῆλθε παρὰ κρημνὸν, οὐδ᾽ ἐπὶ γεφύρης. οὐδὲ τοὐλάχιστον βάθος τάφρου διαπορεύεσθαι, (792) ἀλλὰ δι᾽ αὐτῆς τῆς

arida perseverabat, neque loqui poterat nisi collueretur, magnaque ex parte admodum amara erat. Interdum quoque cordis dolor affligebat, quem venae sectio solvit. Huic aqua aut mulsa in potu exhibita contulit. Veratrum nigrum ebibit, neque biliosum nisi paucum prodiit. Demum per hiemem decumbens mente abalienata erat, et lingua similiter vitiis afficiebatur, calor tenuis erat sine dolore, lingua decolor, vox qualis pulmonia laborantibus, e pectore vestem exuebat, seque educi jubebat, nihil vero aperte proloqui poterat, sub noctem mortuus est. Nicanor cum ad convivium prodiret tibicinae metu afficiebatur, adeo ut cum tibias inflaret eamque in convivio tibia canentem audiret, prae timore turbaretur, neque sustinere posse diceret, si nox esset, de die vero nihil commoveretur. Quae quidem eum diu comitabantur. Democles, qui cum illo erat, caligine tentari et exoluto esse corpore sibi videbatur, neque per praeruptum locum iter facere, neque pontem, ac ne minime quidem profundam scrobem transmittere, verum per ipsam scrobem adire poterat. Quod

τάφρου [350] οἷον ἦν, χρόνον τινὰ ξυνέβη αὐτῷ. τὸ Φοίνικος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ δεξιοῦ τοιοῦτόν τι ἦν. τὰ πολλὰ ὥσπερ ἀστραπὴν ἐδόκεε λάμπειν. οὐ πολὺ δὲ ἐπισχόντι ὀδύνη ἐς τὸν κρόταφον τὸν δεξιὸν ἐνεστήκει ἢ ὄπισθεν τῶν σπονδύλων καὶ ξύντασις, καὶ σκληρότης ἀμφὶ τοὺς ὀδόντας, καὶ διάγειν ἐπειρᾶτο ξυντεινόμενος. ἔμετοι ὁπότε γενοίατο, ἀπέτρεπον τὰς εἰρημένας ὀδύνας καὶ ἠπιωτέρας ἐποίεον. ἀλλὰ μὴν καὶ φλεβοτομίη ὠφέλεε, καὶ ἐλλεβοροποσίη ἀνῆγε παντοδαπὰ, οὐχ ἥκιστα δὲ πρασοειδέα. Παρμενίσκῳ καὶ πρότερον ἐνέπιπτον ἀθυμίαι, καὶ ἀπαλλαγῆς βίου ἐπιθυμίη, ὁτὲ δὲ πάλιν εὐθυμίη. ἡ δὲ Κόνωνος θεράπαινα ἐκ κεφαλῆς ὀδύνης ἀρξαμένης ἔκτοσθεν ἐγένετο, βοὴ, κλαυθμοὶ πολλοὶ, ὀλιγάκις ἡσυχίη. περὶ δὲ τὰς τεσσαράκοντα ἐτελεύτησε. τὰς ὅτε δὲ ἔθνησκε δέκα ἡμέρας ἄφωνος καὶ σπασμώδης ἐγένετο. νεανίσκος δέ τις πολὺν ἄκρητον πεπωκὼς ὕπτιος ἐκάθευδεν ἔν τινι σκηνῇ. τούτῳ ὄφις ἐς τὸ στόμα παρεισεδύετο ἀργὴς, καὶ δὴ ὅτε ᾔσθετο οὐ δυνάμενος φράσασθαι, ἔβρυξε τοὺς ὀδόντας καὶ παρέτρωγε τοῦ ὄφιος, καὶ ἀλγηδόνι μεγάλῃ

eum aliquamdiu tenuit. Phoenicis hic erat affectus. Ex oculo dextro plerumque velut fulgur coruscare videbatur, parvoque postea temporis intervallo dolor in tempore dextro insistebat, et posteriorum colli vertebrarum contentio aderat, ac circum dentes durities, quos distentus diducere conabatur. Vomitiones ubi consecutae erant commemoratos dolores submovebant et lenibant. Quin etiam sanguinis missio auxilio erat, et veratri potio cujusquemodi humores eduxit, porraceos vero maxime. Parmenisco etiam antea animi desperatio accidebat, et vita defungi cupiebat, interdum vero rursus securo erat animo. Cononis famula ex praegresso capitis dolore mente erat abalienata, clamor aderat, ejulatio multa, parum quiescebat. Sub quadragesimum diem mortua est. Decem sub mortem diebus voce defecta fuit et convulsione tentata. Adolescens post multum meri potum quodam in tentorio supinus dormiebat, cujus in os serpens arges dictus subiit. Quod sane cum sensisset, neque loqui posset, stridere dentibus coepit et

Ed. Chart. IX. [350. 351.] Foëſ. II. 1160. 1161. Ed. Lind. I. (795.)

εἴχετο, καὶ τὰς χεῖρας προσέφερεν ὡς ἀγχόμενος, καὶ ἐῤῥίπτει ἑωυτὸν, καὶ σπασθεὶς ἔθανεν. καὶ ὁ τοῦ Τιμοχάριος θεράπων ἐκ μελαγχολικῶν δοκέων εἶναι καὶ τοιούτων καὶ τοσούτων ἔθανεν ὁμοίως περὶ τὰς αὐτὰς ἡμέρας.

|| Τῷ Νικολάου παιδὶ περὶ ἡλίου τροπὰς ἐκ ποτῶν ἔφριξεν ἐς νύκτα. πυρετοὶ τῇ ὑστεραίῃ, ἔμετος χολώδης ἄκρητος, ὀλίγος. τῇ τρίτῃ ἀγορῆς ἔτι πλήρεος ἐούσης ἱδρὼς ὅλου τοῦ σώματος ἔληξεν. τῇ Διοπείθεος ἀδελφέῃ ἐν ἡμιτριταίῳ, καὶ ἡ καρδίη περὶ τὴν λῆψιν δεινὴ, καὶ ξυμπαρείπετο ὅλῃ τῇ ἡμέρῃ. καὶ ἡ τοιαύτη καρδιαλγίη καὶ τῇσιν ἄλλῃσι παραπλησίως, πλὴν ἀλλ' ὑπὸ Πληϊάδος δύσιν ἀνδράσι σπανιώτερα ἐγίνετο τὰ τοιαῦτα. τῇ Ἐπιχάρμου πρὸ τοῦ τεκεῖν δυσεντερίῃ ἦν ὁ πόνος σφοδρός. ὑποχωρήματα ὕφαιμα, μυξώδεα, τεκοῦσα παραχρῆμα ἰάθη. τῇ Πολεμάρχου ἐν ἀρθρετικοῖς ἰσχίου ἄλγημά τι δεινὸν, ἐξ αἰτίης γυναικείων μὴ γινομένων. ἡ φωνὴ [351] ἴσχετο νύκτα ὅλην μέχρις μέ-

ſerpentem devoravit, ſummoque dolore detentus, velut ſtrangulatus, manus praetendebat, ſeſeque jactabat et convulſione mortuus eſt. Eodem quoque modo circa eosdem dies mortuus eſt Timocharis famulus, melancholicis affectibus iisdem ac tantis, ut videbatur, tentatus.

Nicolai filio circa brumam ex compotationibus horror obortus eſt, ſub noctem febris, poſtero die vomitus bilioſus, ſincerus, paucus. Tertio die frequenti adhuc concione ſudore per totum corpus oborto, deſiit. Diopithis ſorori ſemitertiana affectae, ſub acceſſionis tempus vehemens oris ventriculi dolor contigit, totoque etiam die perſeverabat. Ejusmodique oris ventriculi dolor reliquis mulieribus ſimiliter contingebat. Attamen ſub vergiliarum occaſum talia viris rarius contingebant. Uxor Epicharmi ante partum inteſtinorum difficultate laborabat, dolor vehemens aderat, alvi recrementa aliquantulum cruenta, mucoſa. Ubi peperiſſet, confeſtim ſanitati eſt reſtituta. Polemarchi uxori articularibus doloribus vexatae vehemens quidam coxendicis dolor contigit, cujus cauſa fuere minime profluentes menſes. Per noctem totam ad meridiem usque vox inter-

σον ἡμέρης. ἤκουε δὲ καὶ ἐφρόνεε καὶ ἐσήμαινε τῇ χειρὶ, ὅτι περὶ τὸ ἰσχίον εἴη τὸ ἄλγημα. Ἐπιχάρμῳ περὶ Πληϊάδος δύσιν ὁμοῦ ὀδύνη καὶ βάρος ἐς βραχίονα, νάρκη, ἔμετοι συχνοὶ, ὑδροποσίη. τῷ Εὐφράνορος παιδὶ τὰ ἐξανθήματα οἷα τὰ τῶν κωνώπων δήγματα, ὀλίγον δὲ χρόνον, τῇ ὑστεραίῃ ἐπυρέτηνεν. αὐχμοὶ πολλοὶ μετὰ ζέφυρον ἐγένοντο, μέχρις ἰσημερίης φθινοπωρινῆς. ὑπὸ κύνα πνίγεα μεγάλα θερμὰ, πυρετοὶ ἱδρώδεες, φύματα παρ' οὖς συχνοῖς ἐγένοντο. Τύχων ἐν τῇ πολιορ(794)κίῃ περὶ Δάτον ἐπλήγη ὑπὸ καταπέλτου ἐς τὸ στῆθος, καὶ μετ' ὀλίγον γέλως ἦν περὶ αὐτὸν θορυβώδης. ἐδόκεε δέ μοι ὁ ἰητρὸς ἐξαιρέων τὸ ξύλον ἐγκαταλιπεῖν τι τοῦ δόρατος κατὰ τὸ διάφραγμα. δοκέοντος δὲ αὐτοῦ πρὸς τὴν ἑσπέρην ἔκκλυσέ τε καὶ ἐφαρμάκευσε κάτω. νύκτα διήγαγε τὴν πρώτην δυσφόρως. ἅμ' ἡμέρῃ δὲ ἐδόκεε καὶ τῷ ἰητρῷ καὶ τοῖσιν ἄλλοισι βέλτιον ἔχειν. πρόῤῥησις ὅτι σπασμοῦ || γενομένου ταχέως ἀπολεῖται. τῇ γοῦν ἐπιούσῃ νυκτὶ

cepta fuit, audiebat tamen et mentis compos erat, manuque indicabat ad coxendicem dolorem adesse. Epicharmo sub vergiliarum occasum humeri dolor et ad brachium gravitas contigit, stupor aderat, crebrae vomitiones et aquae potio. Euphranoris filio pustulae culicum morsibus non absimiles eruperunt, verum pauco tempore duraverunt, postridie febris invasit. Post favonium ad autumnale aequinoctium squallores multi contingebant. Sub canem aestus magni, venti calidi, febres in quibus aegri sudoribus diffluebant, aurium tubercula multis aderant. In oppugnatione circa Datum Tychon catapultae in pectus vulnus accepit, parvoque post intervallo risus ei aderat cum perturbatione. Videbatur autem medicus cum lignum eximeret, circa septum transversum hastilis partem aliquam reliquisse. Cumque sub vesperam ei dolor commotus esset, infusum per clysterem et medicamentum alvum dejiciens exhibuit. Primam noctem implacide transegit. Sub diluculum vero et medico et reliquis melius habere visus est. Praedictum est convulsione accedente celeriter periturum.

δύσφορος, ἄγρυπνος, ἐπὶ γαστέρα τὰ πουλλὰ κλινόμενος. τῇ τρίτῃ ἅμ᾽ ἡμέρῃ ἐσπᾶτο, καὶ τηνικαῦτα ἐτελεύτησεν. τῷ Βίλλῳ πληγέντι ἐς τὸν νῶτον τὸ πνεῦμα πουλὺ κατὰ τὸ τρῶμα μετὰ ψόφου ἐχώρεεν. ἡμοῤῥάγει, τῷ δὲ ἐναίμῳ καταδεθεὶς ἰάθη. τῷ τῆς Φίλης παιδὶ, ψιλώματος ἐν μετώπῳ γενομένου, ἐναταίῳ πυρετὸς ἔσχεν. ἐπελιάνθη τὸ ὀστέον, ἐτελεύτησεν. καὶ τῷ Φανίου καὶ τῷ Εὐεργέτου, πελιαινομένων τῶν ὀστέων καὶ πυρεταινόντων, ἀφίσταται τὸ δέρμα ἀπὸ τοῦ ὀστέου καὶ πῦον οὐ φαίνεται. Ἀρίστιππος ἐς τὴν κοιλίην ἐτοξεύθη ἄνω βίῃ χαλεπῶς. ἄλγος κοιλίης δεινὸν, καὶ ἐπίμπρατο ταχέως, κάτω δὲ οὐ διεχώρεεν. ἀσώδης ἦν, χολώδεα κατακορέα, καὶ ὅτε ἐπήμεσεν, ἐδόκει ῥήϊον εἶναι. μετ᾽ ὀλίγον δὲ πάλιν τὰ ἀλγήματα δεινὰ, καὶ ἡ κοιλίη ὡς ἐν εἰλεοῖσι. [352] θέρ(795)μαι, δίψαι, καὶ ἐν τῇσιν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἐτελεύτησεν. ὁ δὲ Νεάπολις πληγεὶς ὁμοίως ταῦτ᾽ ἔπασχεν. κλυσθέντι δ᾽ ἐν δριμεῖ κοιλίη κατεῤῥάγη. χρῶμα κατεχύθη

Postera ergo nocte implacidus, insomnis, in ventrem plerumque recumbens, sub tertii diei exortum convulsione tentatus, tum temporis mortuus est. Billo in dorsum vulnerato spiritus multus cum strepitu ex vulnere prodiit, et sanguis multus prorupit. Deligato vero medicamento quod cruentis vulneribus adhibetur, sanatus est. Philes puerum ex osse denudato in fronte nono die febris detinuit, os livorem contraxit, mortuus est. Et Phaniae et Euergetae liberis, livore contractis ossibus febreque detentis, cutis ab osse discessit, neque pus comparuit. Aristippo sagitta in ventriculum magna vi et graviter impacta, vehemens ventris dolor celeriterque ardor aderat, nihil deorsum demittebat, incontinenter corpus jactabat, biliosa abunde colorata vomitione rejiciebat, posteaque melius habere videbatur, rursusque parvo interjecto tempore dolores vehementer corripuerunt, venterque velut in intestini tenuioris morbis affectus erat, calor, sitis aderat et intra septem dies vitam cum morte commutavit. Neapolis vero ex simili vulnere eodem modo affectus fuit. Ex acri autem per clysterem infuso alvus affatim prorupit, colore tenui, pal-

λεπτὸν ὠχρὸν, μέλαν ἐὸν, ὄμματα αὐχμηρὰ, καθαρώδεα, ἐνδεδινημένα, ἀτενίζοντα. τῷ Μητροδώρου παιδὶ ἐξ ὀδόντος ὀδύνης σφακελισμὸς τῆς γνάθου, καὶ οὔλων ὑπερσάρκωσις, μετρίως ἐξεπύησεν. ἐξέπεσον οἱ γόμφοι καὶ ἡ σιαγών. γυναικὶ ἐν Ἀβδήροισι καρκίνωμα ἐγένετο περὶ τὸ στῆθος, καὶ διὰ τῆς θηλῆς ἔῤῥεεν ἰχὼρ ὕφαιμος. ἐπιλειφθείσης δὲ τῆς ῥύσεως ἔθανεν. ἐκ καταῤῥόου κατὰ τὸ ἥμισυ τῆς κεφαλῆς ἐπόνεον καὶ κατὰ ῥῖνας ὑγροῦ χωρέοντος, ἐπυρέταινον ἐπιεικέως. ἐν τῇσι πέντε ἡμέρῃσι περιεψύχοντο. τῇ ἐν τόκῳ σεισθείσῃ ἄλγημα περὶ στῆθος ἐγένετο καὶ πλευρόν. ἀποχρέμψιες πυώδεες, φθίσις κατέστη, ἓξ ἡμέρας οἱ πυρετοὶ, πάλιν διάῤῥοια, παῦσις, πυρετοὶ, κοιλίη ἔστη, καὶ περὶ ἡμέρας ἑπτὰ ἔθανεν. ἡ κυναγχικὴ χεῖρα δεξιὴν καὶ σκέλος ἤλγησε. πυρετὸς ἐπεῖχε βληχρὸς, ὁ δὲ πνιγμὸς τριταίῃ ἐχάλασεν. τετάρτῃ σπασμώδης, ἄφωνος, ῥέγχος, ὀδόντων σύντριψις, γνάθων ἔρευθος, ἔθανε πεμπταίῃ ἢ ἑκταίῃ, σημεῖον περὶ χεῖρα ὑποπέλιον. καὶ ἑτέρῃ ἐπὶ τοῦ ὑπερῴου ῥεγχώδης, γλῶσσα ξηρὴ, περιπλευμονίη,

lido, nigricante suffusus est, oculis erat squalidis, splendidis, intus revolutis et defixis. Metrodori puero ex dentis dolore maxillae sideratio, et supercrescens in gingivis caro ac moderata suppuratio contigit, tum molares tum maxilla ipsa deciderunt. Abderae mulieri cuidam carcinoma in pectore extitit, et ex papilla sanies subcruenta effluebat, intercepta autem fluxione mortua est. Ex fluxione quae ex dimidia capitis parte contingit, quidam dolebant et per nares humore secedente, moderate febri citabant, tandemque quinta die persrigerabantur. In partu concussae circa pectus et latera dolor obortus erat, excreatio purulenta, tabes substitit, sex dies febris detinuit, dehinc rursus alvi profluvia, cessatio, febres, alvi constipatio accidit, tandemque septima die mortua est. Anginosae manus dextra et crus doluit, levis febris detinebat, suffocatio tertio die remisit, quarto convulsione tentata et voce capta fuit, stertebat, dentes conterebat, malarum rubor aderat, quinto aut sexto die mortua est. Signum ad manum sublividum apparuit. Et alia quaedam ex palato stertorem emittebat,

ἔμφρων ἔθανεν. (796) καὶ ἐν Ὀλύνθῳ ὑδρωπικὸς ἐξαίφνης ἄφωνος, ἔκφρων νύκτα καὶ ἡμέρην, ἔθανεν.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟ ΕΚΤΟΝ.

[353] || [ΤΜΗΜΑ ΠΡΩΤΟΝ.] Ὁκόσῃσιν ἐξ ἀποφθορῆς περὶ ὑστέρην καὶ οἰδημάτων ἐς καρηβαρίην τρέπεται, κατὰ τὸ βρέγμα ὀδύναι μάλιστα, καὶ ὅσαι ἄλλαι ἀπὸ ὑστερέων, ταύτῃσιν ἐν ὀκτὼ ἢ δέκα μησὶν ἐς ἰσχίον τελευτᾷ.

Οἱ φοξοὶ οἱ μὲν καρτεραύχενες, ἰσχυροὶ καὶ τἄλλα καὶ ὀστέοισιν, οἱ δὲ κεφαλαλγέες καὶ ὠτόῤῥυποι, τούτοις ὑπερῷαι κοῖλαι καὶ ὀδόντες παρηλλαγμένοι.

[364] Ὅσοις ὀστέον ἀπὸ ὑπερῴης ἀπῆλθε, τουτέοισι μέση ἵζει ἡ ῥίς. οἷσιν δὲ ὅθεν οἱ ὀδόντες, ἄκρη σιμοῦται.

lingua ſiccabatur, pulmonis inflammatio aderat, mente conſtans mortua eſt. Olynthi quoque quidam aqua inter cutem laborans repente voce captus eſt, per diem ac noctem mente captus mortuus eſt.

HIPPOCRATIS DE MORBIS VULGARIBVS LIBER SEXTVS.

[SECTIO PRIMA.] Qui ex foetus corruptione et uteri tumoribus ad capitis gravitatem deveniunt, iis ad ſinciput dolores maxime ſiunt et in reliquis uteri doloribus, iis octo aut decem menſibus in coxendicem morbus deſinit.

Eorum qui acuminato ſunt capite, partim quidem valida ſunt cervice, qui cum caeterorum membrorum, tum etiam oſſium robore praeſtant, partim vero capitis doloribus et aurium fluxionibus tentantur, quibus oris palatum cavum eſt et dentes permutatim variant.

Quibus ex palato os diſceſſit, iis medius deſidit naſus. Quibusdam vero, qua ex parte dentes procedunt, ſummus naſus ſimus eſſicitur.

Ed. Chart. IX. [364. 372.] Foëf. II. 1164. Ed. Lind. I. (796. 797.)

Αἱ τῶν νηπίων ἐκλάμψιες ἅμα ἥβῃ ἔστιν οἷσι μεταβολὰς ἴσχουσι καὶ ἄλλας.

Ἐς νεφρὸν ὀδύνη βαρεῖα, ὅταν πληρῶνται σίτου, ἐμέουσί γε φλέγμα, ὅταν δὲ πλεονάζουσιν αἱ ὀδύναι, ἰώδεα, καὶ ῥᾴους μὲν γίνονται, λύονται δὲ ὅταν σίτου κενωθῶσι. ψαμμία τε πυῤῥὰ ὑφίστανται, αἱμωτῶδές τε ῥέουσι, νάρκη μηροῦ τοῦ κατ' ἴξιν. ἐλινύειν οὐ ξυμφέρει, ἀλλὰ γυμνάσια μὴ ἐμ-(797)πίπλασθαι, τοὺς νέους ἐλλεβορίζειν, ἰγνύην τάμνειν, οὐρητικοῖσι καθαίρειν, λεπτῦναι καὶ ἁπαλῦναι.

Γυναικεῖα τῇσιν ὑδαταινούσῃσιν ἐπιπολὺ παραμένει. ὅταν δὲ μὴ ταχὺ ἴῃ, ἐποιδέει.

Ἐν Κρανῶνι αἱ παλαιαὶ ὀδύναι ψυχραὶ, αἱ δὲ νεαραὶ θερμαὶ, αἱματίαι αἱ πλεῖσται, καὶ τὰ ἀπὸ ἰσχίου ψυχρά.

[372] *Τὰ ἐς ῥίγεα ἰσχυρὰ ἐόντα οὐ πάνυ τι πρηΰνεται, ἀλλ' ἐγγὺς τῆς ἀκμῆς.*

Puerorum fulgores cum pubertate in quibusdam mutationes habent, atque etiam alias.

Ad renem doloris gravitas urget cum cibo implentur, pituitamque vomitione rejiciunt, ubi vero dolores plurimum exercuerint, aeruginofa, et levius quidem habent, liberantur autem doloribus ubi cibi vacuati fuerint, arenulaeque fulvae fubfident et cruentam urinam reddunt, femoris quod e directo refpondet, ftupor fentitur. Quietem agere non conducit, fed exercitationes, non repleri. Juvenibus veratrum exhibere oportet, poplitem caedere, urinam cientibus vacuare, attenuare ac emollire.

Menftruae purgationes aquofis mulieribus longo tempore perfeverant. Quod fi non celeriter prodeunt, tumoribus conflictantur.

Cranone dolores inveterati frigidi, recentes vero calidi, eorumque plerique a fanguine fiebant. Qui etiam ex coxendice frigidi.

Affectus qui ad vehementes rigores tendunt, fere non nifi prope vigorem mitefcunt.

Ed. Chart. IX. [372.] Foës. II. 1164. 1165. Ed. Lind. I. (797.)

Πρὸ ῥίγεος αἱ ἐπισχέσιες τῶν οὔρων, ἢν ἐκ χρηστῶν ἴωσιν καὶ κοιλίην ἢν ὑποδιέλθῃ καὶ ὕπνοι ἐνέωσιν. ἴσως δὲ καὶ ὁ τρόπος τοῦ πυρετοῦ, ἴσως δὲ καὶ τὰ ἐκ κόπων.

|| *Ἀποστάσιες οὐ μάλα οἷσι ῥίγεα.*

Αἱ τῶν σκελέων ἐκθηλύνσιες, οἷον ἢ πρὸ νόσου ὁδοιπορήσαντι ἢ ἐκ νόσου αὐτίκα διότι ἴσως τὸ ἐκ κόπων, εἰς ἄρθρα ἀπέστη, διὸ καὶ τῶν σκελέων ἐκθηλύνσιες.

Φύματα ἔξω ἐξοιδέοντα καὶ τὰ ἀποξέα καὶ κορυφώδεα καὶ τὰ ὁμαλῶς ξυμπεπαινόμενα καὶ μὴ περίσκληρα καὶ κατάῤῥοπα καὶ μὴ δίκραια ἀμείνω. τὰ δὲ ἐναντία κακὰ, καὶ ὅσα πλεῖστα ἐναντία κάκιστα.

Τὸ θηριῶδες φθινοπώρου καὶ αἱ καρδιαλγίαι καὶ τὸ φρικῶδες καὶ μελαγχολικόν.

Πρὸς τὰς ἀρχὰς τοὺς παροξυσμοὺς σκέπτεσθαι καὶ ἐν

Rigorem urinarum ſuppreſſiones praecedere ſolent, ſi cum bonis ſignis proceſſerint et alvus permeet, ſomnique aſſuerint. Quin etiam febris genus, ac forſitan etiam quae ex laſſitudinibus contingunt in conſiderationem adhibenda ſunt.

Quibus rigores fiunt, nil fere abscedere ſolet.

Crurum effoeminationes, veluti ante morbum aut ſtatim ex morbo iter facienti fiunt, atque ideo fortaſſis quod ex laſſitudinibus aliquid in articulos abſceſſit, ex quo etiam crurum effoeminationes.

Tubercula meliora aeſtimanda ſunt, quae foras protuberant et in acutum ſublata ſunt ac faſtigiata aequabiliterque matureſcentia, neque in ambitu dura et deorſum tendentia neque bifida: contraria vero mala, quaeque plurimum diſtant, ea peſſima.

Autumnus ſua feritate et malignitate interraneorum animalia gignit et oris ventriculi dolorem ac febres horroris ſenſu inſignes atramque bilem.

Ad dignoſcenda principia acceſſionns in conſiderationem adhibere oportet, ac in omni morbo quale eſt ſub

Ed. Chart. IX. [372. 380.] Foës. II. 1165. Ed. Lind. I. (797. 798.)
ἁπάσῃ τῇ νούσῳ, οἷον τὸ ἐς δείλην παροξύνεσθαι, καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ἐς δείλην καὶ αἱ ἀσκαρίδες.

Νηπίοισι βηχίον ξὺν γαστρὸς ταραχῇ καὶ πυρετῷ ξυνεχεῖ, σημαίνει μετὰ κρίσιν διμηναίῳ τὸ ξύμπαν εἰκοσταίῳ καὶ οἰδήματα ἐς ἄρθρα, καὶ ἢν μὲν κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ καταστῇ, τὰ ἄνω ἐν τοῖσι κάτω ἄρθροισιν ἀγαθόν. ἢν δὲ ἄνω, οὐχ ὁμοίως λύει τὴν νοῦσον, ἢν μὴ ἐκ(798)πυήσῃ. τὰ δὲ ἐν ὤμοισιν ἐκπυεῦντα τοῖσι τηλικούτοισι γαλιάγκωνας ποιέει. λύσειε δ' ἂν καὶ ἑλκυδρίων κάτω ἔκθυσις, ἢν μὴ στρογγύλα καὶ βαθέα ᾖ. τὰ δὲ τοιαῦτα ὀλέθρια καὶ ἄλλως παιδίοισι. καὶ αἷμα λύσειεν ἂν ῥαγὲν, μᾶλλον δὲ τοῖσι τελειοτέροισιν ἐπιφαίνεται.

[380] Δάκρυον ἐν τοῖσιν ὀξέσι τῶν φλαύρως ἐχόντων. ἑκόντων μὲν χρηστὸν, ἀκόντων δὲ παραῤῥέον κακὸν, καὶ οἷσι περιτείνεται βλέφαρα, κακόν. κακὸν δὲ καὶ τὸ ἐπιξηραινό-

vesperam accessiones moveri, et num annus in vesperam vergat, ac lumbrici tenues, ascarides dicti, tum moveantur.

Tussicula infantes si prehenderit cum ventris perturbatione et febre assidua, indicat post judicationem bimestri, in totum vigesimo die, ad articulos etiam tumores fore. Qui quidem si e superioribus partibus infra umbilicum in inferioribus articulis constiterint, probari debent. Si vero in superioribus partibus, non aeque morbum tollunt, nisi pus collegerint. Quod si in humeris suppurationes faciant, tum tantula aetate justo breviora et tenuiora brachia efficiunt, Graeci galianconas quasi mustelae cubito praeditos vocant. A morbo quoque liberabit ulcusculorum in inferiores partes eruptio, dum rotunda non sint, neque alte insederint. Hujusmodi namque tum maxime pueris perniciosa sunt. Solvet etiam morbum et sanguinis profluvium, quod potius in natu grandioribus apparet.

In morbis praecipitibus, ubi male habent aegri, ultro quidem profluens lacrima bono est, invitis vero malum denunciat. Quibus etiam palpebrae circumtenduntur, malum significatur. Malum quoque quod in oculis inarescit, tenuissimae lanugini aut aquarum aspergini simile, quae

μενον οἷον ἄγχη, καὶ τὸ ἀμαυρὸν καὶ αὐχμηρὸν κακὸν, καὶ οἱ ῥυτιδούμενοι ἔνδοθεν, καὶ οἱ πεπηγότες, καὶ οἱ μόλις στρεφόμενοι, καὶ οἱ ἐνδεδινημένοι καὶ τἄλλα ὅσα παρεῖται.

Πυρετοὶ οἱ μὲν δακνώδεες τῇ χειρὶ, οἱ δὲ πρηέες, οἱ δ' οὐ δακνώδεες μὲν, ἐπαναδιδόντες δέ. οἱ δ' ὀξέες μὲν, ἡσσώμενοι δὲ τῆς χειρὸς, οἱ δὲ περικαέες εὐθέως, οἱ δὲ διὰ παντὸς βληχροὶ, ξηροὶ, οἱ δὲ ἁλμυρώδεες, οἱ δὲ πεμφιγώδεες ἰδεῖν δεινοὶ, οἱ δὲ πρὸς τὴν χεῖρα νοτιώδεες, οἱ δὲ ἐξέρυθροι, οἱ πελιοὶ, οἱ δὲ ἔξωχροι, καὶ τἄλλα τοιουτότροπα.

Αἱ ξυντάσιες τοῦ σώματος καὶ οἱ σκληρυσμοὶ τῶν ἄρθρων κακὸν, καὶ αὐτὸς διαλελυμένος κακὸς, καὶ αἱ κατακλάσιες τῶν ἄρθρων κακαί.

Ὄμματος θράσος παρακρουστικὸν, καὶ ἔῤῥιψις καὶ κατάκλασις κακόν.

ἄγχη dicitur. Oculorum denique hebetatio ac retusio et squallor malum denunciat, quique intro corrugantur, qui concreti sunt ac aegre vertuntur et intro sunt convoluti, quaeque alia praetermittuntur.

Febrium partim quaedam manui mordaces apparent, quaedam vero mites. Partim vero quaedam minime mordaces apparent, increscentes tamen. Aliae autem acutae quidem, at quae tamen manui cedant. Partim vero confestim exardescunt, aliae autem in totum debiles apparent et aridae. Quaedam etiam salsae, nonnullae vero flatulentae, aspectu horrendo, aliae tactui madentes. Aliae quoque praerubrae, quaedam etiam lividae, quaedam praepallidae, aliaque id genus.

Corporis distentio et articulorum duritas malo est, ipseque aeger exolutus et artuum perfrictiones malum portendunt.

Oculus ferox et truculentus delirium portendit, crebra quoque ejusdem ac inordinata projectio ac perfractio mala est.

Ed. Chart. IX. [391.] Foës. II. 1168. Ed. Lind. I. (798. 799.)

[391] || [*Τμῆμα δεύτερον.*] *Εὐρῦναι, στενυγρῶσαι, τὰ μὲν ναὶ, τὰ δὲ μή.*

Χυμοὺς, τοὺς μὲν ἐξῶσαι, τοὺς δὲ ξηρᾶναι, (799) *τοὺς δὲ ἐνθεῖναι, καὶ τῇ μὲν, τῇ δὲ μή.*

Λεπτῦναι, παχῦναι, τεῦχος, δέρμα, σάρκας, καὶ τἄλλα, καὶ τὰ μὲν, τὰ δὲ μή.

Λειῆναι, τρηχῦναι, σκληρῦναι, μαλθάξαι, τὰ μὲν, τὰ δὲ μή. ἐπεγεῖραι ναρκῶσαι, καὶ τἄλλα ὅσα τοιαῦτα.

Παροχετεύειν, ὑπείξαντα ἀντισπᾶν αὐτίκα, ἀντιτείνοντα ὑπεῖξαι.

Ἄλλον χυμὸν μὴ τὸν ἰόντα ἄγειν, τὸν δὲ ἐόντα συνεκχυμοῦν, ἐργάσασθαι τὸ ὅμοιον, οἷον ὀδύνη ὀδύνην παύει, τὰ ἀνόμοια, ἣν ῥέπει ἄνωθεν ἀρθέντα, κάτωθεν λύειν, καὶ τὰ ἐναντία ταῦτα. οἷον κεφαλῆς κάθαρσις, φλεβοτομίη, ὅιε οὐχ ἥκει, ἀφαιρέεται.

Αἱ ἀποστάσιες οἷον βουβῶνες, σημεῖον μὲν τῶν τὰ

[*Sectio ſecunda.*] Dilatare, coarctare, hoc quidem certe, illa vero minime.

Succi hi quidem expellendi, illi vero exiccandi, alii autem inferendi, idque interdum quidem, interdum vero minime.

Corpus, cutem, carnes extenuare, incraſſare oportet, atque alia, ac partim quidem, partim vero minime.

Lenire, exaſperare, indurare, emollire et haec quidem, illa vero minime. Excitare, torporem inducere, aliaque quaecunque id genus.

Derivatione uti oportet, ubi revulſioni confeſtim aliquid conceſſeris, et renitentia emollire.

Humorem alium nec prodeuntem educere oportet, eum vero qui prodit una ex vaſis effundere, ſimile quoddam opus facere, velut ſi dolor dolore ſedatur. Diſſimilia ſi ſurſum ſublata tendant, per inferiora ſolvere convenit, atque his contraria facere, velut capitis purgatio, venae ſectio, ſi quando non inconſulto detrahitur.

Abſceſſus, veluti glandularum tumores, eorum quidem

βλαστήματα ἐχόντων, ἀτὰρ καὶ ἄλλων, μάλιστα δὲ περὶ τὰ σπλάγχνα κακοήθεες δὲ οὗτοι.

|| *Πνεύματα σμικρὰ πυκνὰ, μεγάλα, ἀραιὰ, σμικρὰ ἀραιὰ, πυκνὰ, μεγάλα, εἴσω μεγάλα, εἴσω σμικρὰ, εἴσω μεγάλα, ἔξω σμικρὰ, τὸ μὲν ἐκτεῖνον, τὸ δὲ κατεπεῖγον. διπλῆ εἴσω ἐπανάκλισις οἷον ἐπιπνέουσι, θερμὸν, ψυχρόν.*

Ἰητήριον ξυνεχέων χασμέων μακρόπνους, ἐν τοῖσιν ἀπότοισι καὶ μόγις βραχύπνους.

[401] *Κατ' ἴξιν καὶ πλευρέων ὀδύνην, καὶ ξυντάσιες ὑποχονδρίων, καὶ σπληνὸς ἐπάρσιες, καὶ ἐκ ῥινῶν ῥήξιες, καὶ ὦτα κατ' ἴξιν. τούτων τὰ πλεῖστα ταῦτα καὶ ἐν ὀφθαλμοῖσι. πότερον ἦρα πάντα, ἢ τὰ μὲν κάτωθεν ἄνω κατ' ἴξιν, οἷα τὰ παρὰ γνάθους, ἢ παρ' ὀφθαλμὸν καὶ οὖς, τὰ δὲ ἄνωθεν κάτω οὐ κατ' ἴξιν. καί(800)τοι καὶ τὰ συναγχικὰ ἐρυθήματα καὶ πλευρῶν ἀλγήματα κατ' ἴξιν, ἢ καὶ τὰ κατὰ*

locorum unde propagines ducunt, atque etiam aliorum, ſpecimen exhibent, ac praecipue viſcerum, ac tum certe ii maligni ſunt.

Spiratio parva frequens, magna rara, parva rara, frequens magna, foras magna procedens, intro parva, intro magna, foras parva. Haec quidem protenſa, illa vero urgens. Duplicata intro revocatio qualis ſuperſpirantibus. Calida item et frigida.

Aſſiduarum oſcitationum longa ſpiratio medela eſt. At eorum qui non bibunt, aut vix quidem, brevis ſpiratio.

In directum laterum dolor, praecordiorum diſtentiones, lienis tumores et ex naribus eruptiones fieri debent. In auribus item directio, et magna ex parte talia in oculis ſpectanda ſunt. Videndum ſane utrum omnia, an ea quidem ab inſernis ſurſum in rectum ferantur, qualia quae juxta maxillas, aut oculum aut aurem fiunt, an vero quae a ſuperioribus deorſum non in directum tendant? Quamvis anginae tumores rubicundi, et laterum dolores ſecundum directionem fiunt. An quae ex ſuperioribus partibus infra jecur diſtribuuntur, qualia quae in teſtes et varices

ἥπατος ἄνωθεν διαδιδόντα, οἷον τὰ ἐς ὄρχιας καὶ κιρσούς σκεπτέα ταῦτα, ὅπη καὶ ὅθεν καὶ διότι.

Φλέβες κροτάφων οὐχ ἱδρυμέναι, οὐδὲ χλώρασμα λαμπρόν. ἢν πνεῦμα ἐγκαταλείπηται, ἢ βὴξ ξηρὴ μὴ θηριώδης, ἐς ἄρθρα στήριξιν προσδέχεσθαι δεῖ κατ᾽ ἴξιν, τῶν ἐντασίων τῶν κατὰ κοιλίην ὡς ἐπιτοπουλύ. ἔχουσι δὲ οὗτοι οἱ πλεῖστοι καὶ ἐξέρυθρα, καὶ τῇ φύσει τοῦ λευκοχροωτέρου τρόπου, καὶ οὐχ αἱμοῤῥαγέουσι ῥῖνες ἢ σμικρὰ αἱμοῤῥαγέουσι, καὶ ἢν μὲν ῥυέντων ἐγκαταλίπηται, ἕτοιμον. [408] δίψα ἐγκαταληφθεῖσα καὶ στόματος ἐπιξηρασίη καὶ ἀηδίη καὶ ἀποσιτίη τοῦτον τὸν τρόπον. πυρετοὶ δὲ οὐκ ὀξέες οἱ τοιοίδε, ὑποστροφώδεες δέ.

Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα μετὰ κρίσιν ὑποστροφώδεα. τὸ γοῦν πρῶτον σπληνῶν ἐπάρσιες, ἢν μὴ ἐς ἄρθρα τελευτήσῃ ἢ αἱμοῤῥαγίη γένηται ἢ δεξιοῦ ὑποχονδρίου ἔντασις. ἢν μὴ ἐξοδεύῃ οὖρα, αὐτὴ γὰρ ἡ ἐγκατάληψις ἀμφοτέρων αἱ ὑποστροφαὶ τουτέων, εἰκότως. ἀπόστασιν οὖν ποιέεσθαι αὐτῶν

decumbunt. Haec in confiderationem adhibenda funt, quemnam ad locum ferantur et ex quo et quamobrem.

Temporum venae non confiftentes, neque fplendidus color, fi fpiratio intus deficit, aut tuffis ficca, non maligna adfuerit, in articulos decubitum fore denunciant, idque ut plurimum fecundum diftentionum rectitudinem quae in ventre fiunt. Horum vero plerisque qui natura candidioris funt habitus, etiam facies impenfe rubet, neque fanguis ex naribus aut paucus profluit. Et quidem fi quid ex his quae effluunt intus relinquitur, ad abfceffum morbus eft accommodatus. Eodem modo fi fitis remanet, orisque ficcitas et infuavitas ac cibi faftidium. Tales funt autem febres non acutae, fed quae reverfiones faciant.

Quae poft judicationem relinquuntur, recidivas facere folent. Primum igitur lienis tumor accidit, nifi in articulos defnant, vel fanguis ex naribus profluat, aut praecordiorum dextrorum contentio, nifi urinae exeant et viam quodammodo fibi faciant. Ipfa enim utrorumque inter-

Ed. Chart. IX. [408. 411.] Foef. II. 1169. Ed. Lind. I. (800. 801.)

μὴ γινομένας, τὰς δὲ ἐκκλίνειν γινομένας, τὰς δὲ ἀποδέχεσθαι ἢν ἴωσιν, οἷαι δεῖ καὶ ᾗ δεῖ. ὁκόσαι δὲ μὴ σφόδρα, ξυνδρᾶν, τὰς δὲ ἀποτρέπειν, ἢν πάντῃ ἀξύμφοροι ὦσι, μάλιστα δὲ ταύτας μελλούσας· εἰ δὲ μὴ, ἀρχομένας ἄρτι.

Αἱ τεταρταῖαι αἱμοῤῥαγίαι δύσ(801)*κριτοι.*

Αἱ διαλιπόντες μίην, τῇ ἑτέρῃ ἐπιῤῥιγέουσιν ἅμα κρίσει ἐκ τῶν πέντε εἰς τὰ ἑπτά.

Ὅσοι τριταιοφυέες, τουτέοισιν ἡ νὺξ δύσφορος ἡ πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ. ἡ δὲ ἐπιοῦσα εὐφορωτέρη ὡς ἐπιτοπουλύ.

[411] *Βῆχες ξηραὶ βραχὺ ἐρεθίζουσαι ἀπὸ πυρετοῦ περικαέος, οὐ κατὰ λόγον διψώδεες, οὐδὲ γλῶσσαι καταπεφρυγμέναι. οὐ τῷ θηριώδει, ἀλλὰ τῷ πνεύματι, δῆλον δέ. ὅταν γὰρ διαλέγωνται ἢ χασμῶσι, τότε βήσσουσιν, ὅταν δὲ μὴ, οὔ. τοῦτο ἐν τοῖσι κοπιώδεσι μάλιστα πυρετοῖσι γίνεται.*

ceptio, horum jure quodam recidivas faciet. In his igitur abscesſus procurare convenit, ſi non ſiant, qui vero jam ſiunt declinare, eos autem, qui quales et qua oportet prodierunt, recipere. Qui vero non admodum prodeunt, coadjuvandi ſunt, quidam etiam, qui prorſus ſunt incommodi, avertendi, maxime ſi futuri ſunt, alioqui cum recens coeperint.

Sanguinis e naribus eruptiones, quae quarto die fiunt, difficilem faciunt judicationem.

Febres quae die uno intermittunt et ſubinde rigore corripiuntur, judicationem a quinto ad ſeptimum circuitum deducunt.

In his quae ad tertianarum naturam propius accedunt, nox acceſſionem praecedens moleſta eſt, quae vero ſubſequitur plerumque levior exiſtit.

Tuſſes ſiccae parum irritantes per febrem ardentem, pro ratione ſiticuloſae non ſunt, neque linguas exiccant, ſi quidem non a malignitate, ſed a vento accidant, quod et inde manifeſtum fit. Cum enim loquuntur, vel ore ſunt adaperto, tum tuſſiunt, alioqui vero minime. Hoc autem in febribus ex labore obortis maxime ſieri adſolet.

Ed. Chart. IX. [411. 416.] Foës. II. 1169. 1170. Ed. Lind. I. (801.)

Μηδὲν εἰκῇ, μηδὲν ὑπερορᾷν.

Ἐκ προσαγωγῆς τἀναντία, ἃ προσάγειν καὶ διαναπαύειν.

Τῷ ὄπισθεν κεφαλῆς ὀδυνωμένῳ ἡ ἐν μετώπῳ ὀρθὴ φλὲψ τμηθεῖσα ὠφέλησεν.

|| *Αἱ διαδέξιες τῶν ὑποχονδρίων, ἐξ οἵων οἷα ἄλλοισι καὶ τῶν σπλάγχνων τῶν φλεγμονῶν, οἷα δύναται, εἴτ᾽ ἐξ ἥπατος σπληνὶ καὶ τἀναντία καὶ ὅσα τοιαῦτα.*

Ἀντισπᾷν ἢν μὴ ᾗ δεῖ ῥέπει, ἢν δὲ ὅπη δεῖ, τουτέοισι δεῖ στομοῦν οἵως ἕκαστα ῥέπει.

Τὰ πλατέα ἐξανθήματα οὐ πάνυ τι κνησμώδεα, οἷα Σίμων εἶχε χειμῶνος. ὃς ὅτε πρὸς πῦρ ἀλείψαιτο ἢ θερμῷ λούσαιτο, ὠνίνατο. ἔμετοι οὐκ ὠφέλεον, οἴομαι, εἴ τις ἐξεπυρία, ἀνιέναι ἄν.

[416] *Ὅσα πεπαίνεσθαι δεῖ κατακεκλεῖσθαι δεῖ, τἀναντία δὲ ξηραίνειν καὶ ἀνεῷχθαι.*

Οἷον ὀμμάτων ῥοωδέων, ἢν ἄλλως φαίνηται ξυμφέρειν,

Nil temere aſſentiendum, neque quicquam negligendum.

Contraria paulatim inducere oportet et interquieſcere.

Capitis poſteriore parte dolenti ſecta in fronte vena recta profuit.

Praecordiorum ſucceſſiones ex quibus et quales ſiant ſpectandae ſunt, atque etiam aliae et in viſcerum inflammationibus quantum valeant, ſive ex jecore in lienem, ſive contra ſerantur et quaecunque ſunt ejusmodi.

Revellenda ea ſunt quae quo non oportet vergunt, ſin autem quonam convenit, iis tum viam ſtruere decet, quamnam in partem ſingula tendunt.

Ad puſtulas latas, quae fere non pruriunt, quales Simon per hiemem habuit, qui ubi ad ignem inungeretur aut calida lavaretur, juvabatur, vomitus non conducebant. At certe fomentis calidis adhibitis juvari potuiſſe exiſtimo.

Quae maturationem deſiderant, ea occludi convenit, contraria vero exiccare et aperta eſſe.

In oculis fluxione tentatis revulſionem ad fauces

ἀντισπᾶν ἐς φάρυγγα καὶ ὅπῃ ἐρεύξις (802) λυσιτελέει καὶ ἄλλα τοιαῦτα.

Τὰς ἐφόδους ἀνεστομῶσθαι, οἷον ῥῖνας καὶ τὰς ἄλλας, ὧν δεῖ καὶ ὡς δεῖ, καὶ οἷα καὶ ὅπῃ καὶ ὅτε καὶ ὅσον δεῖ, οἷον ἱδρῶτας καὶ τἄλλα δὴ πάντα.

Ἐπὶ τοῖσι μεγάλοισι κακοῖσι πρόσωπον ἢν ᾖ χρηστὸν, σημεῖον χρηστόν. ἐπὶ δὲ τοῖσι σμικροῖσι τἀναντία σημαῖνον ἢ εὖ, σημεῖον κακόν.

Παρὰ τὸ μέγα οὗ ἡ γυνὴ ὄπισθεν τοῦ ἡρωΐου ἰκτερώδεος ἐπιγενομένου, παρέμενον αὐτέῃ. [422] ὁ παρὰ Τιμένεω ἀδελφιδῇ, οὗτος μελάγχρους.

Ἐν Περίνθῳ τὸ γονοειδὲς τὸ τοιοῦτον ὅτι κρίσιμον, καὶ τῶν ἤτρων τὰ τοιαῦτα, ὅτε αἱ οὐρήσιες ῥύονται, ὅτι οὔτε φύσης πολλῆς οὔτε κόπρου πολλῆς, γλίσχρης δὲ διελθούσης ἐλαπάσσετο, οὐ γὰρ δὴ μέγα ἦν τὸ ὑποχόνδριον. κράμβην ἑβδομαῖος ἔφαγεν, ἔτι δύσπνους ἐὼν ἐπὶ τὸ ἦτρον ἐλαπάσσετο, εὔπνους ἐγένετο, ἡ κοιλίη αὐτῷ ἐξετίναξεν.

facere convenit, si modo conferre videatur. Atque ubi eructatio conducit, et alia quaecunque id genus.

Meatus recludendi sunt, ut nares, atque alii quibus opus est et ut convenit, et qualia et quanam via et quando et quantum oportet, velut sudores aliaque sane omnia.

Magnis in malis facies bona si fuerit, bono est. In parvis vero bonae significationi contraria denuncians malum significat.

Mulieri, quae apud magnum theatrum post heroum habitabat, morbus arquatus supervenit. Qui apud Timenae neptim decumbebat, colore atro suffusus est.

In Perintho urina genitali semini similis est reddita, eaque eorum quae circa abdomen erant affectuum judicationem attulit. Taliaque urinae liberabant, cum neque flatu copioso, neque glutinoso stercore multo egresso emollirentur. Neque enim sane magna erant praecordia. Qui septimo die brassicam comedit, cum adhuc difficulter spiraret, circa abdomen emolliebatur, recte spirans effectus est, eique alvus est exagitata.

Περὶ δὲ τοῦ αἵματος τοῦ ἰχωροειδέος, ὅτι ἐν τοῖσι πτυώδεσι τὸ τοιοῦτον καὶ τοῖσιν ἠγρυπνηκόσι καὶ εἴτε φλαῦρον εἴτε χρηστόν.

Οἷσιν ὁ σπλὴν ἔστι κατάῤῥοπος, πόδες καὶ γούνατα καὶ χεῖρες θερμά, ῥὶς καὶ ὦτα ἀεὶ ψυχρά. ἦρα διὰ τοῦτο λεπτὸν τὸ αἷμα, ἦρα καὶ φύσει τοιοῦτον οὗτοι ἔχουσιν.

[426] *Ἐν τοῖσιν ἐμπυήμασιν ὀμφαλὸς ὅρος, οἷσι μέλλουσιν ἐμπυεῖν, αἱ κοιλίαι ἐκταράσσονται.*

Σπλὴν σκληρὸς οὐ τὰ ἄνω, κάτω στρογγύλος, πλατὺς, παχὺς, λεπτὸς, μακρός. ἧσσον τοῖς ἀπὸ κεφαλῆς κορυζώδεσιν.

Ἡ περὶ τὸν νοσέοντα οἰκονομίη, καὶ ἐς τὴν νοῦσον ἐρώτησις, ἃ διηγεῖται, οἷα ὡς ἀποδεκτέον οἱ λό(803)γοι, τὰ πρὸς τὸν νοσέοντα, τὰ πρὸς τοὺς παρεόντας, καὶ τὰ ἔξωθεν.

Ὅτι ἐν θερμοτέρῳ τὸ ἐν τοῖσι δεξιοῖσι, καὶ μέλανες διὰ τοῦτο καὶ ἔξω αἱ φλέβες, καὶ χολωδέστεροι μᾶλλον.

De ſanguinis humore aquoſo ita eſt exiſtimandum, quod pavidos et pervigiles facit, ſive malus ſive bonus fuerit.

Quibus lien deorſum propendet, iis pedes, genua et manus calent, nares et aures ſemper frigent. Videndum igitur num iccirco tenuis illis ſanguis ineſt, num vero et natura talem habent.

Suppurationibus umbilicus terminus, quae ſi in pus verti debeant, his alvi perturbantur.

Lien non ſuperiore, verum inferiore parte durus, rotundus, latus, craſſus, longus, tenuis. Minus autem his qui gravedine ex capite laborant.

Ad diligentem aegrorum procurationem medico videndum eſt, quaenam de morbo interrogationes fieri debeant, quae narrat aeger qualia haberi debeant, ut accipiendi ſermones, quae ad aegrum, quae ad aſſidentes et quae ad ea quae extra ſpectantur attinent.

Quoniam in calidiore ſolidioreque, dextra ſcilicet uteri parte, mares concipiuntur, ideoque nigri ſunt et venae extra prominent longeque bilioſiores exiſtunt.

Ξυνεκρίθη, συνέστη, ὀξύτερον κινηθὲν ἐμωλύνθη, καὶ βραδύτερον αὔξεται καὶ ἐπὶ πλείω χρόνον.

Ὅτι ἐστερεώθη, καὶ χολωδέστερόν τε καὶ ἐναιμότερον ᾖ, τοῦτο θερμότερόν ἐστι τὸ χωρίον τῶν ζώων.

[433] || [*Τμῆμα τρίτον.*] *Ἡ δέρματος ἀραιότης, ἡ κοιλίης πυκνότης, ἡ δέρματος ξύνδεσις, ἡ σαρκῶν αὔξησις, ἡ κοιλίης νάρκωσις, ἡ τῶν ἄλλων ξύγχυσις, ἡ τῶν ἀγγείων ἀκαθαρσίη, ἡ ἐγκεφάλου ἀνάλωσις, διὸ καὶ φαλακρότης, ἡ τῶν ὀργάνων κατάτριψις.*

Ἡ καθαίρεσις, δρόμοισιν, ἡσυχίησιν, πάλησι, πολλοῖσι περιπάτοισι, τάχεσιν. οἷσιν ἑφθὴ μᾶζα τὸ πλεῖστον, ἄρτος ὀλίγος.

Καθαιρέσιος σημεῖον τὴν αὐτὴν ὥρην τῆς ἡμέρης φυλάσσειν. ἐξαπίνης γὰρ εἰρύεται. ἢ ὑφιέναι τῶν πόνων ἢ ῥύεται. ὁμοίως γὰρ ὅλον ξυμπίπτει. ὅταν δὲ δὴ ξυμπέσωσιν, προσάγειν ὕεια ὀπτά. ὅταν δὲ πληρῶνται, σημεῖον αὖθις, τὸ σῶμα ἀνθηρὸν γίνεται.

Mas concrevit coaluitque citius, ubi motus eſt conquieſcit et tardius augeſcit longioreque tempore.

Quod ſolidior et bilioſior evadit et ſanguine copioſiore ſit praeditus, in cauſa eſt locus hic animalis calidior.

[*Sectio tertia.*] Cutis raritas alvi denſitatem efficit, cutis coarctatio carnium auctionem, ventris torpor omnium conturbationem et vaſorum impuritatem, cerebri conſumptio, unde et calvitium, inſtrumentorum attritionem.

Corporis evacuatio curſu fit, quiete, palaeſtra, multis obambulationibus velocibus. Quibus maza cocta ut plurimum, panis autem modicus convenit.

Extenuationis ſignum eadem diei hora obſervare oportet. Statim namque corporis moles contrahitur et concidit. De laboribus aliquid remittendum, alioqui deſluet. Uno enim et eodem modo totum corpus concidit. Tunc autem cum jam collapſi fuerint, ſuillas aſſas offerre convenit. Cum vero reficiantur, id indicat, quod rurſus floridum corpus efficitur.

Pp 2

[439] *Ἐν γυμνασίοισι σημεῖον ὁ ἱδρὼς ὁ ῥέων στάγδην, ὃς ἔξεισιν ὥσπερ ἐξ ὀχετῶν, ἢ σύμπτωσις ἐξ ἐπάρσιος.*

Ἡ γυνὴ, ἣν πρῶτον ἐθεράπευσα ἐν Κρανῶνι, σπλὴν || οἱ φύσει μέγας, πυρετὸς, καυσώδης, ἐξέρυθρος, πνεῦμα δεκάτῃ, ἱδρὼς τὰ πολλὰ ἄνω, ἀτάρτι καὶ κάτω τεσσαρεσκαιδεκάτῃ.

Ἧσσον τοῖσιν ἀπὸ κεφαλῆς κορυζώδεσιν ἐπιπυρετήνασιν, ὡς οἶμαι, (804) ὑποστροφαί.

Πᾶν τὸ ἐκπυέον ἀνυπόστροφον. οὗτος γὰρ πεπασμὸς καὶ κρίσις ἅμα καὶ ἀπόστασίς ἐστιν.

Οἷσιν, ὅταν ἀφροδισιάζωσι, φυσᾶται ἡ γαστὴρ, ὡς Δαμναγόρᾳ. οἷσι δ᾽ ἐν τούτῳ ψόφος, ὡς Ἀρκεσιλάῳ.

Τὸ φυσιῶδες ξυναίτιον τοῖσι πτερυγώδεσι, καὶ γάρ εἰσι φυσώδεες.

Τὸ ψυχρὸν πάνυ φλεβῶν ῥηκτικὸν καὶ βηχῶδες, οἷον

Exercitationis modum indicat sudor guttatim effluens, qui velut ex aquae ductibus emanat, aut ex tumore compressio.

Mulierem, quam primum Cranone curavi, cui lien natura magnus erat, febris ardens prehendit, praerubra erat cum difficultate spirandi. Decimo die sudor ut plurimum ex superioribus partibus profluxit, quin etiam et ex inferioribus decimo quarto die.

Ex capitis gravedine et raucedine laborantibus, ubi febre corripiuntur, iis fere morborum reversiones non fiunt.

Quod in pus vertitur, id morbi reversionem non facit. Ipsa namque maturatio simul et judicationis et excretionis rationem habet.

Quibusdam, cum venerem exercent, venter inflatur, quod Damnagorae accidit. Quibusdam vero tum crepitus fit, ut Arcesilao.

In his qui alarum instar prominentes habent scapulas, flatus simul causa est. Sunt enim flatulenti.

Valde frigidum, velut nix et glacies, venas rumpere et tusses excitare solet. Humorum vero collectiones facit, quales sunt oblongae circa aures eminentiae, a Satyrorum

χιὼν, κρύσταλλος, συστρεπτικὸν δὲ, οἷον τὰ φηρεῖα καὶ αἱ γογγρῶναι. συναίτιον καὶ αἱ σκληρότητες.

[446] Τὸ μετ᾽ οὔρησιν σύναγμα παιδίοισι μᾶλλον. ἦρ᾽ ὅτι θερμότερα;

Τὰ σχήματα τὰ ῥηΐζοντα μᾶλλον, οἷον ὁ τὰ κλήματα τῇ χειρὶ πλέκων ἢ στρέφων, ὑπὲρ ὀδυνέων κατακείμενος, λαβόμενος πασσάλου ἄκρου ὑπερπεπηγότος εἴχετο, καὶ ἐρήϊσεν.

Ὃν ἐξ ὀρειτυπίης παρὰ τὴν γέφυραν εἶδον ἐγὼ, ῥιπτεῦντα σκέλεα, κνήμην ἑτέρην ἥκιστα ἐλεπτύνετο, μηροὺς δὲ κάρτα. οὖρα καὶ γονὴ οὐκ ἔχετο.

Ὅσαι πτερυγώδεες φύσιες πλευρέων δι᾽ ἀδυναμίην τῆς ἀφορμῆς, ἐπὶ τοῖσι κατάῤῥοισι τοῖσι κακοήθεσιν ἢν ἔκκρισις εἴη, κἢν μὴ εἴη, κακόν.

[452] Ῥίγεα ἄρχεται γυναιξὶν μὲν μᾶλλον ἀπ᾽ ὀσφύος καὶ διὰ νώτου, καὶ τότε ἐς κεφαλήν. ἀτὰρ καὶ ἀνδράσιν

similitudine Pherea dictae aut rotundae, arborum quarundam tuberculis similes, quae gongronae vocantur. Quin etiam et corporis durities simul causa existit.

Post mictionem coitio, num ideo pueris potius contingit quod sint calidiores?

Figuras quasdam corporum magis allevare, ex eo perspicuum, qui cum sarmenta manu flecteret aut intorqueret ac prae doloribus decumberet, arrepta summa defixi paxilli parte inhaesit et allevamentum sensit.

Quem ex montano labore juxta pontem vidi crura hinc inde jactantem, huic altera tibia minimum extenuabatur, femora autem plurimum. Urina vero et genitale semen non retinebantur.

Quicunque alata latera natura habere dicuntur, quod a tergo scoptula operta alarum instar emineant, idque ex causae imbecillitate accidit, ii in malignis destillationibus, sive excretio fiat sive non fiat, male habent.

Rigores quidem mulieribus a lumbis inchoant magis, et per dorsum deinceps ad caput feruntur. Quin et viris

Ed. Chart. IX. [452. 454.] Foes. II. 1175. Ed. Lind. I. (804. 805.)

ὄπισθεν μᾶλλον ἢ ἔμπροσθεν. φρίσσομεν γὰρ τὰ ἔξωθεν μᾶλλον ἢ τὰ ἔνδοθεν τοῦ σώματος, οἷον πήχεων, (805) μηρῶν. ἀτὰρ καὶ τὸ δέρμα ἀραιότερον. δηλοῖ δὲ ἡ θρίξ. ὑφ᾽ ὧν δὲ ἄλλων ῥιγέουσιν ἴσως ἑλκέων, ἄρχεται ἀπὸ τῶν ἀγγείων.

Κεφάλαιον ἐκ τῆς γενέσεως καὶ ἀφορμῆς καὶ πλείστων λόγων καὶ κατὰ σμικρὰ γινωσκομένων. συνάγοντα καὶ καταμανθάνοντα εἰ ὅμοιά ἐστιν ἀλλήλοισι, καὶ εἰ μὴ ὅμοια ἀλλήλοις εἰσὶν, ὡς ἐκ τῶν ἀνομοιοτήτων ὁμοιότης γένηται μία. οὕτως ἂν ἡ ὁδὸς, οὕτω καὶ τῶν ὀρθῶς ἐχόντων δοκιμασίη καὶ τῶν μὴ ἔλεγχος.

[254] *Αἱμοῤῥαγίαι ἐκ ῥινῶν ἢ τοῖσιν ὑποχλωρομέλασιν ἢ τοῖσιν ἐρυθροχολοισιν ἢ τοῖσιν ὑποχλώροισι, βραχέα ὑφέντα παχῦναι ξηρῶς. τοῖσι δὲ ἑτέροισι παχυσμοῖς ἧσσον· ξηρῷ δὲ δεῖ λευκῷ, οἷον κηκὶς, στυπτηρία.*

Ἐπὴν ἀφροδισιάζειν ἄρξωνται ἢ τραγίζειν, αἱμοῤῥαγέουσιν.

posteriore magis quam anteriore corporis parte. Horremus si quidem exterioribus magis quam interioribus corporis partibus, veluti cubitis, femoribus. Sed et cutis raritas id indicat, cujus indicium est pilus. Si vero aliunde rigent, forteque ex ulceribus, ex vasis rigor inchoat.

Curationis summa ex primo ortu, causa, plurimis aegri sermonibus, iisque quae sensim in cognitionem veniunt, colligenda est, ac perdiscendum num inter se sint similia, an dissimilia, ut ex dissimilitudinibus una similitudo fiat. Haec utique via est, hacque ratione quae recte se habent explorantur, quae vero secus, deprehenduntur.

Sanguinis e naribus profluvium accidit aut his, qui aliquantulum pallescentes nigricant, aut ex rubro pallescunt, aut aliquantulum pallent. In quibus ubi paulum concesseris, sicco aliquo medicamento incrassare oportet. In aliis vero minus incrassandum. Sicco autem albo medicamento ad ea uti oportet, quale est galla aut alumen.

Ubi venerem exercere aut hircire incipiunt, tum sanguinis profluvio tentantur.

Ἐν τοῖσι δὲ προσόδοισιν ἔστιν οἳ ἀποψοφέουσιν, οἷον Ἀρκεσίλαος, οἱ δὲ μέλλοντες ῥιγώσειν ῥικνώδεες, οἱ δ᾽ ἐπὴν προσέλθωσι, φυσῶνται κοιλίην, οἷον Δαμναγόρας.

Αἱ μεταβολαὶ φυλακτέαι, ὀλιγοσιτίη, ἄκοπον, ἄδιψον πίνοντι.

[459] || *Πᾶς λεπτυσμὸς χαλᾷ τὸ δέρμα. ἔπειτα περιτείνεται, ἀνάθρεψις τἀναντία χρωτὸς ῥίκνωσις ξυμπίπτοντος. ἔκτασις ἀνατρεφομένου, τὸ ῥικνῶδες τὸ λεῖον ἑκατέρου σημεῖον, τὸ ὑπόχολον, τὸ ὑπέρυθρον. οὕτω τὸ κατασπᾶσθαι μαζοὺς, ἰσχνοὺς δὲ ἀνεσπάσθαι καὶ περιτετάσθαι, καίτοι οὐκ ἄν τις οἴοιτο διὰ τοῦτο, ἀλλὰ σαρκωθέντος τοῦτο γενέσθαι.*

Κλεῖς περιφανέες, φλέβες διαφανέες.

Πρόδικος τοὺς πυρεταίνοντας ἔκτεινεν, περιόδοισι, πάλῃσι πολλοῖσι, πυ(806)ρίῃ, κακὸν, τὸ πυρετῶδες πολέμιον πάλῃσι, περιόδοισι, δρόμοισιν, ἀνατρίψει, αὐτοῖσι. πόνῳ πό-

In mulierum congreſſibus quidam crepitum edunt, ut Arceſilaus. Sunt qui, ubi congreſſuri ſunt, corpore horrent ac corrugantur. Quibusdam vero, ubi congreſſi fuerint, venter inflatur, ut Damnagorae.

Mutationes cavere oportet, in eoque obſervanda eſt cibi parcitas et quod laſſitudinem adimit, et quod bibenti ſitim arcet.

Quaevis extenuatio cutem laxat, deinde diſtenditur, refectio contra. Cutis collabentis corrugatio, renutritae extenſio, horridum, laeve, alterum alterius ſignum exiſtit, itemque ſubbilioſum et ſubrubrum. Eadem ratione mammae demittuntur, graciles vero revelluntur et diſtenduntur: etſi id non eam ob cauſam fieri quis exiſtimaverit, ſed quia corpus carne repleatur.

Jugula conſpicua in quibusdam videntur et venae apparentes.

Herodicus febricitantes tum multis obambulationibus, tum multa lucta et fomentis conficiebat, idque male. Febris enim fami, luctae, obambulationibus, curſibus, frictioni, iis utique omnibus eſt inimica. Laborem igitur labore curabat.

Ed. Chart. IX. [459. 468.] Foës. II. 1176. Ed. Lind. I. (806.)

τον. φλεβῶν ἔρευθος, πελίωσις, χλωρότης, πλευρέων ὀδύναι λαπαραί.

Ἄδιψον συνέχειν στόμα, σιγᾷν, ἄνεμον ξὺν τῷ ποτῷ ψυχρὸν εἰσάγειν.

[468] Τὰς ἀφορμὰς ὁκόθεν ἤρξαντο κάμνειν εἴτε κεφαλῆς ὀδύνη εἴτε ὠτὸς εἴτε πλευροῦ, σημεῖον οἱ ὀδόντες, καὶ ἐν οἷσι βουβῶνες.

Τὰ γινόμενα ἕλκεα καὶ φύματα κρίνοντα πυρετοὺς, οἷσι ταῦτα μὴ παραγίνηται, ἀκρασίη. οἷσιν ἐγκαταλείπηται, βεβαιόταται καὶ τάχισται ὑποστροφαί.

Τὰ στρογγυλόμενα πτύαλα παρακρουστικὰ, οἷα ἐν Πληνῷ.

Οἱ αἱμοῤῥοΐδας ἔχοντες οὔτε πλευρίτιδι οὔτε περιπλευμονίῃ οὔτε φαγεδαίνῃ οὔτε δοθιῆσιν οὔτε τερμίνθοισι ἁλίσκονται, ἴσως δὲ οὐδὲ λέπραις, ἴσως δὲ οὐδὲ ἄλλῃσιν. ἰητρευθέντες γε μὴν ἀκαίρως συχνοὶ, τοῖσι τοιούτοισιν οὐ

Inde venarum rubor, livor, pallor aut laterum dolores molles contingebant.

Sitim prohibet os claudere, tacere, auram cum potu frigidam intro ducere.

Videndae ſunt cauſae ex quibus morbi coeperint, ſive capitis dolor ſive auris ſive lateris prehenderit. Cujus rei dentes et in quibusdam glandularum tumores ſignificationem afferunt.

Quae ſuboriuntur ulcera et tubercula, ac febres decernere nata ſunt, ſi non affuerint, judicationem ipſam tollunt. Quibus vero aliquid intus relinquitur, iis certiſſimae et celerrimae morborum reverſiones fiunt.

Rotunda ſputa, qualia in Pleno viſa ſunt, delirium portendunt.

Qui ſanguinem per ora venarum quae in ano ſunt profundere ſolent, neque morbo laterali neque pulmonis inflammatione neque ulcere exedente, phagedaenam dicunt, neque furunculis corripiuntur, neque tuberculis, quae a cicerum ſimilitudine terminthi dicuntur, ac fortaſſis ne lepra quidem, forteque neque aliis id genus. Intempeſtive tamen

βραδέως ἑάλωσαν, καὶ ὀλέθρια οὕτω καὶ ὅσαι ἄλλαι ὑποστάσιες, οἷον σύριγγες ἢ ἕτεραι ἀποσκήψιες. ἐφ᾽ οἷσι γινόμενα ῥύεται, τούτων προγενόμενα κωλύει.

Ἀλλ᾽ οὐδὲ τόποι οὗτοι οἱ δεξάμενοι ἢ πόνῳ ἢ βάρει ἢ ἄλλῳ τινὶ ῥύονται, ἀλλ᾽ οἷσιν αἱ κοινωνίαι.

[471] *Διὰ τὴν ῥοπὴν οὐκ ἔτι αἷμα ἔρχεται, ἀλλὰ κατὰ τοῦ χυμοῦ τὴν ξυγγένειαν τοιαῦτ᾽ ἀποπτύουσιν.*

Ἔστιν οἷσιν αἷμα ἀφίεσθαι ἐν καιρῷ ἐπὶ τούτοισιν. ἐπ᾽ ἄλλοισι (807) *δὲ ὥσπερ ἐπὶ τούτοισι, τοῦτο οὐκ εἰκός.*

Κώλυσις ἐπὶ τοῖσιν αἱματώδεα πτύουσιν, ὥρη, πλευρῖτις, χολή.

[474] || [*Τμῆμα τέταρτον.*] *Τὰ παρ᾽ οὖς οἷσιν ἀμφὶ κρίσιν γινόμενα μὴ ἐκπυήσῃ, τουτέων λαπασσομένων ὑποστροφὴ γίνεται. κατὰ λόγον τῶν ὑποστροφέων τῆς ὑποστροφῆς γενομένης, αὖθις αἴρεται καὶ παραμένει, ὥσπερ αἱ τῶν*

curati multi, brevi hujusmodi morbis correpti ſunt, eamque ob cauſam pernicioſe habuerunt. Quod et in reliquis absceſſibus, velut fiſtulis, contingit, qui aliorum medela ſunt. Et in his quidem videndum eſt, quibus in morbis quae facta ſunt liberant, eosdem ſi ante fiant prohibere.

Loci alterius noxios humores loca quaedam excipiunt, aut ob dolorem aut gravitatem aut aliud quippiam, aut quod cum aliis communitatem habeant, liberant.

Quod alio ſanguis inclinet, ideo non amplius exit, ſed juxta humoris cognationem ejusmodi ſputa excreantur. Atque interdum horum quibusdam opportune ſanguinem detrahere convenit, in aliis vero perinde atque his, id non aeque conſentaneum.

In cruenta ſpuentibus ſanguinis detractionem prohibet anni tempus, lateris dolor, bilis.

[*Sectio quarta.*] Quibus judicationis tempore exorta ad aures tubercula non ſuppuraverint, iis evaneſcentibus morbi reverſio contingit, factaque pro recidivarum ratione morbi reverſione, rurſus attolluntur et permanent, non

πυρέτων ὑποστροφαὶ, ἐν ὁμοίῃ περιόδῳ. ἐπὶ τούτοισιν ἐλπὶς εἰς ἄρθρα ἀφίστασθαι.

Οὖρον παχὺ, λευκὸν, οἷον τὸ τοῦ Ἀμφιγένεος ἐπὶ τοῖσι κοπιώδεσι τεταρταίοισιν ἔστιν ὅτε ἔρχεται καὶ ῥύεται τῆς ἀποστάσιος. ἢν δὲ πρὸς τοῦτο αἱμοῤῥαγήσῃ ἀπὸ ῥινῶν ἱκανῶς, καὶ πάνυ.

Ὧι τὸ ἔντερον ἐπὶ δεξιὰ ἀρθριτικὸς ἐγένετο, ἦν ἡσυχώτερος. ἐπεὶ δὲ τούτῳ ἰητρεύθη, ἐπιπονώτερος

[476] Ἡ Ἀγάσιος κόρη μὲν ἐοῦσα πυκνοπνεύματος ἦν. γυνὴ δὲ γινομένη ἐκ τόκου οὐ πάλαι ἐπίπονος ἐοῦσα, || ἐπιπολαίως ἦρεν ἄχθος μέγα, αὐτίκα μὲν ψοφῆσαί τι ἐδόκει κατὰ τὸ στῆθος. τῇ ὑστεραίῃ ἆσθμά τε εἶχε καὶ ἤλγει ἰσχίον τὸ δεξιόν. ὁπότε τοῦτο πονέοι, ἐπόνει τότε καὶ τὸ ἆσθμα εἶχε. παυσαμένου δὲ ἐπαύσατο, ἔπτυσεν ἀφρώδεα, ἀρχομένη δὲ ἀνθηρά. κατασταθὲν δὲ ἐμέσματι χολώδει ἐῴκει λεπτῷ, οἱ πόνοι μάλιστα μὲν ὁπότε πονοίη τῇ χειρί. ταύτην εἶργε-

secus ac febrium reversiones, eodem circuitu. In his ad articulos aliquid abscedere posse sperandum est.

Urina crassa, alba, qualis Archigenis puero aderat, interdum in febribus, quae sunt cum lassitudinis sensu, quarto die prodit et ab abscessu vindicat. Quod si praeter haec sanguis e naribus abunde profluat, etiam prorsus liberat.

Qui articulari morbo detentus, intestini dolore dextra parte vexabatur, levius habebat. Ubi vero hic curatus fuit, magis dolebat.

Agasii filia adhuc puella, crebra spiratione vexabatur, mulier vero effecta, non ita pridem a partu, levi dolore correpta est. Cumque grave pondus sustulisset, protinus quidem in pectore aliquid concrepuisse visum est. Postridie tum creber anhelitus, asthma vocant, tenuit, tum coxendix dextra indoluit. Quumque haec doleret, tum etiam creber anhelitus fatigabat, qui dolore desinente cessabat. Sputum spumosum rejecit, per initia vero floridum, quod ubi constiterat, vomitionem biliosam et tenuem referebat. Dolores autem potissimum aderant cum manu laboraret.

σθαι σκορόδου, χοιρείου, ὄϊος, βοός. ἐν δὲ τοῖσι πνευμένοισι βοῆς, ὀξυθυμίης.

Ὧι ἐν (808) *τῇ κεφαλῇ ἐνέμετο ἔπαρμα, πρῶτον ἡ στυπτηρίη ἡ κεκαυμένη ἐνήρμοσεν. εἶχεν ἄλλην ἀπόστασιν, ἴσως ὅτι ὀστέον ἔμελλεν ἀποστήσεσθαι, ἀπέστη ἑξηκοσταῖον, ὑπὲρ τοῦ ὠτὸς ἄνω πρὸς κορυφὴν τὸ τρῶμα ἦν.*

Τὰ κῶλα ἔχει οἷα κυνὸς, μείζω δέ. ἤρτηται ἐκ τῶν μεσοκόλων. ταῦτα δὲ ἐκ νεύρων ἀπὸ τῆς ῥάχιος ὑπὸ τὴν γαστέρα.

[479] *Αἱ τοῖσι κάμνουσι χάριτες, οἷον τὸ καθαρίως δρᾷν ἢ ποτὰ ἢ βρωτὰ ἢ ἃ ἂν ὁρᾷ μαλακῶς ὅσα ψαύῃ. ἄλλαι, ἃ μὴ μεγάλα βλάπτει ἢ μὴ εὐανάληπτα, οἷον ψυχρὸν ὅκου τοῦτο. δεῖ ἄλλαι, εἴσοδοι, λόγοι, σχῆμα, ἐσθής. τῷ νοσέοντι, κουρὴ, ὄνυχες, ὀδμαί.*

Huic allio, ſuilla, ovilla et bubula interdicere viſum fuit. Difficultate autem ſpirandi laborantibus clamore atque praecipiti iracundia abſtinendum.

Cui in capite tumor ad aures depaſcendo proſerpebat, ei primum alumen uſtum admotum profuit. Is alium absceſſum habuit ea ratione fortaſſis quod os abscedere oportebat, quod ſexageſimo die ſupra aurem diſceſſionem fecit, cum in ſummo vertice vulnus eſſet.

Homo craſſiora inteſtina ad inſtar canis habet, majora tamen. Appendent autem ex medianis membranis, quae meſocola dicuntur. Hae vero ex nervis a ſpina ſub ventre procedentibus.

In quibusdam aegrotis eſt gratificandum, velut eſt, ut munde tum potus tum cibus parentur, tum etiam quaecunque videt et attingit mollia ſint. In aliis quoque gratificari oportet quae non magnam noxam afferunt, aut quae facile ſarciri queat, velut frigida, ubi ea opus eſt. In his etiam medicum aegroto ſe gratum praebere convenit, qualia ſunt ingreſſus, ſermones, corporis habitus, veſtitus, tonſura, ungues et odores.

Ὕδωρ ἀφεψηθὲν, τὸ μὲν ὡς δέχηται τὸν ἠέρα, τὸ δὲ μὴ ἔμπλεον εἶναι καὶ ἐπίθημα ἔχειν.

Ὅτι ἐξ αἱμοῤῥαγιῶν ἐξυδεροῦνται.

Ἢν οἷα δεῖ καθαίρωνται καὶ εὐφόρως φέρουσιν.

Ἐν Αἴνῳ ὀσπριοφαγέοντες ξυνεχέως θήλεα, ἄῤῥενα σκελέων ἀκρατέες ἐγένοντο καὶ διετέλεον. ἀτὰρ καὶ ὀροβοφαγέοντες γονυαλγέες.

Ἐμφανέως ἐγρηγορὼς θερμότερος τὰ ἔξω, τὰ ἔσω δὲ ψυχρότερος. καθεύδων τἀναντία.

[491] Ἐν θέρμῳ φύσει ψύξις, ποτὸν ὕδωρ, ἐλινύειν.

Ὕπνος ἐν ψύχει ἐπιβεβλημένῳ.

Ὕπνος ἑδραῖος ὀρθῷ νυσταγμός.

Αἱ ἀσθενέες δίαιται ψυχραὶ, αἱ δὲ ἰσχυραὶ θερμαί.

Aquam ubi decoxeris, partim quidem ut aërem recipiat efficies, partim vero ut vas plenum non ſit, et operculum habeat.

Quod multi ex immodico ſanguinis profluvio aqua inter cutem corripiuntur animadvertendum eſt.

Si qualia opus eſt purgentur, tum facile tolerant.

In Aeno qui continenter leguminibus veſcebantur, tum mares tum feminae, crurum impotentia conflictabantur, in eaque perſeverabant. Et vero qui ervo in cibum utebantur, ex genuum dolore laborabant.

Vigilantem externis partibus calidiorem eſſe, internis autem frigidiorem, apparet. Dormienti vero vice verſa contingere.

Calidae naturae refrigeratio, aquae potio et quietem agere convenit.

Somnus in loco frigido, ſtragulis corporis injectis, capiendus eſt.

Quae ſtanti adeſt ſomnolentorum nictatio, ſomnum profundum facit.

Imbecilla victus ratio frigida, valida vero calida.

Ed. Chart. IX. [491. 501.] Foës. II. 1180. Ed. Lind. I. (808. 809.)

Ὑδάτων ἀτεχνέων τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ αἰθέρος ἀποκριθὲν, βροντιαῖον, (809) ὡραῖον, τὸ δὲ λαιλαπῶδες κακόν.

Ὕδωρ βορὸν, καὶ ἀγρυπνίη βορόν.

Ἐν θερμῷ φύσει καὶ θερμῇ ὥρῃ κοίτη ἐν ψύχει παχύνει, ἐν δὲ θερμῷ λεπτύνει.

Ἄσκησις ὑγιὴς, ἀκορίη τροφῆς, ἀοκνίη πόνων.

Ἐν τῷ ἐγρηγορέναι δίψης ἐπιπολαίου ὕπνος ἄκος, τῆς δὲ ἐξ ὕπνου διέγερσις.

[501] Οἷσι πλεῖστον τὸ θερμὸν, μεγαλοφωνότατοι, καὶ γὰρ ψυχρὸς ἀὴρ πλεῖστος. δύο δὲ μεγάλων μεγάλα καὶ τὰ ἔκγονα γίνεται.

Οἱ θερμοκοίλιοι ψυχρόσαρκοι καὶ λεπτοί. οὗτοι ἐπίφλεβοι καὶ ὀξυθυμότεροι.

Αὐχμοῦ ἐπὶ γῆς οἰωνῶν γένος εὐθυνεῖ.

Τράγος ὁκότερος ἂν φανῇ ἔξω, ὄρχις δεξιὸς, ἄρσεν· εἰ δὲ εὐώνυμος, θῆλυ.

Aquarum quae arte carent, partim quidem ab aethere excreta, cum tonitru aut media aestate demittitur, partim vero nimbosa et mala est.

Tum aqua tum vigilia voraces homines efficiunt.

Percalidam naturam calido anni tempore cubile in aëre frigido crassam efficit, in calido vero extenuat.

Valetudinem excolunt citra satietatem cibis vesci, et impigrum esse ad laborem.

Levem inter vigilandum sitim somnus sedat, eam vero quae ex somno orta est, vigilia interdum.

Qui plurimo calore abundant, ii magna sunt voce praediti. Plurimus etenim aër frigidus inspiratur. Duorum vero magnorum magna quoque soboles existit.

Qui calido sunt ventriculo, frigidas habent carnes et graciles existunt. In iis venae prominentes apparent, et ad iram sunt proniores.

Per exuperantes terrae siccitates volucrum genus probe valet.

Videndum uter testis extra promineat, quod τράγος Graecis dicitur. Quod si dexter, mas, si vero sinister, femina portenditur.

Ed. Chart. IX. [505. 509.] Foes. II. 1181. 1184. Ed. Lind. I. (809. 810.)

[505] || Ὀφθαλμοὶ ὡς ἂν ἰσχύωσιν, οὕτω καὶ γυῖον, καὶ χροιὴ ἐπὶ τὸ κάκιον ἢ ἄμεινον ἐπιδιδοῖ. δίκαιον δὲ ὡς ἂν ἔχῃ ἡ τροφὴ, οὕτω καὶ τὸ ἔξω ἕπεσθαι.

Σημεῖα θανατώδη, ἀνὰ δέρμα, ῥῖνα θερμὸς ἀτμὸς, πρότερον δὲ ῥὶς ψυχρὸν πνεῦμα ἀφίησιν. τὰ ζωτικὰ ἐναντία.

Πόνοι σιτίων ἡγείσθωσαν.

[509] || [Τμῆμα πέμπτον.] Νούσων φύσιες ἰητροί.

Ἀνευρίσκει ἡ φύσις αὐτὴ ἑωυτῇ τὰς ἐφόδους οὐκ ἐκ διανοίης, τὰ μὲν οἷον τὸ σκαρδαμύσσειν, τὰ δὲ καὶ ἡ γλῶσσα ὑπουργέει, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. ἀπαίδευτος ἡ φύσις ἐοῦσα καὶ μαθοῦσα τὰ δέοντα ποιέειν.

Δάκρυα, ῥινῶν ὑγρότης, πταρμοὶ, ὠτὸς ῥύπος, στόματος, σιάλου ἀναγωγὴ, πνεύματος εἴσοδος, ἔξοδος, (810) χάσμη, βὴξ, λὺγξ, οὐ τοῦ αὐτέου παντάπασι τρόπου.

Οὔρου ἄφοδος καὶ φύσης καὶ ταύτης τῆς ἑτέρης τροφῆς καὶ πνοιῆς, καὶ τοῖσι θήλεσιν ἃ τούτοισι καὶ κατὰ

Oculi ut valuerint, ita et totum corpus. Color quoque ad deterius aut melius confert. Aequum est autem, prout se habuerit alimentum, ita etiam externas corporis partes affectas esse.

Inter lethalia signa numeratur calidus vapor per cutem emanans, si prius nares spiritum frigidum emiserint. Vitalia vero contra se habent.

Cibos labores praecedere oportet.

[*Sectio quinta.*] Morbis naturae medentur.

Natura ipsa sibi per se, non ex consilio motiones ad actiones obeundas invenit, partim quidem, ut nictare, partim vero etiam quibus lingua subservit, et quaecunque alia id genus. A nullo quidem edocta natura, citraque disciplinam ea quae conveniunt efficit.

Lacrimae, narium humor, sternutationes, aurium sordes, oris salivatio, sputi eductio, spiritus ingressus, exitus, oscitatio, tussis, singultus non eodem prorsus modo fiunt.

Considerandа quoque sunt urinae secessus et flatus, hujusque alterius excretio, alimenti et transpirationis actio:

τὸ ἄλλο σῶμα, ἱδρῶτες, κνησμοὶ, σκορδινιασμοὶ, καὶ ὅσα τοιαῦτα.

Ἀνθρώπου ψυχὴ ἀεὶ φύεται μέχρι θανάτου. ἢν δὲ ἐκπυρωθῇ ἅμα τῇ νούσῳ καὶ ἡ ψυχὴ, τὸ σῶμα φέρβεται.

[519] Νοῦσοι ξύντροφοι ἐν γήραϊ, καὶ διὰ πεπασμὸν λείπουσι, καὶ διὰ λύσιν, καὶ δι᾽ ἀραίωσιν.

Ἴησις ἀντίνοον μὴ ὁμονοεῖν τῷ πάθει, τὸ ψυχρὸν καὶ ἐπικουρέει καὶ κτείνει ὁκόσα ἐκ θερμοῦ.

Ὀξυθυμίη ἀνασπᾷ καρδίην καὶ πνεύμονα εἰς ἑωυτὰ, καὶ ἐς κεφαλὴν τὰ θερμὰ καὶ τὸ ὑγρόν. ἡ δ᾽ εὐθυμίη ἀφίει καρδίην.

Πόνος τοῖσιν ἄρθροισι καὶ σαρκὶ, σῖτος, ὕπνος σπλάγχνοισι.

Ψυχῆς περίπατος φροντὶς ἀνθρώποισιν.

Ἐν τοῖσι τρώμασι τὸ αἷμα ξυντρέχει, βοηθητέον ὡς τὸ κενὸν πληρωθῆναι.

et mulieribus, quae iis insunt, quaeque in toto corpore accidunt, sudores, pruritus, pandiculationes et quaecunque id genus.

Humanus animus ad mortem usque perpetuo producitur. Quod si una cum morbo incensus fuerit, tum etiam ipse corpus depascitur.

Morbi una nobiscum educati in senectute et maturatione et solutione et rarefactione desinunt.

Medicatio est obluctantem esse neque consentientem affectui. Sic frigidum et auxilio est, et quae a calido sunt, tollit.

Praeceps atque acerba iracundia cor et pulmonem in sese et ad caput calorem et humorem attrahit. Animi autem tranquillitas cor relaxat.

Labor articulis et carnibus confert, visceribus vero cibus et somnus.

Cura ac meditatio hominibus pro animi exercitatione est.

Ad vulnera sanguinis concurrit, succurrendum igitur ut vacuum expleatur.

[524] Ἢν οὖς ἀλγέει, εἰρίον περὶ τὸν δάκτυλον ἑλίξας ἐγχεῖν ἄλειφα θερμὸν, ἔπειτα ἐπιθεὶς εἴσω ἐν τῷ θέναρι τὸ εἰρίον τὸ οὖς ὑπερθεῖναι ὡς δοκέῃ τί οἱ ἐξιέναι. ἔπειτα ἐπὶ πῦρ ἐπιβάλλειν ἀπάτη.

|| Γλῶσσα οὖρον σημαίνει, χλωραὶ γλῶσσαι χολώδεες, τὸ δὲ χολῶδες ἀπὸ πίονος. ἐρυθραὶ δὲ ἀφ᾽ αἵματος, μέλαιναι δὲ ἀπὸ μελαίνης χολῆς, αὖαι δὲ ἀπὸ ἐκκαύσιος λιγνυώδεος καὶ μητρῴου μορίου, λευκαὶ δὲ ἀπὸ φλέγματος.

Οὖρον ὁμόχροον βρώματι καὶ πόματι καὶ ὡς ἔσωθεν ἐὸν, ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ ξύντηξις.

Γλῶσσα (811) ὁμόχρους τῇσι προστάσεσι, διὸ ταύτῃ γινώσκομεν τοὺς χυμούς.

Ἢν ἁλμυραὶ σάρκες γευομένῳ, περισσώσιος σημεῖον.

Ἢν τῶν μαζῶν αἱ θηλαὶ καὶ τὸ ἐρυθρὸν χλωρὸν ᾖ, νοσῶδες τὸ ἄγγος.

Ἀνθρώποις ὁ ἐν τοῖσιν ὠσὶ ῥύπος ὁ μὲν γλυκὺς θανάσιμος, ὁ δὲ πικρὸς οὔ.

In auris dolore, lana digito circumvoluta, unguen calidum instilla, deinde interiori manus volae lana imposita, auri supponito, ut aliquid ipsi exire videatur, deinceps in ignem immittito. In quo tibi aeger ipse fallendus est.

Lingua humorum serum quale sit indicat. Pallidae quidem linguae ex bilis redundantia fiunt, biliosum autem a pingui. Rubicundae vero a sanguine, nigrae ab atra bile, valde resiccatae ex succensa fuligine et utero, albae autem ex pituita.

Urina cibi et potus colorem refert, estque veluti humoris in corpore colliquatio.

Lingua humorum praestantiam colore refert, ideoque per hanc ad humorum dignotionem pervenimus.

Carnes gustanti salsae supervacaneam quandam copiam indicant.

Si mammarum papillae et rubra circa eas circumferentia pallida fuerit, morbosum esse uteri conceptaculum significatur.

Aurium sordes hominibus dulcis quidem letalis, amara vero minime.

Γῆν μεταμείβειν σύμφορον ἐπὶ τοῖσι μακροῖσι νουσήμασιν.

Τὰ ἀσθενέστερα σιτία ὀλιγοχρονίαν βιοτὴν ἔχει.

[530] Κεδμάτων τὰς ἐν τοῖσιν ὠσὶν ὄπισθεν φλέβας σχάζειν.

Λαγνείη τῶν ἀπὸ φλέγματος νούσων ὠφέλιμον.

Θερμοκοιλίοισιν ἰσχυρὰ ποτὰ ἢ βρωτὰ, ταρακτικά.

Μελαίνης χολῆς, ὡς ὅμοιον αἱμοῤῥοΐδι.

Τὰς ἐπαυξέας νόσους, μίξις.

Ψῦξις τὰ κατὰ κοιλίην σκληρύνει, μίξις τὰ κατὰ τὴν γαστέρα σκληρύνει.

Ἐλλέβορον πιόντα θᾶσσον καθαίρειν ἢν θέλῃς, λούειν ἢ φαγεῖν.

Τὸ αἷμα ἐν ὕπνῳ εἴσω μᾶλλον φεύγει.

Ῥῖγος ἀπὸ τῆς ἄνω κοιλίης, πῦρ δὲ ἀπὸ τῆς κάτω μᾶλλον.

In longis morbis ſolum vertere conducit.

Imbecilles cibi brevem vitam praeſtant.

In diuturnis circa articulos praecipueque coxendicem deſluxionibus, quae κέδματα Graecis dicuntur, venas in auribus poſteriores pertundere oportet.

Veneris uſus morbis a pituita confert.

Valentes cibi aut potus eos qui calido ſunt ventriculo perturbant.

In profluvio quod fit per ora venarum in ano ſanguinem fundere ſolita, Graeci haemorrhoida dicunt, velut quidam atrae bili affine effluit.

Morbos qui temporis ſucceſſu augentur et deteriores fiunt, coitus laedit.

Refrigeratio quae in ventre continentur indurat. Coitus quae ventre continentur indurat.

Veratrum epotum ſi celerius purgare voles, lavare aut cibum ſumere oportet.

Per ſomnum ſanguis ad interiora magis ſe recipit.

Ex ſuperioribus ventris partibus rigor, ſebris vero ex inferioribus fere ortum ducit.

Ed.Chart.IX.[530.537.540.] Foëſ.II.1185.1190. Ed.Lind.I.(811.812.)

Ἐπισπασμὸς ἢν πνεύμων ξηρὸς ἢ ὑγρὸν καῦμα, ὑπέριτον ξηραίνει καὶ ὕπνος πουλύς.

Ψυχρότατον βρῶμα φακοὶ, κέγχροι, κολοκύνται.

[537] Ἕλκεα ἐκφύουσιν ἢν ἀκάθαρτος ἐὼν πονήσῃ.

Γυνὴ, αἴξ, ἐλατήριον ἢ σίκυον ἄγριον βεβρωκυῖαι καὶ παιδίοισι κάθαρσις.

Ἐνθέρμῳ βρωθὲν ἔσωθεν ψύξις, ἔξωθεν πόνος, ἡλίῳ, πυρὶ, ἐσθῆτι ἐν ὥρῃ θερινῇ. τῷ δὲ ἐναντίῳ ὡς ἐναντίως.

Βρώματα τὰ μὲν ταχέως κρατεῖται, τὰ δ' ἐναντίως.

[540] || [Τμῆμα ἕκτον.] Σάρκες ὁλκὴ καὶ ἐκ κοιλίης καὶ (812) ἔξωθεν δῆλον ἡ αἴσθησις ὡς ἔκπνοον καὶ εἴσπνοον ὅλον τὸ σῶμα.

Ἐνθερμότερον φλέβιον αἵματος πλήθει ἀνίσχει τὸ καυσῶδες, καὶ εὐθὺς ἀποκρίνει.

Aëris per inſpirationem attractio fit ubi pulmo ſiccus fuerit aut aeſtum conceperit. Immodice evacuatum etiam ſomnus multus exiccat.

In frigidis cibis annumerantur lentes, milium, cucurbitae.

Ulcera erumpunt ubi quis non purgatus exercitatione utatur.

Si mulier aut capra cucumeris agreſtis ſuccum, elaterium dicunt, aut cucumim ſilveſtrem devorarint, etiam pueri purgantur.

Impenſe calido corpori cibo interna refrigeratio comparatur, ſole, igne, veſtitu, aeſtivo tempore, externa noxa. Contrario vero ſic contraria conveniunt.

Ex cibis hi quidem celeriter ſuperantur, illi vero contra.

[*Sectio ſexta.*] Carnes et ex ventre et extrinſecus attrahunt. Indicat autem ſenſus ipſe corpus totum tam foras quam intro ſpirabile eſſe.

Venula ſanguinis multitudine calidior effecta aeſtuoſum quiddam producit, confeſtimque excernit.

Καὶ οἷσι τὸ μὲν πῖον, χολὴ ξανθὴ, τὸ δ᾽ αἷμα μέλαινα.

Γνώμης, μνήμης, ὀδμῆς, τῶν ἄλλων καὶ πείνης, ὀργάνων ἄσκησις.

Πόνοι, σιτία, ποτὰ, ὕπνος, ἀφροδίσια μέτρια.

Ὁ ἐνψυχρότερος ἐν ψυχρῇ ὥρῃ καὶ χώρῃ ἐνθερμότερος ἔσται.

Ὀδυνέων τὴν ἐγγύτατα κοιλίην καθαίρειν, αἵματος δὲ κοιλίην διαιρεῖν. καῦσις, τομὴ, θάλψις, ψύξις, πταρμοὶ, φυτῶν χυμοὶ ἐφ᾽ ὧν τὴν δύναμιν ἔχουσι καὶ κυκεών. κακούργων, γάλα, σκόροδον, οἶνος ἀπεζεσμένος, ὄξος, ἅλες.

[549] *Ἄνθρωπος ἐκ κόπων, ἐξ ὁδοῦ, ἀδυναμίη, βάρος, ἀνέπτυεν, ἔβησσε γὰρ ἐκ κορυφῆς. πυρετὸς ὀξὺς ὑποδάκνων πρὸς χεῖρα, δευτεραίῳ δὲ καρηβαρίη, γλῶσσα ἐπεκαύθη, ῥὶς ὀνυχογραφηθεῖσα. οὐχ ἡμοῤῥάγησεν. ἀριστερὸς σπλὴν μέγας καὶ σκληρὸς ὠδυνᾶτο.*

Et quibus quidem pingue abundat, bilis flava gignitur, quibus vero ſanguis, atra.

Mentis, memoriae, odoris, aliorumque et famis ac inſtrumentorum medico cura eſſe debet.

In labore, cibo, potu, ſomno, rebus venereis, modus adhibendus eſt.

Qui frigidior eſt, frigido anni tempore ac regione calidior erit.

In doloribus leniendis proximum ventrem purgare, ſanguinis vero ventrem ſecare oportet. Allevamentum quoque afferunt uſtio, ſectio, calefactio, perfrigeratio, ſternutamenta, plantarum ſucci, prout ipſorum facultas convenit et varia cyceonis mixtura, cinnum latini vocant. Malignorum remedia ſunt, lac, allium, vinum fervefactum, ſal, acetum.

Quidam ex via delaſſatus imbecillitate et gravitate correptus expuit. Tuſſis enim ex capitis vertice aderat, febris acuta ad manum aliquantulum mordens erat. Secundo vero die capitis gravitas erat, lingua exuſta eſt, nares unguibus ſculptae ſanguinem non profuderunt. Lien parte laeva tum magnus tum durus dolore tentabatur.

Οἱ ὑπὸ τεταρταίῳ ἁλισκόμενοι ὑπό τινος μεγάλης νούσου οὐχ ἁλίσκονται. ἢν δ᾽ ἁλίσκωνται πρότερον, ἐπιγένηται δὲ τεταρταῖος, παύονται.

Ἀνθ᾽ οἵων αἱ νοῦσοι.

Ἡ χολὴ, οἷον εἶπον περὶ τῶν ὀρνίθων ὅτι χολώδεες, ἡ θερμότης δριμύτητος σημεῖον.

Οἱ ὄχλοι, αἱ δίοδοι, ὅτι τοῖσι παρακρούουσι λήγουσιν ὀδύναι πλευρέων, ἔστι δ᾽ οἷσι πυρετοὶ, ἔστι δ᾽ οἷσιν οὔ· ἀλλὰ ξὺν ἱδρῶσιν, ἔστι δ᾽ οἷσι σὺν ὄχλῳ. ἔστι δ᾽ οἷσι καρφαλέον καὶ περιτεταμένον τὸ δέρμα καὶ ἁλμυρῶδες.

Αἱ ναρκώσιες οἷαι (813) ἐξ οἵων, καὶ οἷαι ᾧ τὸ ἰσχίον.

Αἱ οὐάτων, ἐξ οὐάτων τὰ πολλὰ θνήσκει τριταῖα.

Οἷσι μὲν δέρματα περιτείνεται καρφαλέα καὶ σκληρὰ ἄνευ ἱδρῶτος, οἷσι δὲ καὶ χαλαρὰ ξὺν ἱδρῶτι θνήσκουσιν.

Ἐν τοῖσι παλιμβόλοισιν αἱ μεταβολαὶ ὠφελέουσι.

Qui quartana vexantur non ullo magno aliquo morbo corripiuntur. Quod fi antea corripiantur, quartana fuccedente liberantur.

Pro quibus, quinam morbi fuccedant, confiderandum.

Bilis fit, velut de avibus dixi, quae et biliofae funt. Calor acrimoniam indicat.

Perturbationes ac morborum transitus videndi funt, nempe cum delirantibus laterum dolores ceffent, quibusdam etiam febres, quibusdam vero minime, fed una cum fudoribus, nonnullis quoque cum perturbatione. Eft ubi quibusdam cutis reficcata circumtenfa et fuliginofa evadit.

Torpores quinam et ex quibusnam fiant videndum et quales fint ei cui coxa doluit.

Inflammationes quae circa aures fiunt, et ipfarum quoque aurium inflammationes plerumque tertio die occidunt.

Quibus cutis arida et dura obtenditur, ii fine fudore, quibus vero etiam laxa, ii cum fudore moriuntur.

In morbis vagis et facile mutabilibus, mutationes ju-

τούτοισι μεταβάλλειν πρὶν κακοῦσθαι ἐς τὰ πρέποντα, οἷον Χερίωνι.

Τὰ ἐρεθιζόμενα ἐξ οἵων τὰ κερχνώδεα ὅριον.

Οἷσι μὲν ὑγιὲς καταλείπεται, κάτω ὑφιεμένης τῆς προφάσιος ἢ καθαίρων ἢ ἀποδέων ἢ ἐκβάλλων ἢ ἀποτάμνων ἢ ἀποκαίων ἔσω. οἷσι δὲ μὴ, οὔ.

Οἷσιν αἷμα ῥεῖ πολὺ ἐκ ῥινῶν, οἷσι μὲν ἄχροαι ἄκρητοι, τούτοισιν ὀλίγα ἀρήγουσιν· οἷσι δὲ ἐξέρυθροι χρῶτες, οὐχ ὁμοίως, καὶ οἷσι κεφαλαὶ εὔφοροι, ἀρήγει. οἷσι δὲ μὴ, οὔ.

Οἷσι ῥῖνες ὑγρόταται φύσει καὶ ἡ γονὴ ὑγροτέρη καὶ πλείων, ὑγιαίνουσιν οὗτοι νοσηλότερον. τοῖσι πλείστοισι δὲ οἷσιν ὑπὸ νόσου τἀναντία.

Τὰ στρογγυλώμενα πτύαλα παρακρουστικὰ, οἷον τῷ ἐν Πλινθίῳ, τούτῳ ἡμοῤῥάγησεν ἐξ ἀριστεροῦ καὶ ἐλύθη πεμπταίῳ.

vant. Sed mutationes ad loca convenientia fieri oportet prius quam vitium aliquod contrahatur, quale quid Cherioni accidit.

Confiderandae veniunt irritantes fluxiones, ex quibus in vocem ftridulam ex faucium afperitate definant.

Quibus quidem quod fanum eft relinquitur, caufa per inferiora fubducta aut purgare aut deligare aut ejicere aut fecare aut urere oportet. Quibus vero nihil tale fit, nil moliri opus eft.

Quibus fanguis multus ex naribus profluit, fi quidem immoderatae decolorationes adfunt, iis parum conferunt. Qui vero praerubro funt colore non eodem modo afficiuntur. Et quibus caput facile tolerat, prodeft, quibus vero fecus, minime.

Quibus nares natura humidiores, et femen genitale humidius ac copiofius, ii minus falubriter degunt. Plurimi autem, quibus ex morbo iftud accidit, contra fe habent.

Sputa rotunda delirium portendunt, qualia vifa funt ei qui in Plinthio decumbebat, cui poftquam fanguis e nare finiftra profluxit, die quinto abfolutus eft.

Ed. Chart. IX. [549.] Foëſ. II. 1191. Ed. Lind. I. (813. 814.)

|| Οὖρον πολὺν ὑπόστασιν ἔχον ῥύεται τὰς παρακρούσιας, οἷον καὶ τὸ τοῦ Δεξίππου μετὰ μάδησιν.

Οὐ πρόσω ἐνιαυτοῦ τεταρταῖος.

Ὦτα τοῦ θέρεος ῥήξιες πεμπταίοισιν. ἔστι δ' ὅτε καὶ μακρότερα τὰ παρὰ τὰ οὖλα καὶ αἱ κατὰ ῥῖνας ἐμπυήσιες.

Οἷσιν ἐπὶ ὀδόντων ὀδύνης ἀπὸ ὀφρύος λεπτὰ ἔρχεται, τούτοισιν ἀπὸ πεπέρεως εὖ ἐνεργασθέντος πα(814)χύτερα τῇ ὑστεραίῃ ἔρχεται, ἢν καὶ τὰ ἄλλα μὴ κρατήσῃ. Ἡγησίππῳ γὰρ τὸ ὑπνικὸν ἐντεῦθεν οὐκ ἐκράτησεν, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ προσεκαλέσθη βιαιότερον.

Τὴν ἀπὸ κεφαλῆς ὀστέων φύσιν, ἔπειτα νεύρων καὶ φλεβῶν καὶ σαρκῶν καὶ τῶν ἄλλων χυμῶν καὶ τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω κοιλιῶν καὶ γνώμης καὶ τρόπων καὶ τῶν κατ' ἐνιαυτὸν γινομένων. ὥρῃ τινὶ τότ' ἐπὶ πρωϊΐτερον τοῦ ἔτεος, οἷον ἐξανθήματα καὶ τὰ τοιαῦτα ὅμοιον τοῖσι καθ' ἡμέρην πρωϊΐτερον λαμβανομένοισιν ἢ ὀψίτερον.

Urina multum habens ſedimentum deliria tollit, qualis etiam Dexippi fuit poſt capillorum deſluvium.

Non ante annum quartana deſinit.

Aeſtate in aurium inflammationibus quinto die eruptiones fiunt, eſt ubi etiam longius perdurant. Sic et quae circa gingivas et nares ſuppurationes contingunt.

Quibus ex dentium dolore tenuia a ſuperciliorum parte procedunt, iis a pipere probe infixo craſſiora poſtridie prodeunt, ſi praeſertim alia non evicerint. Hinc namque medicamentum ſoporiſerum Hegeſippo non obtinuit, quin potius etiam vehementius accerſivit.

Ex capite oſſium natura aeſtimanda eſt, tum etiam nervorum, venarum, carnium, reliquorumque humorum, ac ſuperiorum et inſeriorum ventriculorum, mentisque et morum. Ex his etiam quae per annum fiunt, videndum quod quadam anni parte tum etiam maturius contingunt, veluti puſtulae et quae ſunt ejusmodi, haud aliter quam in iis quae quotidie citius aut tardius corripiuntur.

Ed. Chart. IX. [549.] Foës. II. 1191. 1193. Ed. Lind. I. (814)

Ὡσαύτως τὸ ἐπίχολον καὶ ἔναιμον σῶμα μελαγχολικὸν, μὴ ἔχον ἐξεῤῥώσιας.

Λυκίνῳ τὰ ὕστατα σπλὴν μέλας ὀδυνώδης, ἐν τῇ τετάρτῃ ἢ τῇ πέμπτῃ.

|| [Τμῆμα ἕβδομον.] Βῆχες ἤρξαντο περὶ ἡλίου τροπὸς τὰς χειμερινὰς ἢ πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ ἢ εἰκοστῇ ἡμέρῃ ἐκ μεταβολῆς πυκνῆς νοτίων καὶ βορείων καὶ χιονωδέων. ἐκ τούτων τὰ μὲν βραχύτερα, τὰ δὲ μακρότερα ἐγίνετο, καὶ περιπλευμονικὰ συχνὰ μετὰ ταῦτα. πρὸ ἰσημερίης αὖθις ὑπέστρεφε τοὺς πλείους ὡς ἐπιτοπολὺ τεσσαρακοσταίους ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, καὶ τοῖσι μὲν βραχέα πάνυ καὶ εὔκρητα ἐγίνετο, τοῖσι δὲ φάρυγγες ἐφλέγμηναν, τοῖσι δὲ κυνάγχαι, τοῖσι δὲ παραπληγικὰ, τοῖσι δὲ νυκτάλωπες, μᾶλλον δὲ παιδίοισι. περιπλευμονικὰ δὲ πάνυ βραχέα ἐγένετο. φάρυγγες δὲ βήξασι τὸ ὕστερον, ἢ πάνυ βραχὺ ἀντὶ τῆς βηχὸς ἐγίνοντο. φάρυγ-

Itidem considerandum corpus biliosum et sanguine praeditum atram bilem plurimam gignere, nisi effluvia habeat.

Lycino tandem lien intumuit cum dolore die quarto aut quinto.

[*Sectio septima.*] Circa brumam decimo quinto aut vigesimo die ex crebra australium ac borealium ventorum nivosorumque temporum mutatione tusses ceperunt, quae quidem partim breviores, partim vero longiores extiterunt. Postea quoque crebrae pulmonum inflammationes contigerunt. Rursus ante aequinoctium plerisque reversiones fiebant, quadragesimo ut plurimum ab initio die. Et nonnullis quidem breves admodum ac indicatu faciles extiterunt, quibusdam vero faucium inflammationes aderant, aliis anginae, quibusdam etiam partium siderationes, aliis quoque, praecipue vero pueris, nocturnae coecitudines, quas nyctalopas vocant, eveniebant. Pulmonis autem inflammationes breves admodum fuerunt. Faucium quoque inflammationes tandem tussientibus, aut omnino parum pro tussi fiebant, eaeque breves erant, praecipue vero noctur-

γες δὲ βραχέαι, μᾶλλον δὲ νυκτάλωπες. κυνάγχαι δὲ καὶ παραπληγικὰ ἢ σκληρὰ καὶ (815) ξηρὰ ἢ σμικρὰ καὶ ὀλιγάκις ἀνάγουσαι πέπονα. ἔστι δ' οἷσι καὶ κάρτα. οἱ μὲν οὖν ἢ φωνῇσι πλέον ταλαιπωρήσαντες ἢ ῥιγώσαντες εἰς κυνάγχας μᾶλλον ἐτελεύτων. οἱ δὲ τῇ χειρὶ πονήσαντες ἐς χεῖρας μόνον παραπληγικοὶ, οἱ δ' ἱππεύσαντες ἢ πλείω ὁδοιπορήσαντες ἢ ἄλλο τι τοῖσι σκέλεσι ταλαιπωρήσαντες, τουτέοισι δὲ ἐς ὀσφῦν ἢ σκέλεα ἀκρασίαι παραπληγικαὶ, καὶ ἐς μηροὺς καὶ κνήμας κόπος καὶ πόνος. σκληρόταται δὲ καὶ βιαιόταται αἱ ἐς τὰ παραπληγικὰ ἄγουσαι. πάντα δὲ ταῦτα ἐπὶ τῇσιν ὑποστροφῇσιν ἐγένετο, ἐν ἀρχῇσι δὲ οὐ μάλα. πολλοῖσι δὲ τούτων ἀνῆκαν μὲν αἱ βῆχες ἐν τῷ μέσῳ, ἐξέλιπον δὲ τελέως οὔ. ἀλλὰ συνῆσαν τῇ ὑποστροφῇ, οἷσι φωναὶ ἀπεῤῥήγνυντο ἐς τὸ βηχῶδες τούτων οἱ πλεῖστοι οὐδὲ ἐπυρέταινον, οἱ δέ τινες βραχέα. ἀτὰρ οὐδὲ περιπλευμονικὰ ἐγίνετο || τούτων οὐδενὶ οὐδὲ παραπληγικὰ οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν ἐσημάνθη, ἀλλ' ἐν τῇ φωνῇ μόνῃ ἐκρίνετο. τὰ δὲ νυκταλω-

nae coecitudines. Anginae autem et partium ſiderationes aut durae et ſiccae erant aut parvae et raro matura educentes. Nonnullis vero multum etiam educebatur. Qui igitur plus voce laborabant aut rigore corripiebantur, iis tuſſes in anginas potiſſimum deſinebant. Qui vero manu laborabant, manuum tantum reſolutiones habuerunt. Qui autem equitarunt aut plurimum viae confecerunt aut alioqui cruribus laborarunt, iis lumborum aut crurum impotentiae ex reſolutione obortae ſunt, et femorum ac tibiarum laſſitudo et dolor. Duriſſimae autem et vehementiſſimae tuſſes erant, quae ad partium ſiderationes deducebant. Iſta quidem omnia in reverſionibus fiebant, per initia vero non admodum. Atque horum plerisque tuſſes in medio remiſerunt, penitus autem non reliquerunt, ſed cum reverſione adſuerunt. Quibus vox tuſſi abrumpebatur, eorum plurimi non febricitarunt, quidam vero brevi intervallo. Sed neque pulmonis inflammationes neque partium ſiderationes horum cuiquam contingebant, neque aliud quicquam de ſe ſignificationem edidit, verum in voce ſola judicio decerne-

πικὰ ἱδρύετο, ὡς καὶ τὰ ἐξ ἄλλων προφασίων γινόμενα. ἐγίνετο δὲ νυκταλωπικὰ τοῖσι παιδίοισι μάλιστα. ὀμμάτων δὲ τὰ μέλανα ὑποποίκιλα ὅσα τὰς μὲν κόρας σμικρὰς ἔχει, τὸ δὲ ξύμπαν μέλαν ὡς ἐπιτοπολύ. μεγαλόφθαλμοι δὲ μᾶλλον, καὶ οὐ σμικρόφθαλμοι, καὶ ἰθύτριχες οἱ πλεῖστοι καὶ μελανότριχες.

Γυναῖκες δὲ οὐχ ὁμοίως ἐπόνησαν ὑπὸ τῆς βηχὸς, ἀλλ' ὀλίγαι τε ἐπυρέτηναν, καὶ τούτων πάνυ ὀλίγαι ἐς τὸ περιπλευμονικὸν ἦλθον καὶ (816) αὗται πρεσβύτεραι, καὶ πᾶσαι περιεγένοντο. ᾐτιώμην καὶ τοῦτο καὶ τὸ μὴ ἐξιέναι ὁμοίως ἀνδράσι καὶ ὅτι οὐδαμῶς ὁμοίως ἀνδράσιν ἁλίσκονται. κυνάγχαι δὲ ἐγίνοντο μὲν καὶ ἐλευθέρῃσι δισσῇσι, καὶ αὗται τοῦ εὐηθεστάτου τρόπου. περισσοτέρως δὲ δούλῃσι, ὅσῃσί τε ἐγίνοντο βιαιόταται, καὶ ταχύταται ἀπώλλυντο. ἀνδράσι δὲ πολλοῖσιν ἐγίνοντο, καὶ οἱ μὲν διέφυγον, οἱ δὲ ἀπώλλυντο. τὸ δὲ ξύμπαν οἱ μὲν δυνάμενοι καταπίνειν μοῦνον πάνυ

batur. Nocturnae autem coecitudines ac nyctalopicae affectiones firmae et stabiles erant, velut quae aliis ex causis ortum habebant eaeque pueris maxime fiebant. Oculorum vero nigra aliquantulum varia erant, eorum quidem qui pupillas parvas habebant. Atque in totum niger ut plurimum oculus erat. Magnos vero potius quam parvos oculos habebant, et plurimi capillis passis et nigris erant.

Caeterum mulieres non aeque ac viri tussi conflictabantur, sed paucae etiam febricitarunt, earumque valde paucae ad pulmonis inflammationem devenerunt, eaeque grandes natu et omnes evadebant. Cujus rei causam esse existimabam, quod non perinde atque viri in publicum prodirent, et quod nequaquam pariter ac viri morbis tentantur. Anginae autem liberis quidem duabus obortae sunt, eaeque mitissimae, servis vero exuberabant, et quibus vehementissimae contingebant, eae etiam celerrime peribant. Viris quoque pluribus obtigerunt, atque hi partim quidem evaserunt, partim vero perierunt. In summa iis quidem, qui deglutire solum non poterant, mites admodum ac toleratu faciles erant. Qui vero praeter haec etiam obscurius lo-

Ed. Chart. IX. [549.] Foëſ. II. 1194. Ed. Lind. I. (816, 817.)
εὐήθη καὶ εὔφορα, οἱ δὲ καὶ διαλεγόμενοι πρὸς τούτοισιν ἀσαφέως καὶ ὀχλωδέστερα καὶ χρονιώτερα. οἷσι δὲ καὶ φλέβες αἱ περὶ κρόταφον καὶ αὐχένα ἐπαίροντο ὑποπόνηρα, οἷσι δὲ καὶ πνεῦμα ξυνεμετεωρίζετο κάκιστον, οὗτοι γὰρ καὶ ἐπεχλιαίνοντο· ὡς γὰρ γέγραπται, οὕτως αἱ ξυγκληρίαι τῶν παθημάτων ἦσαν. τὰ μὲν πρῶτα γεγραμμένα καὶ ἄνευ τῶν ὑστέρων γεγραμμένων ἐγίνετο, τὰ δ᾽ ὕστερον οὐκ ἄνευ τῶν προτέρων. τάχιστα ἔθνησκον, ὅτ᾽ ἐπεῤῥιγώσειαν πυρετώδει ῥίγει. τούτους οὐδὲ ἀναστάσει πιεζομένους οὐδὲν ἄξιον λόγου ὠφέλει, οὔτε γαστρὸς ταραχὴ οὔτε φλεβοτομίη, ὅσα ἐπειράθην. ἔταμον δὲ καὶ ὑπὸ γλῶσσαν, οὓς δὲ καὶ ἄνω ἐφαρμάκευσα. ταῦτα μὲν οὖν καὶ διὰ παντὸς ἐν τῷ θέρει, ὡς δὲ καὶ τὰ ἐπιῤῥηγνύμενα πάμπολλα. πρῶτον μὲν ἐν τοῖσιν αὐχμοῖσιν ὀφθαλμίαι ἐπεδήμησαν ὀδυνώδεες.

Αἵματος φλεβῶν στάσιες, λειποθυμίη, σχῆμα, ἄλλη ἀπόλη(817)ψις, μοτώματος ξυστροφὴ, πρόσθεσις, ἐπίδεσις.

quebantur, iis tum moleſtiores, tum diuturniores fuerunt. Aliquantum etiam malae erant, quibus venae circa tempora et cervicem in tumorem attollebantur. Peſſimae vero quibus etiam una ſpiratio ſublimis erat, hi namque etiam incaleſcebant. Ac veluti ſcriptum eſt, ita affectuum commercia ſe habebant. Qui quidem primum deſcripti ſunt, etiam ſine poſterioribus contingebant: qui vero poſterius, non ſine prioribus. Celerrime interibant ubi cum febre ſubinde rigore correpti eſſent. His neque per medicamenta quae humores ſuis ſedibus ſubmovent, compreſſis, ullum effatu dignum auxilium allatum eſt, neque alvi perturbatio neque venae ſectio juvit, quae ipſe tentavi. Incidi etiam venam ſub lingua, et quosdam ex ſuperioribus partibus *purgavi. Atque haec quidem etiam omnino aeſtate contigerunt, veluti quoque quae proruperunt plurima. Ac primum quidem per ſqualores, lippitudines cum dolore populariter graſſatae ſunt.

Sanguinem e venis profluentem ſiſtunt, animi deliquium, figura aliorſum tendens, venae interceptio, linamentum contortum, appoſitio, deligatio.

Ed. Chart. IX. [549.] Foës. II. 1194. Ed. Lind. I. (817.)

Ἐβουβωνοῦτο τὰ πλεῖστα, διότι ἡπατῖτις. ἦν δὲ καὶ ἀπὸ ἀρτηρίης κακωθείσης κακὸν σημεῖον, οἵως Ποσειδωνίῃ.

Οἱ αἱμοῤῥαγοῦντες τελευτῶντες οὐκ ἐφίδρωσαν μέτωπον, ἀλλ' οἷα ξυμπεπτωκότες, καὶ οἱ πνευματίαι, καὶ οἱ ὑπὸ ἱδρώτων ὀλλύμενοι πονηρόν.

Τῶν γαστέρων αἱ εὐφορίαι ταραχὴν φέρουσιν οἷον Ποσειδωνίῃ, καὶ τὰ θηρία οἷα ἐνεποίει. ἐν τῷ λεπτυσμῷ ἡ περίτασις πρὸ τῆς τελευτῆς, καὶ ὁ ὀμφαλὸς πρόσμακρος εἱλκύσθη αὐτῇ, καὶ οὔλων ἐφελκώσιες τῶν ἐπιόντων ἐπὶ ὀδόντα.

Ὅτι πολλὰ περὶ ἑκάστου ἔστιν ὀρθῶς ἐντείλασθαι, τὰ μὲν ταῦτα δυνάμενα, τὰ δὲ οὔ· οἷον ἐστὶ τὰ τοιάδε, διαχυθῆναι, ἐπιλυθῆναι καὶ ἐξαχθῆναι καὶ σκληρυνθῆναι καὶ πεπανθῆναι, καὶ ὅπου κλίνειν διώσασθαι. τοὺς ἀτολμέοντας δέον μεταβολῇ ἀνεγείρειν κατατεναρκωμένους, ἃ ὑστεραίουσιν.

Glandularum tumores maxima ex parte ſuboriebantur, quod jecoraria vena affecta eſſet. Quod ſi ab arteria male affecta fierent, malum ſignum erat, quale quid Poſidoniae contigit.

Qui ſanguinis profluvio vitam cum morte commutabant, tenuem circa frontem ſudorem non habuerunt, ſed ſimilia iis, quibus moles corporis concidit, paſſi ſunt. Quin et anhelatores et qui cum ſudoribus peribant, male habuerunt.

Conſiderandum eſt ventres quosdam perturbationem facile ferre, quale quid in Poſidonia viſum eſt. Quin etiam videnda fuerunt quaenam interaneorum animalia inducerent. In extenuatione circumtenſio ante obitum facta eſt, et umbilicus prominens ipſi eſt exulceratus, et gingivarum dentibus inſtantium exulcerationes affuerunt.

Videndum quoque eſt multa de unoquoque recte praecipi poſſe, partim quidem eadem facultate, partim vero minime, qualia ſunt ejusmodi, diffundi, diſſolvi, educi et indurari ac maturari. Conſiderandum etiam ubi opus eſt timidos a lecto protrudere et mutatione excitare, torpentes, ad ea quae cunctanter agunt.

Ed. Chart. IX. [549.] Foëf. II. 1195. Ed. Lind. I. (817. 818.)

|| Ὑδατώδεας θᾶσσον τάμνειν, φθίνοντας καίειν αὐτίκα, πρίειν κεφαλὴν, τα τοιαῦτα τῶν ὑδατουμένων μὴ ψαύειν ἤτρου μηδὲ τῶν ἔσω, ὅμοιον γὰρ τοῖσι πολλοῖσι γούνασι.

Τὰ παρὰ καρδίην Ξενάρχῳ, καὶ θερμὸν ἅλες εὔπνεῖν, καὶ τὸ ἕλκος ἀντὶ τῆς κενώσιος θάλπειν ἀρχῆθεν.

Φωνὴ οἵη γίνεται ὀργιζομένοισιν ἢν τοιαύτη ᾖ μὴ ὀργιζομένῳ φύσει ᾖ, καὶ ὄμματα οἷα ἂν ᾖ φύσει ταραχώδεα οἷα ὅταν ὀργίζονται οἱ μὴ τοιοῦτοι, καὶ τἄλλα κατὰ λόγον τῶν νούσων, οἷον τὸ φθινῶδες ποιέει τὸ εἶδος, ἢν (818) τοιοῦτος φύσει ὑπάρξῃ, ἐς τοιοῦτον νόσημα παρέσται, καὶ τἄλλα οὕτως.

Αἱ βῆχες κοπιώδεες καὶ ἅπτονται τῶν σιναρῶν, ἀτὰρ καὶ μάλιστα ἄρθρων. ἀτὰρ καὶ ἐν τοῖσι κοπιώδεσι πυρετοῖσι βῆχες ξηραὶ γίνονται, αἱ ξηραὶ βῆχες ἄρθρα στηρίζουσι ξὺν πυρετῷ, ἢν ἐγκαταλίπωνται.

Τὰ πνεύματα τοῖσι φθινώδεσι τὰ ἄσημα κακὸν, καὶ

Aqua inter cutem laborantes cito incidere oportet, tabefcentes confeftim urere, caput fecare. At ifta in aqua intercute fuffufis animadvertenda funt, ne cujus venter aut interiora ferro contingantur. Perinde enim ac in multis genibus accidit.

In affectibus circa os ventriculi, perinde ac Xenarcho contigit, fufficienter calidum infpirare convenit, et evacuationis loco ulcus ab initio calidis fovere.

Confiderandum qualis vox eft iratis, num talis non irato a natura fuerit. Atque oculi quales a natura fuerint, num turbulenti, quales habent cum irafcuntur, qui tales non funt, caeteraque id genus pro morborum ratione, velut fi quis tabificam formam inducit, num talis a natura aeger fuerit, ut in hunc morbum incurrat, caeteraque hujusmodi.

Tuffes quae laffitudinis fenfum inducunt, etiam partes laefas, fed et praecipue articulos contingunt. Quin etiam in febribus cum laffitudinis fenfu tuffes ficcae fiunt, quae fi intus relinquantur, una cum febre in articulos firmantur.

Tabefcentibus ac non parientibus fpiratio obfcura mala

τῇσι ἀτόκοισι, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ἀπὸ τῆς αὐτῆς καταστάσιος.

Τοῖσι φθίνουσι τὸ φθινόπωρον κακὸν, κακὸν δὲ καὶ τὸ ἔαρ, ὅταν τὰ τῆς συκῆς φύλλα κορώνης ποσὶν ἴκελα ᾖ.

Ἐν Περίνθῳ ἦρος οἱ πλεῖστοι, ξυναίτιον βὴξ χειμερινὴ ἐπιδημήσασα καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν ὅσα χρόνια. καὶ γὰρ τοῖσιν ἐνδοιαστοῖσιν ἐβεβαίωσαν. ἔστι δ᾽ οἷσι τῶν χρονίων οὐκ ἐγένοντο, οἷον τοῖσι τὰς νεφριτικὰς ὀδύνας ἔχουσιν. ἀτὰρ καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν, οἷον ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος πρὸς ὃν ὁ κυνίσκος ἤγαγέ με.

Τῶν ὀδυνέων καὶ ἐν πλευρῇσι καὶ στήθει, καὶ τοῖσιν ἄλλοισι τὰς ὥρας εἰ μέγα διαφέρουσι καταμαθητέον, ὅτι ὅταν βέλτιον ἴσχωσιν, αὖθις κάκιον ἴσχουσιν οὐχ ἁμαρτάνοντες.

|| [Τμῆμα ὄγδοον.] Ἐν τῇσι μακρῇσι δυσεντερίῃσιν αἱ ἀποσιτίαι κακὸν, ἄλλως τε καὶ ἢν ἐπιπυρετήνωσιν.

et quaecunque alia ejus eſt generis ex eadem conſtitutione proveniens.

Autumnus tabidis malus. Ver quoque etiam malum, cum ficus folia cornicis pedibus ſimilia fuerint.

In Perintho vere plurimi tabe laborarunt. Cujus rei ſimul in cauſa fuit tuſſis per hiemem populariter graſſata, ac in quibusdam morbi qui diutius traxerunt. In his enim qui ambigue ſe habebant, tabem confirmarunt. Interdum quoque in quibusdam diuturnis morbis tabes non fiebant, velut in his qui renum doloribus conflictabantur. Quin et quibusdam aliis idem contigit. In quorum numero ille extitit, ad quem me Cyniſcus deduxit.

In doloribus laterum, pectoris, aliarumque partium, tempora num multum inter ſe differant, animadvertendum, quando nimirum melius aut rurſus peius habeant, nihil in hoc delinquentes.

[*Sectio octavo.*] In diuturnis inteſtinorum difficultatibus ciborum faſtidia mala, idque maxime ſi febris acceſſerit.

Τὰ περιμάδαρα ἕλκεα κακοήθεα.

Ὀσφῦν ἀλγέοντι ἀναδρομὴ ἐς τὸ πλευρὸν, καὶ ἐκφύματα ἃ σὴψ καλεῖται.

Τὰ νεφριτικὰ οὐκ εἶδον ὑγιασθέντα ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτεα.

Τὰ ἐν τοῖσιν ὕπνοισι παροξυνόμενα, καὶ ὅσοις ἄκρεα περιψύχεται, καὶ ἡ γνώμη ταράσσεται, καὶ τἄλλα ὅσα περὶ ὕπνον τοιαῦτα καὶ οἷσι (819) τἀναντία.

Ὅσῃσι μὲν οὐδὲν εἴσω τοῦ τεταγμένου χρόνου ἑκάστῃσι, τὰ τικτόμενα ἀπόγονα γίνεται.

Τὰ ἐπιφαινόμενα ἐν οἷσι μησὶ γίνεται.

Ὑπόνοιαι ἐν περιόδοισιν ὅ τι ἐν ἑπτὰ κινέεται, ἐν τριπλασίῃ τελειοῦται, καὶ ὅ τι ἐν ἐννέα κινεῖται, ἐν τριπλασίῃ τελειοῦται.

Καὶ ὅτι μετὰ γυναικεῖα τὰ δεξιὰ, τὰ δ᾽ ἀριστερὰ χάσκων, ὑγρότης διὰ τῶν ἀπιόντων διαίτης ξηρῆς.

Ulcera undiquaque glabra, maligna.

Lumborum doloris ad latus recurſatio, et tubercula putrida, quae σὴψ dicuntur, malo ſunt.

Renum vitia ſupra quinquageſimum annum ſanata non vidi.

Animadvertenda ſunt quae per ſomnos ingraveſcunt, et quibus extrema perfrigeſcunt, mensque perturbatur, caeteraque id genus quae per ſomnos eveniunt, et quibus contra accidit.

Quibus certe nihil intra ſtatutum pariendi tempus accidit, iis ſingulis vitales partus exiſtunt.

Quae geſtationis tempore apparent in quos menſes incidant videndum.

Labores certis temporum circuitibus fiunt, et quicquid ſeptuaginta diebus movetur, ter iisdem in ſeſe ductis perficitur, et quicquid nonaginta diebus movetur, ter iisdem in ſeſe ductis perficitur.

Animadvertendum etiam quod poſt menſtruas purgationes uteri tum dextra tum ſiniſtra dehiſcunt, quodque humiditas, quae per ea quae prodeunt ſatis indicatur, ſicciſſimam victus rationem deſiderat.

Ὅτι δὲ τὸ θᾶσσον διακριθὲν κινηθὲν αὖθις αὔξεται βραδύτερον.

Ἐπὶ πλείονα δὲ χρόνον οἱ πόνοι τρίτῳ, πέμπτῳ, ἑβδόμῳ, ἐνάτῳ μηνὶ, δευτέρῳ, τετάρτῳ, ἕκτῳ.

Τὰ ἐκ σμικροῦ πινακιδίου σκεπτέα.

Δίαιτα γίνεται πλησμονῇ, κενώσει, βρωμάτων, πομάτων, μεταβολαὶ τούτων οἷα ἐξ οἵων ὡς ἔχει.

Ὀδμαὶ τέρπουσαι, λυποῦσαι, πιμπλῶσαι, πειθόμεναι, μεταβολαὶ ἐξ οἵων οἵως ἔχουσι.

Τὰ ἐσπίπτοντα, εἰσιόντα ἢ ἐξιόντα πνεύματα ἢ καὶ σώματα.

Ἀκοαὶ κρείσσονες, αἱ δὲ λυποῦσαι.

Καὶ γλώσσης ἐξ οἵων οἷα προσκαλέεται.

Πνεῦμα τοσαύτη θερμότης, ψυχρότης, παχύτης, λεπτότης, ξηρότης, ὑγρότης, πεπληρωμένον, μεῖόν τε

Quodque qui celerius efformatur foetus ac movetur, rurfus tardius incrementum accipit.

Labores ut plurimum uterum gerentibus tertio, quinto, feptimo et nono menfe contingunt. Item fecundo, quarto et fexto.

Quae ex parva tabella defumpta confideranda funt.

Victus ratio ciborum ac potuum repletione ac vacuatione conftat, eorumque mutationes, dum ex aliis in alia fiunt, prout fe habeant, confiderandae.

Odores partim oblectantes, partim offendentes, quidam etiam implentes et obfequentes, eorumque mutationes ex quibus contingant et qualiter fe habeant animadvertendum.

Eos qui irruunt, intrant aut egrediuntur fpiritus, aut etiam corpora contemplari oportet.

Eorum quae fub auditionem cadunt quaedam meliora effe, quaedam vero offendere, videndum.

In lingua quoque ex quibus quaenam alliciantur videnda funt.

In aëre confiderandum quanta infit caliditas, frigiditas, craffitudo, tenuitas, ficcitas, humiditas, an plenior, an vero minor et copiofior. In quibus quaenam mutationes et

καὶ τὸ πλεῖον, ἀφ' ὧν αἱ μεταβολαὶ οἷαι ἐξ οἵων ὡς ἔχουσι.

Τὰ ἴσχοντα ἢ ὁρμῶντα ἢ ἐνισχόμενα σώματα.

Λόγοις, σιγῇ, εἰπεῖν ἃ βούλεται, λόγοις οἷσι λέγει ἢ μέγα ἢ πολλοὶ ἀτρεκέες ἢ πλαστοί.

|| Τὰ ἀπιόντα εἰδέναι ὅθεν ἤρξατο ἢ ὅπῃ ἐπαύσατο ἢ ὅσον διεσπᾶτο. χρώματά τε οἷσιν ἢ θερμότητα ἢ ἁλμυρότητα ἢ γλυκύτητα ἢ λεπτότητα ἢ παχύτητα, ὁμαλῶς ἢ ἀνωμάλως, τὸ (820) σῶμα, τὸν χρόνον, αἱ μεταβολαὶ οἷαι ἐξ οἵων ἔχουσιν.

Ἤρξατο ἔρυξιν, οὐκ ἐκράτησε.

Δάκρυα ἑκόντι, ἀέκοντι, πολλὰ, ὀλίγα, θερμὰ, ψυχρὰ, πάχος, γεῦσις.

Πτύαλον αὐτόθι ἀναχρεμπτόμενον ἢ ἀναβήσσοντα, ἔμετος.

ex quibus fiunt, quomodoque ſe habeant animadvertere oportet.

Quae continent corpora, aut intus continentur, aut in nobis cum impetu moventur, contemplanda ſunt.

Sermonis quoque et ſilentii habenda eſt ratio, et dicere oportet quae velit aeger, videndumque quibus utitur ſermonibus, ſintne magni, an multi, an veri aut ficti.

Quae e corpore prodeunt noſſe oportet unde initium ceperunt, aut ubi ceſſarunt, quamque ſunt divulſa. Colores quoque ex quibus aut caliditatem aut ſalſuginem aut dulcedinem vel tenuitatem vel craſſitudinem inſpicere convenit, num vero aequaliter aut inaequaliter in corpore, quove tempore eveniant. In quibus omnibus quales mutationes et ex qualibus exiſtunt, conſiderandum.

Contemplandum num eructationem inchoaverit natura, nec obtinuerit.

Lacrimae conſiderandae num volenti aut invito vel multae vel paucae aut calidae aut frigidae emanent. In quibus etiam craſſitudinem et guſtum inſpicere oportet.

Sputum videndum num ex ore aeger exſcreet, num vero tuſſi aut vomitione rejiciat.

Ἡλίου θάλπος, ψῦχος, τέγξις, ξηρότης, μεταβολὴ διὰ οἷα, ἐξ οἵων, ἐς οἷα ἔχει.

Πόνοι, ἀργίαι, ὕπνοι, ἀγρυπνίαι.

Τὰ ἐν ὕπνῳ ἐνύπνια, κοῖται, καὶ ἐφ᾽ οἷσι καὶ ὑφ᾽ οἵων.

Καὶ τῆς γνώμης ξύννοια αὐτὴ καθ᾽ ἑαυτὴν, χωρὶς τῶν ὀργάνων καὶ τῶν πρηγμάτων, ἄχθεται καὶ ἥδεται καὶ φοβεῖται καὶ θαρσέει καὶ ἐλπίζει καὶ ἀδοξέει. οἷον ἡ Ἱπποθόου ἡ κοῦρος, τῆς γνώμης αὐτῆς καθ᾽ ἑωυτὴν, ἐπίστημος ἐοῦσα τῶν ἐν τῇ νούσῳ ἐπιγενομένων.

Ἡλικίην μὲν ἡλικίης, καὶ ἢ πρότερον ἢ ὕστερον τοῦ δέοντος. οἷον εἰ παρελύθη ἐν χειμῶνι καὶ γέροντι τὴν ἡλικίην ἢ νηπίῳ, καὶ θερίης ἢ πρότερον ἢ ὕστερον τοῦ δέοντος ὀδόντων ἐκβολαί. τριχῶν φύσιες, γόνος τὸ μᾶλλον καὶ ἧσσον, τριχῶν αὔξησις, παχυσμὸς, κρατυσμὸς, μινύθησις.

Solis aestus, frigus, humectatio, siccitas consideranda sunt. Mutatio quoque per quae, ex quibus et ad quaenam se habeat.

Labores etiam, otia, somnos, vigilias in considerationem adhibere oportet.

Quin etiam quae in somno fiunt et in somnia videnda sunt, deinde cubilia quoque, in quibus decumbunt et ex quibus transferuntur.

Mentis quoque intelligentia videnda est, ut per se ipsa constat, citra instrumenta et res externas, an tristitia aut gaudio, an metu aut confidentia, an spe aut animi abjectione tentetur. Velut Hippothoi puella, quae mente per se constabat et eorum quae in morbo contingebant optime gnara erat.

Aetatem quidem ab aetate distinguere oportet et num prius aut posterius quam convenit quid contingat. Velut si quid hieme resolutione tentatum sit et aetate senili aut puerili et aestate aut prius aut posterius quam conveniat. Dentium eruptiones, capillorum exortus, seminis ejectio major aut minor, pilorum incrementum, crassitudo, robur, imminutio.

Ed. Chart. IX. [549.] Foes. II. 1200. Ed. Lind. I. (820. 821.)

Τὸ ξυγγενὲς, καὶ τὸ καθ᾽ ἑαυτὸ, ὅσῳ μᾶλλον καὶ ἧσσον.

Τοῦ ἔτεος ἡ ὥρη ἐν ᾗ τε καὶ πρωΐτερον ἢ ὀψίτερον, ἢ ὥρη ἐν ᾗ ἐγεγόνει ἔπομβρος ἢ αὐχμηρὴ, ψυχρὴ ἢ θερμὴ, νήνεμος ἢ ἐπάνεμος, καὶ οἵων ἀνέμων. τῆς ὥρης ἐν ἀρχῇ ἢ μέσῃ ἢ ἐσχάτῃ, ἢ διὰ παντὸς, παροιχομένης ἢ παρεούσης.

Ὥρη τῆς νόσου, ὁ χρόνος, τὰ ἐπιγινόμενα, αἱ περίοδοι καὶ τῶν περιόδων αἱ μείζονες, καὶ αἱ διὰ πλείονος, αἱ ἐπιδόσιες, καὶ ἡ τῆς ἄλλης νόσου ἐπίδοσις. ἡ (821) χάλασις, ἡ ἀκμὴ, καὶ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧσσον ἀποτελέουσα, καὶ ὅτε, καὶ ὁποίως καὶ ἐν οἵῃ ὥρῃ καὶ ἡλικίῃ.

Τῶν ἐπιδημιουσέων νόσων οἱ τρόποι καὶ εἴ τις τῶν ἀρχομένων ἄρξαιτο ἀνήμετος, οἷον ἢ πιόντες τι κατισχόντες ἢ βραχὺ καθαιρόμενοι.

Quod cognatum eſt et quod per ſeſe conſiat, et quo major aut minor ineſt cognatio, contemplari oportet.

Anni quoque tempeſtas conſideranda eſt, quae maturior aut ſerior contingit, et quae aſſiduis imbribus madens aut impenſe ſicca extitit, frigida aut calida, ventis carens, aut quibus ventis perflata. Videndum quoque, num iſta temporis initio aut medio aut fine aut aſſidue aut jam praeterito aut adhuc praeſente contingant.

Morbi etiam horam et tempus contemplari oportet, et quae in morbis accidunt, circuitus, ex hisque quinam majores et quinam longiores et incrementa. Totius quoque morbi incrementum aut remiſſio aut vigor et quod magis quodque minus confecerit, et quando et quanam ratione et quanam hora et aetate in conſiderationem adhibenda ſunt.

Populariter graſſantium morborum inſpicienda natura eſt, ac ſi quis eorum ſine vomitu initium ſumpſerit, veluti an poſt epotum medicamentum alvus quibusdam ſiſtatur, an parum purgetur.

Ed. Chart. IX. [549] Foës. II. 1200. 1201. Ed. Lind. I. (821.)

Πυρετώδεες ἴσως οἱ ἔκλευκοι, ὧν καὶ χείλεα, οἷος ὁ τρόπος, οἱ χρόνοι.

Τὸ σῶμα, ἔργον, ἐς τὴν σκέψιν ἄγειν, ὄψις, ἀκοὴ, ῥὶς, ἁφὴ, γλῶσσα, λογισμός.

Καταμανθάνειν τὰ ἐν τοῖσι βλεφάροισι τοῖς ἄνω καταλειπόμενα οἰδήματα, τῶν ἄλλων περισχναινομένων ὑποστροφαί. ἐν δ' ἄκρῳ ὑπέρυθρα σκληρὰ, καὶ πάνυ τούτοισι γλίσχρα, καὶ ἀνιστάμενα, καὶ ἐνεχόμενα ἐν τούτοισιν, οἷον Φαρσάλῳ Πολυμήδα.

Τὰ καταῤῥηγνύμενα οἰδήματα ἢ πελιώματα ἢ ἐπ' ὀφθαλμίαις ἢ ἕλκεσιν. ἀλλὰ γὰρ τὰ ἐκ τῶν φυμάτων καὶ ἐμπυημάτων καταφερόμενα.

|| *Ὅτι σημεῖον ἀμφίδμητον στρόφοι περὶ τὸν ὀμφαλὸν, καὶ ὀδύναι ἔστιν ὅτ' ἀπὸ πράσων, ἀτὰρ καὶ ἀπὸ σκορόδων τούτοισιν ὕστερον.*

Ἐρυσίπελάς τ' ἔστιν οἷσιν ἀπὸ τραχήλου, καὶ περὶ

Forte etiam considerandi sunt exacte albescentes si febricitent, quorum etiam labra inspicere oportet, quale quoque febris genus et tempora.

Corpus quoque et actio in considerationem adhibeatur, tum visio, auditio, tactio, nasus, lingua et ratiocinatio

Tumores in superioribus palpebris relictos considerare oportet. Aliis namque circum gracilescentibus morborum reversiones denunciantur. Videndae quoque sunt palpebrae, quae in extremitate aliquantulum rubescunt et indurantur, atque inter eas maxime glutinosae, extumescentes, quaeque in his continentur, quale quid Pharsalo Polymedae contigit.

Tumores prorumpentes aut livores, in lippitudinibus aut ulceribus considerandi sunt. Quin etiam quae ex tuberculis aut suppurationibus deferuntur inspicere oportet.

Uteros affectos indicabunt tormina circa umbilicum et dolores, qui interdum a porro, quin etiam et ab allio his postea contingebant.

Nonnullis etiam erysipelas a cervice ortum duxit, co-

Ed. Chart. IX. [549.] Foës. II. 1201. Ed. Lind. I. (821. 822.)

ταῦτα ἐν προσώπῳ ἐκρίνετο, τὰ μέλανα καὶ οἷσι τράχηλοι κακὰ, καὶ εἰ φλίκταιναι κακὰ, καὶ οἷσι ταρακτικά.

Ὁ μελαγχολικὸς ὁ ἀδάμαντος ἀπὸ πεπλίων πλειόνων ἤμεσέ ποτε μέλανα, ἄλλοτε ἀπὸ κρομμύων.

Οἱ πυρετοὶ, ἐν οἷσιν ἐφελκοῦται χείλεα ἴσως διαλιπόντες, καὶ τριταίοισι ψύξιες, οἱ δὲ περικαέες αὐτίκα πρὸς τὴν χεῖρα λυόμενοι ἀεί.

Οἷον ἔνεστιν ἐν τοῖσιν ἄρθροισι σκεπτέον, ἦρα οὐκ ἐμπυοῦνται.

Ἔθος δὲ ἐξ οἵων ὑγιαίνομεν, διαίτῃσι, σκέπῃσι, πό-(822)νοισιν, ὕπνοισι, ἀφροδισίοισι, γνώμῃ.

Ὅπως τὰς νόσους, ἀπὸ τινων τινὰ σχήματα, ἐφ᾽ οὓς τόπους ἐτράποντο, ἤρχοντο, παρῆσαν, ἐπαύσαντο.

Ἐν οἷσιν ἀκρατὴς φοβερός.

Τὰ ἐναντία ἐν τῇ νούσῳ διαιτήματα.

demque fere tempore in facie judicabatur. Nigra quoque quibus in collo erant, mala, tum etiam ſi puſtulae erumpebant, aut quibus alvus perturbabatur.

Atra bile vexatus Adamantus, multo ſumpto peplio interdum nigra vomitione rejecit, quod aliquando etiam a cepis contigit.

Febres in quibus labra exulcerantur fere intermittunt et tertianis perfrigerationes adſunt. Deurentes vero ſtatim ad manus contactum ſemper ſolutae apparent.

In articulis quale quid inſit conſiderandum, num etiam ſuppurationem faciant.

In valetudinis autem ratione conſuetudo ſpectanda eſt, in victu, tegumentis, laboribus, ſomnis, rebus venereis et animi affectibus.

Conſiderare morbos oportet, qualiter, ex quibus, quasnam formas habeant, ad quos locos converſi ſunt, quo tempore coeperunt, affuerunt, ceſſarunt.

Videndum in quibusnam in continenti metum injicere oporteat.

In morbo contraria victus ratio adhibenda.

Τὸ εὔφορον, τὸ δύσφορον.

Αἱ δίαιται ὅσον γνῶναι, μὴ ἐξειδῆσαι, συμφοραὶ γὰρ πολλαί.

Ἀγαθοῖσι δὲ ἰητροῖσιν αἱ ὁμοιότητες πλάνας καὶ ἀπορίας. ἀλλὰ τἀναντία ἡ πρόφασις οἵη, ὅτι χαλεπόν ἐστιν ἐκλογίσασθαι εἰδότα τὰς ὁδοὺς, οἷον εἰ φοξὸς, εἰ σιμὸς, εἰ ὑπόξηρος, εἰ χολώδης, δυσήμετος, χολώδης μέλας, νέος, εἰκῆ βεβιωκὼς, ἅμα ταῦτα πρὸς ἄλληλα ξυνομολογήσασθαι χαλεπόν.

Ὧι τὸ συρίγγιον ἐπανεῤῥήγνυτο, βηχία ἐκώλυε διαμένειν.

Ὧι ὁ λοβὸς τοῦ ἥπατος ἐπεπτύχθη διέσεισα, ἐξαίφνης ὁ πόνος ἐπαύσατο.

Σάτυρος ἐν Θάσῳ παρωνόμιον ἐκαλεῖτο γρυπαλώπηξ, περὶ ἔτεα ἐὼν πέντε καὶ εἴκοσιν ἐξωνείρωσσε πλεονάκις. προῄει δ' αὐτῷ καὶ δι' ἡμέρης πλεονάκις. γενόμενος δὲ περὶ ἔτεα τριάκοντα φθινώδης ἐγένετο καὶ ἀπέθανεν.

Videndum etiam quod facile et quod aegre aut cum molestia fertur.

Victus ratio, quoad ejus fieri potest, dignoscenda est. Hanc enim non penitus perspectam habere calamitatis plena res est.

Optimis vero medicis similitudines imponunt et difficultates pariunt. Contraria vero causa efficit, quae qualis sit consideranda venit. Et sane difficile est curandi viam ratiocinatione assequi, veluti num acuminato sit capite, si resinis naribus, si aduncis si biliosus et aegre vomat, si bile atra praeditus, si juvenis, si negligenter et temere vixerit, de iisque simul inter se convenire est difficile.

Quendam, cui parva fistula rursus rumpebatur, tussiculae quiescere non sinebant.

Quendam, cui jecoris fibra in sinus contracta fuit, concussi, et continuo dolor cessavit.

Satyrus in Thaso cognomento Grypalopex, cum viginti quinque annorum esset, saepius inter dormiendum seminis profluvium expertus est, eique semen interdiu frequenter promanabat. Cum autem trigesimum annum fere attigisset, tabe correptus mortuus est.

Ed. Chart. IX. [549.] Foës. II. 1201. Ed. Lind. I. (822. 823.)

Ἐν δὲ Ἀβδήροις ὁ παλαιστροφύλαξ ὁ καὶ Σθενεὸς λεγόμενος, παλαίσας πλείω πρὸς ἰσχυρότερον, καὶ πεσὼν ἐπὶ κεφαλὴν, ἀπελθὼν ἔπιε ψυχρὸν ὕδωρ πουλὺ, μετὰ δὲ ταῦτα ἐκείνης τῆς νυκτὸς ἀγρυπνίη, δυσφορίη, ἄκρεα ψυχρά. τῇ δὲ ὑστεραίῃ εἰσῆλθεν εἰς οἶκον, καὶ τῇ (823) κοιλίῃ βαλάνου προστεθείσης οὐχ ὑπῆλθεν. οὔρησε δὲ σμικρὸν, πρότερον οὐδὲν οὐρήκει. ἐς νύκτα ἐλούσατο, οὐδὲν ἧσσον ἀγρυπνίη καὶ δυσφορίη, παρέκρουσεν. ἐόντι δὲ τριταίῳ κατάψυξις ἀκρέων, ἐκθερμανθεὶς ἵδρωσε, πιὼν δὲ μελίκρητον ἀπέθανε τριταῖος.

Οἱ μελαγχολικοὶ καὶ ἐπιληπτικοὶ εἰώθασι γίνεσθαι ὡς ἐπιτοπολὺ, καὶ οἱ ἐπίληπτοι μελαγχολικοί. τούτων δὲ ἑκάτερον μᾶλλον γίνεται ἐφ᾽ ὁπότερα ἂν ῥεύσῃ τοῦτο τὸ ἀῤῥώστημα· ἢν μὲν ἐς τὸ σῶμα, ἐπίληπτοι, εἰ δὲ ἐπὶ τὴν διάνοιαν, μελαγχολικοί.

Ἐν Ἀβδήροις Φαέθουσα ἡ Πυθέου γυνὴ ἡ κοῦρος ἐπίτοκος ἐοῦσα τοῦ ἔμπροσθεν χρόνου, τοῦ δὲ ἀνδρὸς αὐτῆς

Abderis palaeſtrae cuſtos quidam Stheneus nomine, cum valentiore multum luctatus et in caput lapſus, digresſus, frigidam copioſe hauſit. Poſt haec vero nocte illa inſomnia, corporis incontinentia et jactatio, ac extremorum frigiditas contigit. Poſtridie domum ingreſſus, glande alvo appoſita, nihil demiſit, paucam autem urinam reddidit, cum antea nullam reddidiſſet. Sub noctem lotus, nihilominus inſania et corporis incontinentia vexatus, deliravit. Tertio vero die extremorum perfrictio adfuit, excalſactus ſudavit. Epota autem mulſa tertio die mortuus eſt.

cuncta deteriora evadebant. Lingua perpetuo admodum alba, neque tussis aderat, praeterquam tertio et quinto die exiguo tempore, sitis nulla, verum sputatio aderat. Ad quintum diem praecordia dextra plurimum intumescebant, postea vero molliora reddebantur, tertio glande subdita stercus paucum dejecit, quinto rursus liquidum, parum, venter autem mollis fuit, urinae acerbae, succum specie referentes, oculi tanquam delassatae, non nisi cum negotio suspiciebat, et oculos circumferebat. Quinto sub noctem gravius habebat et delirium sequebatur. Sexto rursus, qua hora plenum esse forum solet, sudor multus detinebat, a fronte ortum sumens in totum corpus diffundebatur, multo tempore composite sua negotia tractabat. Circa meridiem vero plurimum delirabat, et perfrictio similis perseverabat, graviora autem circa corpus extiterunt omnia. Sub vesperum tibia ipsius ex cubili delapsa est, et puero tum praeter rationem interminata est, tum rursus siluit et ad quietem se convertit. Circa primum somnum autem sitis multa et insania aderat, residebat et iis qui aderant convitia ingerebat rursusque con-

Ed. Chart. IX. [564. 565.] Foës. II. 1216. 1217. Ed. Lind. I. (841. 842.

καὶ πάλιν ἀπεσιώπησεν καὶ ἐν ἡσυχίῃ ἦν, καὶ ἐδόκει τὴν ἐπίλοιπον νύκτα κεκωματίσθαι, τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς || οὐ ξυνῆγεν. ἐπὶ δ᾽ ἡμέρην ὑπεκρίνετο τὰ πλεῖστα νεύμασιν ἀτρεμίζουσα τὸ σῶμα, καὶ κατανοοῦσα ἐπιεικῶς. πάλιν δὲ ἱδρὼς τὴν αὐτὴν ὥρην. ὁμοίως οἱ ὀφθαλμοὶ κατηφέες, ἐς τὸ κάτω βλέφαρον μᾶλλον ἐγκείμενοι. ἀτενίζοντες κεκαρωμένῳ, τὰ λευκὰ τῶν ὀφθαλμῶν ὠχρὰ καὶ νεκρώδεα, καὶ τὸ πᾶν χρῶμα ὠχρὸν καὶ μέλαν ἐὸν, τῇ χειρὶ τὰ πουλλὰ πρὸς τοῖχον ἢ πρὸς ἱμάτιον, οἱ ψόφοι δὲ πινούσῃ [565] μεγάλοι ἐγίνοντο. ἀποπύτιζε καὶ ἄνω ἐς τὴν ῥῖνα, ἀφώρει καὶ ἐκροκυδολόγει, καὶ ξυνεκάλυπτε τὸ πρόσωπον. μετὰ δὲ τὸν ἱδρῶτα χεῖρες ὥσπερ κρυστάλλιναι, ὁ ἱδρὼς παρηκολούθει ψυχρὸς, σῶμα πρὸς χεῖρα ψυχρὸν, ἀνεπήδα, ἀνεκεκράγει, ἐμαίνετο. πνεῦμα πουλὺ, τρομώδεες αἱ χεῖρες ἐγένοντο, ὑπὸ δὲ (842) τὸν θάνατον ἐλθούσῃ σπασμώδεες. ἑβδομαίη ἐτελεύτησεν, ἐνούρησε τῇ ἕκτῃ ἐν νυκτὶ ὀλίγον, τὸ οὐρούμενον τῷ κάρφει εἵλκετο γλίσχρον γονοειδὲς, ἄγρυπνος ἁπάσας. μετὰ τὴν στ οὖρον ὕφαιμον. τῷ Ἀντιφάνους χειμῶνος ἄλγημα

ticuit et quievit, et visa est ad reliquam noctem sopore pressa fuisse, oculos tamen non clausit. Per diem vero plurimum nutibus respondebat, corpore quiescens et moderate intelligens. Eadem rursus hora sudor, similiter oculi demissi, ad inferiorem palpebram magis incumbentes, intenti, rigidi, eorumque alba pallida et mortuis similia et tota cutis pallida et nigra, manum plerumque ad parietem aut vestem stragulam admovebat, cum biberet, sonitus ingentes edebantur, respuebat et sursum in nares regerebat, floccosque vellebat et vultum tegebat. A sudore autem manus velut conglaciatae, sudor frigidus consecutus est, corpus ad manus tactum frigidum, exiliebat, vociferabatur, insaniebat, spiratio multa, manus tremulae existebant, sub mortem autem convulsione tentatae. Septimo die mortua est. Sexto noctu paucam urinam reddidit, glutinosam, semini genitali similem et quae festuca trahebatur, omnibus diebus insomnia vexata fuit. Post sextum diem urina aliquantulum cruenta visa est. Antiphanis filium per hiemem

Ed. Chart. IX. [565.] Foës. II. 1217. Ed. Lind. I. (842.)

πλευροῦ δεξιοῦ, βὴξ, πυρετὸς, ἤσθιεν, ἐπορεύετο ὑποπυρεταίνων, ἐδόκεε ῥηγματώδης εἶναι. ἐνάτῃ ἀφίητο ὁ πυρετὸς οὐκ ἔλιπεν, ἡ βὴξ πολλὴ καὶ παχεῖα, ἀφρώδεα, τὸ πλευρὸν ἐπόνει. περὶ τὴν ιδ καὶ πάλιν τὴν κ ἐδόκεον ἀπολήγειν οἱ πυρετοὶ, καὶ πάλιν ἐπελάμβανον. ἦν δὲ λεπτὴ καὶ θερμὴ, βραχύ τι ἐξέλιπεν, ἡ δὲ βὴξ ὅτὲ μὲν ἐξέλιπε, ὅτὲ δὲ κατακορὴς ἦν μετὰ πνίγματος πολλοῦ. τότε δὲ ἐχάλα, καὶ ἀπόχρεμψις μετὰ ταύτας τὰς ἡμέρας πολλὴ μετὰ πνιγμώδους βηχὸς, καὶ πυώδεα ζέοντα ὑπὲρ τοῦ ἀγγείου καὶ ἀφρέοντα, καὶ ἐν τῇ φάρυγγι τὰ πολλὰ κερχαλέα ὑπεσύριξεν. ἆσθμα ἀεὶ κατεῖχε καὶ πνεῦμα πυκνότερον, ὀλιγάκις εὔπνοος. ὑπὲρ δὲ τὰς μ ἐγγὺς οἶμαι τῶν ἑξήκοντα ὀφθαλμὸς ἀριστερὸς ἐτυφλώθη μετὰ οἰδήματος ἄνευ ὀδύνης, οὐ πολὺ δ' ὕστερον καὶ ὁ δεξιὸς, καὶ σφόδρα αἱ κόραι λευκαὶ καὶ ξηραὶ ἐγένοντο, καὶ ἐτελεύτησε μετὰ τὴν τύφλωσιν οὐ πολὺ, ὑπὲρ ζ ἡμέρας μετὰ ῥέγχου καὶ πολλῆς ληρήσιος. ὅμοια δὲ καὶ ἐξ

lateris dextri dolor, tuſſis, febris corripuit, edebat, deambulabat aliquantulum febricitans: ruptis laborare videbatur, nono die remiſit febris, non reliquit, tuſſis plurimum vexavit et craſſa ſpumoſaque rejecit, lateris dolor detinebat. Ad decimumquartum rurſusque vigeſimum diem febris ceſſare videbatur, et rurſus corripiebat. Calor autem tenuis erat, et per breve aliquod temporis ſpatium relinquebat. Tuſſis vero interdum quidem relinquebat, interdum etiam intendebatur cum multa ſuffocatione. Tum vero relaxabat, et poſt hos dies excreatio multa ſuffocante tuſſi aderat, et purulenta ſupra vas ferventia et ſpumantia educebantur, et in faucibus ſtridula multa aſperitas ſibilum quendam edebat, creber anhelitus ſemper detinebat et denſior ſpiratio, raroque facile ſpirabat. Supra quadrageſimum autem diem, prope ſexageſimum, ut opinor, oculus ſiniſter cum tumore ſine dolore occoecatus eſt, neque vero longe poſtea etiam dexter, pupillaeque vehementer candidae et ſiccae exiſtebant, neque multo poſt hanc excoecationem mortuus eſt, non ultra ſeptem dies, cum ſtertore et multa deſipientia. Eodem quo-

Ed. Chart. IX. [565. 566.] Foës. II. 1217. Ed. Lind. I. (842. 843.)

ὁμοίων τὴν ὥρην τὴν αὐτὴν ξυνέβη Θεσσαλίωνι, τὰ ζέοντα, καὶ ἀφρέοντα, καὶ πυώδεα, καὶ βῆχες, καὶ οἱ κερχμοί. [566] ἡ Πολεμάρχου χειμῶ(843)νος κυναγχικὴ, οἴδημα ὑπὸ τὸν βρόγχον, πουλὺς πυρετὸς, φλέβα ἐτμήθη. ἔληξεν ὁ πνιγμὸς ἐκ τῆς φάρυγγος, ὁ πυρετὸς παρείπετο. περὶ πέμπτην γούνατος ἄλγημα καὶ οἴδημα ἀριστεροῦ καὶ κατὰ τὴν καρδίην ἔφη δοκεῖν τι ξυνάγεσθαι ἑωυτῇ καὶ ἀνέπνει οἷον ἐκ τοῦ βεβαπτίσθαι ἀναπνεούσῃ, καὶ ἐκ τοῦ στήθεος ὑπεψόφει ὡς αἱ ἐγγαστρίμυθοι λεγόμεναι. τοιοῦτόν τι ξυνέβαινε. περὶ τὴν η ἢ θ ἐς νύκτα κοιλίη κατεῤῥάγη, ὑγρὰ πολλὰ ἅλεα καὶ κάκοδμα, ἀφωνίη ἔσχεν, ἐτελεύτησεν. Ἀρίστιππος ἐς τὴν κοιλίην τοξευθεὶς ἄνω βίῃ χαλεπῶς, ἄλγος κοιλίης δεινὸν, ἐμπίπρατο ταχέως, κάτω δὲ οὐδὲν διεχώρεεν. ἀσώδης ἦν, ἤμεε χολώδεα κατακορέα, ὁπότε δὴ ἀπέμεσεν, ἐδόκει ῥάων εἶναι. μετ᾽ ὀλίγον δὲ τὰ ἀλγήματα πάλιν δεινὰ, καὶ ἡ κοιλίη

que tempore Theſſalioni ſimilia ſimilibus ex cauſis contigerunt, ferventia, ſpumantia, purulenta educebantur, tuſſes aderant et faucium ſtridulae exaſperationes. Polemarchi uxorem hieme angina vexavit, guttur intumuit cum multa febre, vena ſecta eſt, faucium ſuffocatio ceſſavit, febris perſeveravit. Ad quintum diem laevum genu dolor et tumor occupavit, ſibique videri quiddam ad cordis regionem coacervari dixit, et reſpirabat qualiter in aquam demerſi reſpirare ſolent, ac ſtrepitus quidam ex pectore edebatur, idemque contingebat quod mulieribus fatidicis, quae Pythone afflatae, quod ventre oracula fundunt, engaſtrimythi, hoc eſt ventriloquae, dicuntur. Ad octavum aut nonum diem ſub noctem alvus affatim prorupit, liquida, multa, conſerta et graveolentia demiſit, vocis defectio tenuit, mortua eſt. Ariſtippus ſuperiorem in ventrem magna vi et graviter ſagitta percuſſus, vehementi ventris dolore detentus eſt, celeriter intendebatur, deorſum nihil demittebat, incontinenti corporis jactatione torquebatur, bilioſa abunde colorata vomitione rejiciebat. Ubi vero vomuiſſet, melius habere videbatur, parvo interjecto temporis intervallo rurſus dolores vehementes corripuerunt, venterque velut in inteſtini tenui-

ὁμοίως ἐμπιπρᾶτο ὡς ἐν εἰλεοῖς, θέρμαι καὶ δίψαι. ἐν ἑπτὰ ἡμέραις ἐτελεύτησεν. ὁ δὲ Νεόπολις πληγεὶς ὁμοίως ταὐτὰ ἔπασχε, κλυσθέντι δὲ δριμείη κοιλίη κατεῤῥάγη, χρῶμα καταχύθη λεπτὸν, ὠχρὸν, μέλαν ἐὸν, ὄμματα αὐχμηρά. καρώδεα ἐνδεδινημένα, ἀτενίζοντα. [567] τῷ δὲ καθ' ἧπαρ ἐγγὺς πληγέντι ἀκοντίῳ εὐθὺς τὸ χρῶμα κατεχύθη νεκρῶδες. τὰ ὄμματα κοῖλα, ἀλυσμὸς, δυσφορίη, ἀπέθανε πρὶν ἀγορὴν λυθῆναι, ἐν ᾗπερ ἡμέρῃ ἐπλήγη. ὁ τὴν κεφαλὴν ἀπὸ Μακεδόνος λίθῳ πληγεὶς, ὑπὲρ κρο(844)τάφου ἀριστεροῦ ὅσην ἀμυχὴν διεκόπη, ἐσκοτώθη πληγεὶς καὶ ἔπεσε, τριταῖος ἄφωνος ἦν, ἀλυσμὸς, πυρετὸς ὁ πάνυ σφοδρὸς, σφυγμὸς ἐν κροτάφοισιν ὡς λεπτῆς θέρμης. ἤκουεν οὐδὲν, οὐδὲ ἐφρόνεεν, οὐ δ' ἠτρέμιζεν, νοτὶς περὶ μέτωπον καὶ ὑπὸ ῥῖνα ἄχρις ἀνθερεῶνος, πεμπταῖος ἐτελεύτησεν. ὁ Αἰνιήτης ἐν Δήλῳ ἀκοντίῳ πληγεὶς ἐς τοὔπισθεν τοῦ πλευροῦ κατὰ τὸ ἀριστερὸν μέρος, τὸ μὲν ἕλκος ἄπονον. τριταίῳ δὲ γαστρὸς

oris morbis incendebatur, calor et sitis aderat, ac intra septem dies vitam cum morte commutavit. Neopolis vero ex simili vulnere eodem modo affectus fuit, ex acri autem per clysterem infuso alvus affatim prorupit, colore tenui, pallido, nigricante suffusus est, oculi squalidi erant, rigidi, intus revoluti, intenti. Jaculo in jecur cominus percusso, illico cadaverosus color affusus est, oculi concavi, corporis incontinens jactatio et implaciditas aderat. Mortuus est antequam concio dimitteretur eodem quo percussus est die. Qui a Macedone lapide in caput ictus est, supra tempus sinistrum non magis quam cutis scarificatione quadam dissectus, ex vulnere vertigine affectus est et cecidit, tertio die vocis defectio et corporis incontinens jactatio erat, febris non admodum vehemens, temporum pulsatio velut ex tenui calore, nihil audiebat, neque mentis compos erat, neque quiescebat. Mador circa frontem, tum sub naso ad mentum usque erumpebat, quinto die mortuus est. Aeniates quidam in Delo retro in latus sinistrum jaculo percussus, ulcus quidem sine dolore habuit. Tertio vero die ventris dolor par-

Ed. Chart. IX. [567. 568.] Foës. II. 1218. Ed. Lind. I. (844. 845.)

ὀδύνη σμικρὴ, οὐχ ὑπεχώρει. κλυσθέντι δὲ ἐς νύκτα κόπρος ἦν, καὶ ὁ πόνος διέλιπεν. ἕδρη ἔξω ἐς τὰς ὄρχιας τεταρταίῳ καὶ ἐς ἥβην, καὶ κοιλίην ὅλην δεινῶς ὁ πόνος καταιγίζων· ἀτρεμέειν οὐκ ἠδύνατο, χολώδεα ἔμεσεν κατακορέα. χολώδεες ὀφθαλμοὶ, καὶ οἷοι τῶν λιποθυμεόντων. μετὰ ε ἐτελεύτησεν, πλὴν θέρμη λεπτή τις ἐνῆν αὐτῷ. Αὐδέλλῳ πληγέντι ἐς τὸν νῶτον πνεῦμα πουλὺ κατὰ τὸ τρῶμα μετὰ φόβου ἐχώρει καὶ ἡμοῤῥάγει. τῷ ἐναίμῳ δὲ καταδεθεὶς ὑγιὴς ἐγένετο. [568] συνέβη δὲ καὶ τῷ δυσχυτάτῳ Φιλίας παιδίῳ, ψιλώματος ἐν τῷ μετώπῳ γενομένου, ἐναταίῳ πυρετός. εἶτα ἐπελιάνθη τὸ ὀστέον, ἐτελεύτησεν, καὶ τῷ Φανίου καὶ τῷ Εὐέργου, πελιαινομένων δὲ τῶν ὀστέων καὶ πυρεταινόντων ἀφίστατο τὸ δέρμα ἀπὸ τοῦ ὀστέου, καὶ πύου ὑπενέμετο. τούτοισι τρυπουμένοισιν ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὀστέου ἀνήρχετο ἰχὼρ λεπτὸς, ὀῤῥώδης ὕπωχρος, κά(845)κοδμος, θανάσιμος. ξυμβαίνει δὲ τοῖσι τοιούτοισι καὶ ἐμέτους ἐπιγίνεσθαι, καὶ τὰ σπασμώδεα ἐπὶ τελευτῇ καὶ ἐνίους κλαγγώδεας εἶναι, καὶ

vus aderat, nil ex alvo ſecedebat, verum ſub noctem ex infuſo per clyſterem ſtercus prodiit et dolor intermiſit, ſedes extra in ſcrotum prolapſa eſt. Quarto die in pubem et totum ventrem dolor vehementer irruebat, neque quieſcere poterat, bilioſa affatim ſincera vomitione rejecit, oculi ex viridi palleſcentes et quales animo deficientibus. Poſt quintum diem mortuus eſt, praeterquam quod calor quidam tenuis ipſi inerat. Audello in dorſum vulnere accepto ſpiritus multus cum ſtrepitu ex vulnere prodibat, et ſanguis multus prorupit. Deligato vero medicamento quod cruentis vulneribus imponitur, ſanitati eſt reſtitutus. Contigit autem etiam miſerrimo Philiae puero ex oſſis denudatione in fronte nono die febris, deinde os livorem contraxit, mortuus eſt. Phaniae quoque et Evergi liberis, livore occupatis oſſibus, febreque detentis, cutis ab oſſe diſceſſit et pus intus depaſcebatur. His terebro perforatis, ex ipſo oſſe tenuis ſanies, ſeroſa, aliquantulum pallida, graveolens et letalis emergebat. His quoque accedebat vomitus, et ad extremum convulſiones et quandoque ſtridulam vocem edebant, interdum

ἐνίους ἀκρατέας. καὶ ἢν ἐν τοῖσι δεξιοῖσι τὸ τρῶμα ᾖ, τὰ ἀριστερὰ, ἢν δ' ἐν τοῖσιν ἀριστεροῖσι, τὰ δεξιά. τῷ Θεοδώρου ἐναταίῳ ἡλιωθέντι πυρετὸς ἐπῄει δεκαταίῳ ἐκ ψιλώματος οὐδενὸς ἄξιος εἰπεῖν κατὰ τὸ ὀστέον. ἐν δὲ τῷ πυρετῷ ἐμελάνθη, ἀπέστη τὸ δέρμα, ἐπιπολὺ κλαγγώδης. δευτέρῃ καὶ εἰκοστῇ ἡ γαστὴρ ἐπήρθη, μάλιστα δὲ κατὰ τὰ ὑποχόνδρια, κγ ἐτελεύτησεν.

|| Οἷσι δ' ἂν ὀστέα καταγῇ, τούτοισιν ἑβδομαίοισιν οἱ πυρετοί. ἢν δὲ θερμοτέρη ἡ ὥρη, καὶ θᾶσσον. ἢν δὲ μᾶλλον κλασθῇ, καὶ παραχρῆμα. [569] καὶ ὁ Ἐξαρμόδου παιδίσκος, παραπλησίως καὶ ἄλγημα ἐς μηρὸν οὐ κατ' ἴξιν τοῦ τρώματος, καὶ ἐγεγόνει κλαγγώδης, καὶ τραχήλου ὀδύνη. καὶ ὁ Πουσιδοκρέων τρίτῃ σπασμὸς, θέρμη οὐκ ἔλιπεν, ἐτελεύτησεν ὀκτωκαιδεκαταῖος. ὁ τοῦ Ἰσαγόρα ὄπισθεν ἐπλήγη τῆς κεφαλῆς, φλασθέντος τοῦ ὀστέου καὶ μελανθέντος, πεμπταίῳ περιεγένετο. ὀστέον δὲ οὐκ ἀπέστη. τῷ ἐκ τοῦ μεγάλου πλοίου διόπῳ ἡ ἄγκυρα τὸν λιχανὸν δάκτυλον καὶ τὸ ὀστέον συν-

etiam impotentes erant. Quod si vulnus dextram partem occuparet, sinistra laborabant, si vero sinistra, dextra. Theodori puerum nono die insolatu utentem, decimo die febris invasit ex ossis denudatione nullius pene momenti. In febre autem os est denigratum, cutis discessionem fecit, admodum stridulam vocem edidit. Secundo et vigesimo die venter intumuit, praesertim vero ad praecordia, tertio et vigesimo vitam cum morte commutavit.

Quibus ossa fracta fuerint, eos septimo die febris invadit, tempore vero calidiore etiam citius. Quod si magis confracta fuerint, etiam illico. Exarmodi etiam puerulus similiter quoque dolorem ad femur sensit, non ea parte qua vulnus erat, et stridulam vocem edidit, et cervicis dolor adfuit. Posidocreon quoque tertio die convulsione correptus est, calor non relinquebat, decimooctavo mortuus est. Isagorae filius posteriore capitis parte vulneratus, colliso osse et denigrato, quinto die superstes extitit. Os autem discessionem non fecerat. Magnae navis praefecto anchora manus dextrae indicem et os collisit, ex quo inflammatio, sideratio

Ed. Chart. IX. [569. 570.] Foës. II. 1220. Ed. Lind. I. (845. 846.)

ἔφλασε τῆς δεξιῆς χειρὸς, φλεγμασίη ἐπεγένετο, καὶ σφάκελος, καὶ πυρετός. ὑπεκαθάρθη πέμπτῃ, μετρίως αἱ θέρμαι ἀνῆκαν καὶ αἱ ὀδύναι, τοῦ δακτύλου τι ἀπέπεσεν. μετὰ δὲ τὴν ζ̄ ἐξήει ἰχὼρ ἐπιεικῶς, μετὰ ταῦτα τῇ γλώσσῃ οὐ πάντα ἔφη δύνασθαι ἑρμηνεύειν. τὶ πρόῤ(846)ῥησις, ὀπισθότονος εἰ ἕξει, ξυνέφερόν τε αἱ γνάθοι ξυνερειδόμεναι. ἔπειτα ἐς τράχηλον τριταῖος ὅλος ἐσπᾶτο ἐς τοὐπίσω ξὺν ἱδρῶτι. ἑκταῖος ἀπὸ τῆς προῤῥήσιος ἀπέθανεν. [570] ὁ δὲ ἐκ τῆς Ἁρπάλου ἀπελευθέρης Τελεφάνης, τύμμα κάτωθεν μεγάλου δακτύλου ἔλαβεν. ἐπεφλέγμηνε, καὶ σφόδρα ἐπώδυνος ἦν, καὶ ἐπεὶ ἀνῆκεν, ᾤχετο εἰς ἀγρὸν, ὀσφῦν ἤλγησεν, ἐλούσατο, αἱ γένυες ξυνήγοντο ἐς νύκτα, καὶ ὀπισθότονος παρῆν, τὸ σίαλον ἀφρῶδες μόλις ἔξω διὰ τῶν ὀδόντων διήει, τριταῖος ἀπέθανεν. Ζήνων ὁ τοῦ Δάμωνος περὶ κνήμην ἢ σφυρὸν, ἕλκος κατὰ νεῦρον ἤδη καθαρόν. τούτῳ δηχθέντι ὑπὸ φαρμάκου ξυνέβη ὀπισθοτόνῳ ἀποθανεῖν. Μείνωνι ὑπ᾽ ἀρκτοῦρον καὶ πρότερον, ἐκ πυρετοῦ θερινοῦ καὶ διαῤῥοίης ἀσθε-

et febris successit', aliquantulum purgato quinto die calores et dolores modice remiserunt, ex digito aliquid decidit. Post septimum diem sanies moderate exibat, deinde se non posse omnia lingua explicare dixit. Praedictione denunciatum est periculum, si posteriorum partium distentio, opisthotonum dicunt, corriperet, et ad id contulerunt maxillae cohaerentes, deinde ad collum affixae. Tertio die totius corporis in posteriora convulsione cum sudore tentabatur. Sexto a praedictione die mortuus est. Telephanes ex Harpali liberta filius plagam deorsum in pedis pollice accepit, ex qua inflammatio et vehemens dolor consecutus est. Quo remisso in agrum profectus ex lumbis doluit, lavit, sub noctem maxillae cohaerebant, et posteriorum partium distentio, opisthotonos dicitur, aderat. Sputum spumans aegre dentes pertransibat, tertio die mortuus est. Zeno Damonis filius circa tibiam aut malleolum juxta nervum jam purum accepto ulcere et a medicamento eroso, distentione in posteriore, quam opisthotonum dicunt, mortuus est. Menonem sub arcturi exortum et antea ex febre aestiva et alvi

Ed. Chart. IX. [570.] Foës. II. 1220. 1221. Ed. Lind. I. (846. 847.)

νῶς διατεθέντι. ἐκ πορείης κοπιάσαντι καὶ πλευροῦ ὀδύνη ἀριστεροῦ, καὶ βὴξ ἔχουσα μὲν ἐκ κατάῤῥου καὶ πρότερον, τότε δὲ ἦν κατακορὴς, καὶ ἄγρυπνος, καὶ δυσφόρως φέρων τὸν πυρετὸν εὐθὺς ἀπ᾽ ἀρχῆς καὶ ἀνακαθίζων τριταῖος ἔπτυσεν ὠχρὸν, ἀρτηρίη ὑπεσύριζε ῥεγχῶδες. περὶ τὴν ε πνεῦμα ἐπιεικῶς πυκνὸν, πόδες, αἱ κνῆμαι, ἄκρεα τὰ πλεῖστα ψυχρὰ καὶ ἔξω τοῦ ἱματίου, ὑποχώρησις ἀπ᾽ ἀρχῆς ἐπεγένετο χολώδης οὔτε λίην ὀλίγη οὔτε πολλή. ζ καὶ η καὶ ϑ ῥᾷον ἐδόκει || φέρειν, καί τινες ὕπνοι ἐγένοντο, καὶ ἀποχρεμπτόμενα ἀπεπτότερα. δεκάτη καὶ μέχρι ιγ σφόδρα (847) λευκὰ καὶ καθαρὰ, καὶ ὑποχόνδριον λαπαρώτερον ἐγένετο, τὸ δὲ ἀριστερὸν ξυντεταμένον καὶ εὐπνούστερον, πρὸς δὲ βάλανον ὑπῆλθε μετρίως. ιγ πάλιν ἔπτυσεν ὠχρόν. ιδ δὲ μᾶλλον. ιε πρασοειδὲς, κοιλίη δὲ κακώδεα, χολώδεα, ὑγρὰ συχνὰ ὑπῆλθεν, ἀριστερὸν ὑποχόνδριον ἐπήρετο. ιστ δὲ καὶ σφόδρα ἐπῴδησεν, καὶ τὸ πνεῦμα ἤδη ῥεγχῶδες, ἱδρὼς περὶ μέτωπον καὶ αὐχένα. ὀλιγάκις ἐπὶ τὸ στῆθος, ἄκρεα καὶ μέτω-

profluvio imbecillum, ex via delassatum etiam lateris sinistri dolor et tussis detinuit, quae quidem etiam prius ex destillatione aderat, tunc vero valde intensa erat. Pervigil erat et febrem statim ab initio implacide ferebat, residens tertio die expuebat pallidum, arteria sibilum quendum cum stertore edebat. Sub quintum diem fere densa spiratio aderat, pedes, tibiae, extrema plerumque frigida et extra stragula erant. Ab exordio quod per alvum secedebat biliosum existebat, neque valde paucum neque multum. Septimo, octavo et nono lenius ferre videbatur et somni quidam aderant, crudiora erant quae excreabantur, decimo et ad decimum tertium usque alba admodum et pura. Praecordia molliora existebant, sinistra autem contenta, faciliusque spirabat. Glande subdita alvus moderate demisit, decimo tertio rursus pallidum spuit, decimoquarto vero magis, decimoquinto quod coloris erat porracei. Alvus vero maleolentia, biliosa, liquida, crebro demisit, praecordia sinistra attollebantur, decimosexto vero etiam valde intumuerant et spiratio jam cum stertore erat, sudor circa frontem et cervicem, raro

Ed. Chart. IX. [570. 571.] Foës. II. 1221. Ed. Lind. I. (847. 848.)
που ἐπιεικῶς διετέλει ψυχρά. πηδηθμὸς δὲ φλεβῶν περὶ κροτάφους κατέσχεν, ὕπνοι κωματώδεες καὶ ἡμέρην καὶ νύκτα τοὺς τελευταίους χρόνους. οὖρον ἀπ' [571] ἀρχῆς ὠμὸν σποδοειδές. περὶ ι καὶ μέχρι ιγ λεπτὰ καὶ οὐκ ἄχροα, ἀπὸ δὲ τῆς ιγ οἷά περ ἀπ' ἀρχῆς. τῷ Κλεόχῳ πλευροῦ ἄλγημα καὶ πυρετὸς, ἀνῆκεν ὁ πυρετὸς, ἵδρωσε τὸ σῶμα ὅλον. ἐν τῷ οὔρῳ πολλὰ τὰ ἐκφερόμενα ἦν, ἐθορυβήθη μετὰ ταῦτα. Πληϊάδων περὶ δύσιν τὴν Ὀλυμπιάδεω, ὀκτάμηνον ἔχουσαν ἐκ πτώματος πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβε. γλῶσσα καυσώδης, ξηρὴ, τραχείη, ὠχρὴ, ὀφθαλμοὶ ὠχροὶ, καὶ τὸ σῶμα νεκρῶδες. διέφθειρε πεμπταίη, ῥηϊδίως ἀπήλλαξε, καὶ ὕπνος ὡς ἐδόκεε καυματώδης. δείλης διεγειρόντων οὐκ ᾐσθάνετο, πταρμικῷ ὑπήκουσε, πόμα κατεδέξατο καὶ χυλοῦ. ὑπέβησσε καταπίνουσα τὸ πόμα, ἡ φωνὴ οὐκ ἐλύετο, οὐδὲ αὐτή τι ἀνέφερε, τὰ ὄμματα κατηφέα. πνεῦ(848)μα μετέωρον κατὰ ῥῖνα σπώμενον, χρῶμα πονηρὸν, ἱδρὼς περὶ τοὺς πόδας καὶ σκέλεα

pectus occupabat, frons et extrema fere frigida perseverabant, venae temporum saliebant, somni cum sopore diem et noctem postremo tempore detinebant, urina ab initio cruda, cinerem colore referens. Ad decimum et decimumtertium usque tenues et non decolores. A decimotertio autem quales ab initio. Cleochum lateris dolor et febris corripuit, remisit febris, toto corpore sudor dimanavit, per urinam multa efferebantur, quae postea returbida facta est. Ad vergiliarum occasum Olympiadae uxorem octo mensibus utero gerentem, ex casu febris acuta corripuit, lingua aestuans, sicca, aspera, pallida, oculi pallidi, corpus mortuo simile, abortu quinto die sine labore est liberata et somnus, ut videbatur, cum sopore adfuit, sub vesperum cum excitaretur non sentiebat, sternutamentum cienti medicamento cessit, potionem recepit et succi ptisanae nonnihil, potionem deglutiens aliquantum tussivit, vox soluta non erat, neque ipsa quicquam convalescebat, oculi demissi erant, spiratio sublimis, quae naribus trahebatur, color pravus, sudor pedes et crura, cum morti esset proxima, occupabat, mortua

περὶ θάνατον ἐούσῃ, ἐτελεύτησεν. τῇ Νικολάου συνέτιδι ἐκ καύσου τὰ παρ᾽ οὖς ἐγένετο ἐπ᾽ ἀμφότερα. ὀλίγον ὕστερον τὸ ἕτερον ἤδη δοκέοντος χαλᾷν τοῦ πυρετοῦ ὡς οἴδημα περὶ ιδ μεγάλα ἀσήμως κατέστη. ὑπέστρεψε, χρῶμα νεκρῶδες. γλῶσσα τρηχείη, δασέη σφόδρα, ὑπόλευκος, διψώδης. ὑποχώρησις κάτω πολλὴ ὑγρὴ κακώδης παρὰ πάντα τὸν χρόνον. πρὸ τῆς τελευτῆς ἐφθάρη τὸ σῶμα τῷ πλήθει. ἐτελεύτησε περὶ τὰς κ [572] Ἀνδρέαν πρὸ Πληϊάδεος φρίκη, πυρετὸς, ἔμετος, ἀπ᾽ ἀρχῆς ἡμιτριταῖος ἐφαίνετο. τριταῖος δ᾽ οὖν ἐὼν, πάλιν ἀγοράζων ἔφριξε, πυρετὸς ὀξὺς, ἔμετος χολῆς ἀκρήτου, παραλήρησις ἐς νύκτα, ῥάων πάλιν. πέμπτῃ χαλεπῶς, ἕκτῃ ἀπὸ λινοζώστιος εὖ ὑπῆλθε. ζ χαλεπώτερον, καὶ τὰς ἐφεξῆς συνεχέστερος ἤδη καὶ ἀνίδρωτος ἀπ᾽ ἀρχῆς καὶ διψώδης. μάλιστα δὲ στόμα ὑπεξηραίνετο καὶ πόμα οὐδὲν ἡδέως προσεδέχετο. ἀηδίης πολλῆς ἐούσης περὶ τὸ στόμα, γλῶσσα ξηρὴ, ἄκροπις, τρηχύτης ἐπήνθει ὠχρόλευκος, ἀγρυ-

eſt. Nicolai uxori ex febre ardente ad utramque aurem tubercula ſuborta ſunt, paulo poſt alterum, cum jam febris remittere videretur, velut tumor laxus decimoquarto die valde citra ullam ſignificationem conquievit, morbi reverſio facta eſt, color cadaveroſus erat, lingua aſpera, denſa admodum, ſubalbicans, ſiticuloſa. Alvi egeſtio copioſa, liquida, omni tempore maleolens. Ante obitum corpus egeſtionis copia conſumptum eſt, ad vigeſimum diem mortua eſt. Ante vergiliarum occaſum Andrean horror, febris, vomitus corripuit, ab initio ſemitertiana apparebat. Tertio vero die cum rurſus in foro negotiaretur, horrore correptus eſt, cum febre acuta, bilem ſinceram vomitione rejecit, deliravit, ſub noctem meliuſcule habuit. Quinto rurſus graviter habuit, ſexto ex mercuriali alvus probe dejecit. Septimo gravius habebat, caeteriſque deinceps diebus jam magis continenter febris detinebat et ab initio ſine ſudore erat, ſitique torquebatur. Praecipue vero os reſiccabatur, nullumque potum non averſabatur, cum os admodum ingratum eſſet, lingua reſiccata, inarticulata erat, aſperitas exiſtebat cum pallore albicans, pervigilio, anxietate torquebatur, exolutus, fra-

πνος, ἀσώδης, ἐκλελυμένος, κεκλασμένος, γλῶσσα ὑπὸ ξηρότητος ἐνίοτε ὑπότραυλος ἕως διαβρέξειε, χυλὸν μάλιστα προσεδέχετο. ἐναταίῳ ἢ δεκαταίῳ παρ᾽ οὖς ἀριστερὸν καὶ περὶ τὸ ἕτερον ἐπάρματα μικρὰ (849) ἀσήμως ἐφάνη. οὖρα διὰ παντὸς οὐκ ἄχροα, ἄνευ δὲ ὑποστάσιος. τεσσαρεσκαιδεκαταίῳ ἰδρώτιον περὶ τὰ ἄνω οὐ πολὺ μετριώτερον. ἡ θέρμη περὶ τὰς ιζ ἐμωλύνθη. κοιλίη μετὰ τὰς ι ξηρὴ, οὐκ ἄνευ βαλανείων ὑποχωρέουσα. περὶ δὲ τὰς κε ἐξανθήματα δι᾽ ὀλίγου κνησμώδεα θερμὰ, ὥσπερ πυρίκαυ||στα. ὀδύνη δὲ ἦν περὶ τὰς μασχάλας καὶ τὰ πλευρά. ἐς σκέλεα διῆλθεν ἀσήμως καὶ ἔληξε. λουτρὸν ὠφέλει καὶ χρῖσμα τὸ ἐν τῷ ὄξει. μηνὶ δὲ δευτέρῳ ἴσως ἢ τρίτῳ ἐς νεφροὺς ἡ ὀδύνη καὶ πρότερόν ποτε γενομένη κατέστη. Ἀριστοκράτει περὶ ἡλίου τροπὰς χειμερινὰς κόπος καὶ φρίκη καὶ θέρμη, μετὰ δὲ ἤρξατο τριταίῳ πλευροῦ ὀδύνη καὶ ὀσφύος, καὶ οἴδημα ἐκ τῆς μασχάλης ἀρξάμενον παρ᾽ ὅλον τὸ δεξιὸν πλευρὸν σκληρὸν κατὰ ταύτην τὴν πλευρὴν ἐκ μασχάλης ἀρξάμενον ἐρυθρὸν, πελι-

ctus, lingua interdum prae ſiccitate nonnihil balbutiens, donec eam perfunderet, ſorbitiunculam ex hordeo praecipue ſumebat. Nono aut decimo ad ſiniſtram aurem atque alteram parva tubercula ſine ulla judicationis ſignificatione apparuerunt. Urinae per totum morbum non decolores, verum ſine ſedimento fuerunt. Decimoquarto circa ſuperiores partes ſudor non admodum moderatus obortus eſt. Ad decimumſeptimum calor conquievit. Poſt decimum alvus ſicca, nihilque niſi ſubditis glandibus dejiciens. Ad vigeſimumquintum puſtulae pruriginoſae, calidae, velut ambuſta ocute, ſenſim exortae ſunt. Dolor autem axillas et latera occupabat, in crura citra ullam ſignificationem transiit et deſiit. Balneum proderat et illitus cum aceto. Menſe vero ſecundo fere aut tertio dolor ad renes, qui quandoque tenuerat, conſtitit. Ariſtocratem ſub brumam laſſitudo, horror et calor invaſit. Poſtea vero tertio die lateris et lumborum dolor coepit, et tumor ab axilla initium ſumens totum latus occupabat, ad ipſam coſtam durus, cum rubore qui ab axilla initium ducebat et livore, non ſecus quam ſi ab igne

Ed. Chart. IX. [572. 573.] Foës. II. 1222. Ed. Lind. I. (849. 850.)

δνὸν ὡς ὑπὸ πυρὸς θαλφθὲν καὶ ἐκκεκαυμένον, ἀσώδης, δυσφόρως ἔχων, σφόδρα διψώδης, γλῶσσα ὑπόλευκος. οὖρα οὐκ ἐχώρεε, σκέλεα ὑπόψυχρα, ὑποχώρησις ἀπὸ λινοζώστιος ὀλίγη, ὑγρὰ, ὑπόλευκα, ἀφρώδεα. ἐς νύκτα πνεῦμα ἐμετεωρίζετο, ἱδρώτιον περὶ [573] μέτωπον κάτω ψυχρὰ, ἀσώδης, τράχηλος ἐνεφυσᾶτο, βὴξ οὐκ ἐνῆν, ἐτελεύτησεν ἔμφρων. Ὀνησιάνακτι περὶ φθινόπωρον ὀφθαλμίη, μετὰ δὲ τεταρταῖος πυρετός. ἀρχομένου τοῦ τεταρταίου, σφόδρα ἀπόσιτος. προσιόντος δὲ ἡδέως πρὸς σιτίον. καὶ Πολυχάρι δὲ ἐν τεταρταίῳ ὅμοια τὰ περὶ τὴν πίτισιν. (850) συνέβη δὲ καὶ τῷ Μνησιάνακτι ὑποχώρησις ἔμπροσθεν τοῦ πυρετοῦ, καὶ μετὰ τὸν πουλὺν χρόνον παρηκολούθει πολλῶν λευκῶν, μυξοποιῶν, καὶ ἔστιν ὅτε σμικρὸν αἷμα ἄνευ πόνων καὶ ὀδύνης, ψόφοι δὲ ἐν γαστρί. μετὰ τὸν πυρετὸν ἀπέστη παρὰ τὴν ἕδρην φῦμα σκληρὸν πουλὺν χρόνον παρηκολούθει ἄπεπτον. ἐῤῥάγη ἐς τὸ ἔντερον, καὶ ἔξω συριγγῶδες ἐγένετο. περιπατοῦντι δ᾽ αὐτῷ ἐν τῇ ἀγορᾷ μαρμαρυγαὶ ὡρῶντο πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν,

calefactus et ustulatus fuisset, anxie et moleste habebat, admodum siticulosus erat, lingua subalbicans. Urinae non prodibant, crura aliquantulum frigida, alvus ex mercurialis succo pauca dejiciebat, liquida, subalbicantia, spumosa. Sub noctem respiratio sublimis extitit, parvus sudor circa frontem erupit, partes inferiores frigidae, anxietate vexabatur, cervix intumescebat, tussis non aderat, mentis compos mortuus est. Onesianactem ad autumnum lippitudo, postea vero febris quartana detinuit. Per quartanae exordia a cibis alieno admodum erat animo, progressu vero temporis ad cibum alacriter habebat. Quin etiam Polychari in febre quartana eadem circa cibos contigerunt. Mnesianacti quoque etiam contigit alvi dejectio ante febrem, posteaque multo tempore comitabatur, multis albis, mucosis prodeuntibus. Quandoque etiam paucum sanguinem citra laborem et dolorem demittebat, ventris autem strepitus aderant. Post febrem tuberculum durum ad sedem abscessum fecit, diu incoctum perseveravit, ad intestinum ruptum est et foris fistulosum evadebat. Cum autem in foro deambularet, ei ante

καὶ τὸν ἥλιον οὐ πάνυ καθεώρα. ἀποχωρήσας δὲ σμικρὸν ἐξ ἑωυτοῦ ἦν καὶ τράχηλον σπασμώδης. ἐπεὶ δὲ ἐκομίσθη ἐς οἶκον μόγις ἀνέβλεψε, καὶ αὐτὸς ἑωυτοῦ μόγις ἐγένετο. τὸ πρῶτον δὲ περιέβλεπε τοὺς περιεστῶτας, καὶ τὸ σῶμα κατεψύχθη· μόγις δὲ ἀνεθερμάνθη ἀσκίοισι καὶ πυρίῃ ὑπὸ τῇ καινῇ, ἐπεὶ δὲ ὡυτοῦ ἐντὸς ἦν καὶ ἐξανίστατο, οὐκ ἐξιέναι ἤθελεν, ἀλλὰ δεδιέναι ἔλεγεν. εἰ δέ τις περὶ νουσημάτων χαλεπῶν διελέγετο, ὑπεξήρχετο φόβῳ. ἔστιν ὅτε προσπίπτειν αὐτῷ πρὸς τὰ ὑποχόνδρια θερμασίην ἔφη καὶ τῶν ὀφθαλμῶν μαρμαρυγὰς παρακολουθεῖν, καὶ ἡ ὑποχώρησις πουλλὴ, καὶ πολλάκις καὶ ὁμοίη χειμῶνος ξυνέβη. φλεβοτομίη γέγονε, ἐλλέβοροι, γαλακτοποσίαι βοείου. πρότερον δὲ ὀνείου ξυνήνεγκε καὶ τὰς ὑποχωρήσιας ἔπαυσεν. ὑδροποσίη ἀπ᾽ ἀρχῆς, περίπατοί τε καὶ κεφαλῆς καθάρσιες. [574] τῷ Ἀνεχέτου ταυτά. χειμῶνος ἐν βαλανείῳ πρὸς πυρὶ χριόμενος ἐθερμάνθη, καὶ παραχρῆμα περιέπεσεν ἐν ἐπιληπτικοῖς σπασμοῖς. ἐπειδὰν δὲ ἱκανοὶ σπα(851)σμοὶ, περιέβλεπεν, οὐ παρὰ ἑωυ-

oculos fulgores obverſabantur, neque plane ſolem intueri poterat. Ubi vero paulum ſeceſſiſſet, extra ſe fuit et cervicis convulſione tentatus eſt. Poſtquam autem domum relatus eſt, aegre viſum recepit, vixque ad ſeſe rediit. Primum vero circumſtantes oculis colluſtrabat, corpus adeo perfrixit, ut vix utriculis et novis ſubinde adhibitis fomentis recaleſceret. Poſteaquam autem ſui compos fuit et ſurrexit, prodire noluit, ſed timere dicebat. Quod ſi quis de gravibus morbis verba faceret, prae timore ſe ſubducebat. Interdum ſibi ad praecordia calorem occurrere dicebat, et oculis obverſantes fulgores comitari. Alvi dejectio multa fuit, et ſaepe et ſimilis hieme contigit. Venae ſectio facta eſt, veratrum exhibitum, lactis vaccini potione uſus eſt, ac primum aſinini, quod contulit et alvi egeſtiones ſedavit. Aquae potio ab initio fuit, deambulationesque et capitis purgationes. Anecheti filio iſta contigerunt. Per hiemem in balneo ad ignem cum inungeretur caleſactus eſt, et confeſtim in comitialibus ſimiles convulſiones incidit. Ubi vero ſatis multae convulſiones fuiſſent, circumſpexit, non erat

Ed. Chart. IX. [574.] Foëſ. II. 1222. 1123. Ed. Lind. I. (851.)

τῷ ἦν. ἐπεὶ δὲ ἐντὸς ἑωυτοῦ ἐγένετο, πάλιν τῇ ὑστεραίῃ πρωῒ ἐλήφθη σπασμώδης· ἀφρὸς δὲ οὐ πάνυ, καὶ τρίτῃ ἄκροπις, καὶ τετάρτῃ ἐπεσήμαινε τῇ γλώττῃ, πεμπταῖος οὐχ οἷός τε ἦν λέγειν, ἀλλ' ἴσχετο ἐν τῇσιν ἀρχῇσι τῶν ὀνομάτων, καὶ τῇ ε̄ γλῶσσα σφοδρὰ καὶ ὁ σπασμὸς ἐξεγένετο, καὶ ἐκτὸς ἑωυτοῦ ἐγένετο. ὅτε δὲ ἠνίει ταῦτα ἡ γλῶσσα μόγις ἀπεκαθίστατο εἰς ταὐτό. ἑκταίῳ ἀποσχομένῳ πάντων καὶ ῥοφήματος καὶ ποτοῦ καὶ οὐκ ἔτι οὐδενὸς ἐλάμβανεν. Κλεόχῳ ἐκ κόπων καὶ γυμνασίων, μέλιτι τὰς ἡμέρας διαχρωμένῳ οἴδημα ἐς γόνυ δεξιόν. μᾶλλον δὲ ἐς τὸ κάτω περὶ τοὺς τέ||νοντας τοὺς ὑπὸ τῷ γούνατι. περιήει ὑποχωλαίνων, καὶ ἡ γαστροκνημίη ᾤδει καὶ σκληρὴ ἦν καὶ ἐς τὸν πόδα καὶ ἐς τὸν σφυρὸν τὸν δεξιὸν καὶ ἐς τὰ οὖλα παρ' ὀδόντας, μεγάλα ὡς ῥᾶγες πελιδνὰ μεμελανώμενα ἀνάδυνα ὁπότε μὴ ἐσθίῃ, καὶ τὰ σκέλεα εἰ μὴ ἐξαναστείη. ἦλθε γὰρ ἐς τὸ ἀριστερὸν τὸ οἴδημα. ἧσσον δὲ καὶ ἀπολιαίνετο, ἐν τοῖσιν οἰδήμασι τοῖσι περὶ γούνατα, καὶ πόδας ὥσπερ ὑπόπυα. τέλος δὲ οὐχ

apud ſe. Ubi autem ad ſe rediit, poſtridie mane iterum convulſionibus correptus eſt, ſpuma non admodum apparuit. Tertio die linguam inarticulatam habuit, et quarto loqui velle lingua prae ſe ferebat. Quinto loqui non poterat, verum in nominum principiis haerebat, eodemque die lingua admodum haeſitabat et convulſione vexabatur, ac extra ſe erat. Ubi vero iſta remitterent, lingua aegre ad priſtinum ſtatum redibat. Sexto die cum omnibus abſtinuiſſet et ſorbitione et potu, nil etiam amplius ſumpſit. Cleocho poſt laſſitudines et exercitationes, cum per aliquot dies melle uſus eſſet, tumor ad genu dextrum ſubortus eſt, magis vero ad inſernam partem, circa tendines qui ſub genu ſunt, tendebat, obambulabat aliquantulum claudicans, ſurae tumor cum duritie aderat, et ad pedem ac malleolum dextrum pertingebat. Ad gingivas circa dentes tubercula magna velut uvae acini, livida, nigra, ſine dolore erant, ubi cibum non caperet. Quin etiam crura niſi exurgeret doloris expertia erant. Tumor enim in ſiniſtram patem venit, minus vero etiam liveſcebat. In tumoribus ad genua et pedes quaedam

οἷός τε ἦν ἵστασθαι, οὐδ᾽ ἐπὶ τὰς πτέρνας ἐπιβαίνειν, ἀλλὰ κλινοπετὴς ἦν, θέρμαι δῆλοι, ἐνίοτε ἀπόσιτος, οὐ πάνυ διψώδης, οὐδὲ ἐπὶ θᾶκον ἀνίστατο, ἀσώδης, καὶ ἔστιν ὅτε καὶ ὀλιγοψυχίῃ ἴσχετο. ἐλλέβοροι προσήχθησαν κεφαλῆς καθάρσιες, πρὸς τὸ στόμα μαννῶδες ξὺν τοῖσιν ἄλλοισι μισγομένοισι ξυνή(852)νεγκεν. πρὸς τὰ ἐν τῷ στόματι ἕλκεα ῥόφημα φακῆς ἐπιτήδειον. περὶ δὲ ἑξηκοστὴν κατέστη τὰ οἰδήματα πρὸς τοῦ δευτέρου ἐλλεβόρου. μοῦνον ὀδύνη ἐς τὰ γούνατα κατακειμένῳ ἦλθον. ὑγρὸν δὲ καὶ χολὴ ἀπέστη ἐς γούνατα καὶ πλείους ἡμέρας πρὸ τοῦ ἐλλεβόρου. [575] Πεισιστράτῳ ὤμου ἄλγημα καὶ βάρος πολὺ χρόνιον περιπατοῦντι, καὶ τἄλλα ὑγιαίνοντι. χειμῶνος δὲ ἐπέπεσε πολλὴ ὀδύνη πλευροῦ, καὶ θέρμη, καὶ βὴξ, ἀπόχρεμψίς τε αἵματος ἀφρώδεος. τοῦτο καὶ ῥεγχῶδες ἐν τῇ φάρυγγι, εὔφορος δὲ καὶ παρ᾽ ἑωυτῷ, καὶ ἡ θέρμη ἐχάλασεν. ἅμα δὲ καὶ ἡ ἀπόχρεμψις καὶ τὸ κέρχον, καὶ περὶ τετάρτην ἢ πέμπτην ἡμέρην ὑγιής. τῇ Σιμῷ ἐν τόκῳ σεισθείσῃ ἄλγημα περὶ στῆθος καὶ

veluti ſuppurationes inerant. Tandem autem ſtare non poterat, nec calcibus incedere, ſed lecto decumbebat. Calores erant manifeſti, interdum cibum averſabatur, non admodum ſiticuloſus, neque ad ſedile exurgebat, anxietate vexabatur, interdumque parvo animi deliquio tenebatur, veratrum ad capitis purgationes eſt exhibitum. Ad os medicamentum ex thuris polline caeteris quibusdam admixtis contulit. Ad oris ulcera lenticulae ſorbitio accommodata erat. Circa ſexageſimum vero diem tumores ad exhibitum iterum veratrum ſubſederunt, tantum dolores ad genua decumbentem vexarunt. Humor autem et bilis abſceſſum ad genua fecit, pluribus etiam ante ſumptum veratrum diebus. Piſiſtratum deambulantem et caetera ſanum humeri dolor et gravitas longo tempore detinuit. Per hiemem vero incidit multus lateris dolor et calor et tuſſis, ſanguinem ſpumoſum exſcreabat, qui et ſtertorem in faucibus excitabat, leviter autem ferebat et mentis compos erat, calorque relaxavit, unaque et exſcreatio ſtridulaque ſaucium aſperitas, et ad quartum aut quintum diem convaluit. Simi conjugi in partu con-

Ed. Chart. IX. [575.] Foës. II. 1223—1225. Ed. Lind. I. (852. 853.)
πλευρὸν, βὴξ, πυρετοὶ, ἀποχρέμψιες πυώδεες. φθίσις, καὶ κατίστη, καὶ ἓξ μῆνας οἱ πυρετοὶ, καὶ διάῤῥοιαι ἀεί. ἐπὶ τέλει παῦσις πυρετῶν. κοιλίη ἔστη μετὰ τὴν παῦσιν, ἡμέρας μεθ' ἑπτὰ ἐτελεύτησεν.

|| Καὶ ἡ Εὐξένου ἐκ πυριήσιος ἐδόκει, θέρμαι οὐκ ἔλειπον οὐδένα χρόνον, μᾶλλον πρὸς ἑσπέρην ἐπετείνοντο, ἱδρῶτες ἐγίνοντο ἐς ὅλον τὸ σῶμα. μέλλοντος ἐπιτείνειν τοῦ πυρετοῦ ψύξις τῶν ποδῶν, ὁτὲ δὲ καὶ κνημέων καὶ γουνάτων ἐγίνοντο, βηχίον ξηρὸν, ὀλίγον χρόνον ἀρχομένου τοῦ πυρετοῦ παροξύνεσθαι, εἶτα ἔληγε, διὰ δὲ χρόνου πολλοῦ καὶ ὅλου τοῦ σώματος ῥῖγος ἐγένετο, ἄδιψος διὰ παντός. φάρμακον πιοῦσα καὶ ὀῤῥὸν ἐβλάβη μᾶλλον, ἀπ' ἀρχῆς πάντων ἀνώ||δυνος καὶ εὔπνοος. (853) μεσοῦντος δὲ τοῦ χρόνου πλευροῦ δεξιοῦ ἐγένετο ἄλγημα, καὶ ἡ βὴξ ἐκινήθη, καὶ ἆσθμα καὶ ἀποχρέμψιες σμικραὶ, λευκαὶ καὶ ὑπόλεπτοι, καὶ ἡ φρίκη οὐκ ἔτι ἐκ ποδῶν, ἀλλὰ ἀπὸ τραχήλου καὶ νώτου, καὶ κοιλίη ὑγροτέρη. ἐχάλασεν ὁ πυρετὸς μετὰ πολλοῦ ἱδρῶ-

cussae pectoris et lateris dolor obortus est, tussis, febris tenuis, exscreationes purulentae aderant, tabes, quae etiam constitit. Febris quoque sex mensibus detinuit, et alvi profluvia semper. Ad extremum febris cessatio, ex qua alvus substitit, post septimum diem mortua est.

Euxeni quoque uxor ex fotu laborare visa est, calores numquam reliquerunt, magis sub vesperam increscebant, sudores toto corpore oboriebantur. Ubi febris augeretur. pedum frigus, interdum vero et tibiarum et genuum existebat, tussicula sicca pauco tempore detinebat, ubi febris ingravescere inciperet, deinde cessabat, multo autem tempore toto corpore rigor excitatus est, perpetuo sine siti fuit. Medicamento et sero epoto magis laesa est. Per exordia prorsus doloris expers erat et facile spirabat. Medio autem tempore dextri lateris dolor obortus est et tussis commota, creber anhelitus erat et excreationes parvae, albicantes et aliquantulum tenues, neque amplius horror ex pedibus, sed cervice et dorso ortum ducebat et alvus liquidior erat, fe-

τος καὶ κατεψύχθη. ἆσθμα δὲ ἦν ποικίλον, ἐτελεύτησε μετὰ τὴν ἄφεσιν ἑβδόμη ἔμφρων. [576] ἡ Πολεμάρχου θέρεος ἤρξατο πυρεταίνειν, ἀφῆκε δὲ αὐτὴν ἑκταίην. μετὰ δὲ ὑπεφέρετο, ἐς νύκτα θέρμα. πάλιν δὲ διαλιπὼν ἔλαβεν ὁ πυρετὸς, καὶ οὐκ ἀνῆκε σχεδὸν τριῶν μηνῶν, βὴξ πολλὴ, ἀπόχρεμψις φλέγματος. ἐπείπερ δὲ τὰς εἴκοσιν ἐγένετο, πνεῦμα αἰεὶ πυκνὸν, ἐν τῷ στήθει ψόφοι, ἱδρώτης τὰ πολλὰ, πρωῒ ἠπιώτερος ὁ πυρετὸς, καὶ φρῖκαι ἔστιν ὅτε ἐλάμβανον, ὕπνοι ἐγίνοντο, καὶ κοιλίη ἔστιν ὅτε καθυγραίνετο καὶ πάλιν ξυνίστατο. ἐγεύετο ἐπιεικῶς. μεσοῦντος δὲ χρόνου ἐς γούνατα καὶ κνήμας ἄλγημα, καὶ ξυγκάμπτειν καὶ ἐκτείνειν ἄλλου ἐδεῖτο. διετέλει τὰ τῶν σκελέων μέχρι τελευτῆς. ὑπόγυον δὲ, καὶ ἐπῴδησαν οἱ πόδες μέχρι κνημέων, καὶ ἐφαπτομένων ἤλγει, καὶ οἱ ἱδρῶτες ἔληξαν καὶ τὰ ῥίγεα. ὁ δὲ πυρετὸς ἀεὶ ἐπέτεινεν. πρὸ δὲ τῆς τελευτῆς κοιλίη κατεῤῥάγη, ἔμφρων διετέλει. πρὸ τριῶν ἡμερῶν τῆς τελευτῆς ῥεγχώδης ἐν φά-

bris cum ſudore copioſo relaxavit et perſrigerata eſt. Varia autem erat crebra ſpiratio, ſeptimo poſt remiſſionem die mortua eſt mentis compos. Polemarchi uxor aeſtate ſebricitare coepit, eam autem dimiſit ſexto die, poſtea vero morbum trahebat, ad noctem calores tenuerunt. Rurſus ubi intermiſiſſet, prehendit ſebris, neque tribus prope menſibus dimiſit, tuſſis multa aderat, pituitae excreatio. Ubi vero ad vigeſimum diem perveniſſet, ſpiratio perpetuo crebra erat, in pectore ſtrepitus, plerumque ſudoribus diffluebat, mane ſebris remiſſior. Interdum etiam horrores prehendebant, ſomnus aderat et interdum alvus humecta erat, rurſusque ſiccabatur, ad guſtum moderate habebat. Medio vero interpoſito tempore ad genua et tibias dolor erat, et ſi flectere aut extendere cuperet, alterius indigebat opera. Crurum dolores perſeverarunt ad ſinem usque, qui jam prope inſtabat et pedes intumuerunt ad tibias usque, ad contactum dolebat, ſudoresque et rigores ceſſarunt, ſebris autem ſemper increvit. Ante obitum autem alvus effuſa eſt, mentis compos perſeverabat. Tribus ante obitum diebus ſtertor

ρυγγι καὶ πάλιν ἐπανήρχετο, ἐτελεύτησεν. Ἡγησιπόλιος παιδίον σχεδὸν τέσσαρας μῆνας ἄλγημα περὶ ὀμφαλὸν βρωτικὸν εἶχεν. (854) προϊόντος δὲ ἐπέτεινεν ἡ ὀδύνη, ἔκοπτε τὴν γαστέρα, ἐτίλλετο, θέρμαι ἐπελάμβανον, ἐτήκετο, ὀστέα ἐλήφθη, τὼ πόδε ἐπῴδει, ὄρχιες, γαστρὸς τὰ περὶ ὀμφαλὸν πεφυσημένον ἀραιὸν, οἷσι μέλλουσι κοιλίαι ἐκταράσσεσθαι ἀπόσιτος ἐγένετο, γάλα μοῦνον προσεδέχετο ὑπόγυον, καὶ ἡ κοιλίη καθυγράνθη, καὶ ὕφαιμος ἰχὼρ ὑπῄει κάκοδμος, κοιλίη ἐμπίπρατο, ἐτελεύτησεν ἐμέσας μικρὸν βραχὺ φλεγματῶδες, ὥστε δόξαι οἷον γονήν. [577] τῆς Πλατείης τελευτήσαντι δὴ ῥαφὴ τῆς κεφαλῆς σφόδρα ἐκοιλάνθη, ἀῤῥωστῶν δ' ἀεὶ τῇ χειρὶ κατῆγε κατὰ τοῦ βρέγματος, μάλιστα δ' ὑπόγυον, οὐκ ἤλγει δὲ τὴν κεφαλήν. καὶ ἐν μηρῷ ἀριστερῷ ὑπὸ βουβῶνα τὰ κάτω πελιδνὸν ἴσως τῇ προτεραίῃ. ὄρχιες κατισχνάνθησαν. ὅμοια δὲ καὶ τῷ Ἡγητορίδεω παιδίῳ, ἀπέθανε, πλὴν ὅτι ἔμετοι προσεγένοντο ὑπὸ τὴν τελευτὴν πλείους. ἡ Ἱππίου

in faucibus audiebatur, rursusque repetebat, mortua est. Hegesipolis filiolum quatuor prope menses circa umbilicum dolor erodens detinuit, processu vero temporis intendebatur dolor. Ventrem caedebat, vellicabat, calores prehendebant, contabescebat, ossa restabant, pedes intumescebant. Testes, ventris partes ad umbilicum inflatae erant, perinde ac quibus alvus conturbari velle videtur cibum aversabatur. Lac recens solum assumebat et alvus effusa est, aliquantumque eruenta sanies et graveolens subiit, venter intendebatur, ubi exiguum et paucum pituitae vomitione rejecisset, ita ut genitale semen esse videretur, mortuus est. Plateae puero sub ipsum sane exitum capitis sutura valde excavata est. Cum autem aegrotaret, manu perpetuo sinciput contingebat, praecipue vero ubi mors instaret, neque tamen caput dolebat, et in femore sinistro sub inguine in partibus inferioribus lividum quid fortasse pridie quam moreretur visum est, testes extenuati sunt. Eadem quoque Hegetoridae filio contigerunt, eodemque modo mortuus est, nisi quod sub obitum vomitiones plures adsuerunt. Hippiae soror per hie-

Ed. Chart. IX. [577. 578.] Foëſ. II. 1225. 1226. Ed. Lind. I. (854. 855.)

ἀδελφεὴ χειμῶνος φρενιτικὴ, ἁμαρτάνουσα τῇσι χερσὶ πραγματευομένη, ἀμύσσουσα ἑωυτήν. πέμπτῃ, ἕκτῃ, ἐς νύκτα ἄφωνος, κωματώδης ἐμφυσῶσα ἐς γνάθους, καὶ χείλεα ὡς οἱ καθεύδοντες, ἐτελεύτησεν ἑβδομαῖα. Ἄσανδρος φρίξας πλευροῦ ὀδύνῃ, ἄλγος ἐς γούνατα καὶ μηρὸν, φαγὼν παρεφρόνει, ἐτελεύτησε ταχέως. τῷ Κλεοτίμῳ σκυτεῖ κοιλίης ὑγρανθείσης πουλὺν χρόνον καὶ θέρμης γινομένης καθ' ἧπαρ ἔπαρμα φυ-[578]ματῶδες ἐς ὑπογάστριον κατέβη, καὶ κοιλίη ὑγραίνετο, καὶ ἕτερον αὐτῷ καθ' ἧπαρ ἄνω πρὸς ὑποχόνδριον φῦμα ἐτελεύτησεν. οἷσι κεφαλῆς ὀδύνη δεινὴ (855) ξὺν θέρμῃ. οἷσι μὲν ἐς τὸ ἥμισυ τῆς κεφαλῆς καὶ κατὰ ῥῖνάς τι ὑγρὸν ἀποχωρέει λεπτὸν, ἢ πέπον, ἢ ἐς ὦτα, ἢ ἐς φάρυγγα ἐκ κεφαλῆς ἀσφαλέστερον, οἷσι δὲ ξηρὰ ταῦτα. ὁ δὲ σφάκελος δεινὸς || ἐπικίνδυνα. ἢν δὲ προσῇ ἀσώδης ἢ χυλώδης ἔμετος ἢ κατάπληξις ὀμμάτων ἢ ἀφωνία καὶ σπάνιόν τι φθέγγεται ἢ λῆρός τις, θανάσιμα καὶ σπασμώδεα. ὁπόσοι δ' ἂν ἐκ κατάῤῥου τὸ ἥμισυ τῆς κεφαλῆς πονέοντες καὶ κατὰ ῥῖνας

mem phrenitide detenta hallucinata eſt, manibus laborabat, ſe ipſa lancinabat. Quinto et ſexto die ſub noctem vox defecit, ſopore correpta eſt, buccas et labia velut dormientes inflabat, ſeptimo die mortua eſt. Aſandrum ex horrore lateris dolor corripuit, qui ad genua et femur pervenit, ubi comediſſet, delirabat, brevique mortuus eſt. Cleotimo ſutori cum alvus multo tempore fuſa et calor exortus fuiſſet, circa jecoris regionem tumor tuberculo ſimilis enatus ad imum ventrem deſcendit et alvus fluida erat, eique alterum tuberculum juxta jecur, ſupra ad praecordia obortum exitum attulit. Quidam capitis dolore gravi cum calore tenebantnr. Quibusdam quidem ad dimidiam capitis partem et juxta nares humor quidam tenuis aut maturus aut ad aures aut ad fauces ex capite tutius ſecedit, quibusdam vero ſicco iſta adſunt. At ſideratio gravis periculo non vacat. Quod ſi vomitio bilioſa aut cum anxietate adfuerit aut oculorum ſtupor, vocis defectio aut rarus ſermo aut deliratio quaedam, mortem et convulſionem metuere oportet. Atqui ex deſtillatione dimidia capitis parte dolen-

ὑγροῦ ὑποχωρέοντος ἐπιπυρετήνωσιν ἐπιεικῶς ἐν τῇ πέμπτῃ ἢ ἕκτῃ περιψύχονται. Ἐχεκράτει τῷ τυφλῷ κεφαλῆς ὀδύνη δεινὴ μᾶλλον εἰς τοὔπισθεν καὶ τραχήλου, ὅπου ἡ πρόσφυσις, καὶ ἐς κορυφὴν ἐχώρει, προϊόντος δὲ καὶ ἐς οὖς ἀριστερὸν, καὶ τὸ ἥμισυ τῆς κεφαλῆς ἐπώδυνον, μυξώδεα ἀεὶ ἐχώρει ἐπιεικῶς ξυγκεκαυμένα, καὶ θέρμη παρηκολούθει λεπτὴ, καὶ ἀπόσιτος, τὴν ἡμέρην ῥάων, ἐς νύκτα δὲ ὠδυνᾶτο. ἐπεὶ δὲ τὸ κατὰ τὸ οὖς ἐῤῥάγη πῦον, ἔληξε πάντα, ἐῤῥάγη δὲ περὶ χειμῶνα, ἦρά γε ἐν πᾶσι τοῖς ἐμπυήμασι, καὶ τοῖσι περὶ ὀφθαλμὸν ἐς νύκτα οἱ πόνοι. [579] εἰσὶ βῆχες χειμῶνος, μάλιστα δὲ νότοισι παχέα καὶ πολλὰ χρεμπτομένοισι πυρετοὶ ἐπιγίνονται, ἐπιεικῶς δὲ πεμπταῖοι παύονται. αἱ βῆχες δὲ περὶ μ̄ οἷον Ἡγησιπόλει. οἷσι θέρμαι πολλαὶ ἔστιν ὅτε παυομένων οὐχ ὅλον τὸ σῶμα, ἀλλ᾽ ἢ περὶ αὐχένα καὶ ὑπὸ μασχάλας ἢ κεφαλὴν ἀφιδρώοντες παύονται. (856) Χάριτι χειμῶνος ἐκ βηχίου ἐπιδημίου προσγενόμενος πυρετὸς ἐπέλα-

tes et humore per nares ſecedente, inſuper moderate febricitarunt, quinto aut ſexto die perfrigerantur. Echecratem caecum capitis vehemens dolor vexabat, poſteriore praecipue parte qua cervix capiti connectitur, et ad verticem progrediebatur, progreſſu vero temporis et ad aurem ſiniſtram et dimidia pars capitis dolore tentabatur, mucoſa ſemper prodibant fere ambuſta et calor tenuis comitabatur, ciborum faſtidium aderat, per diem melius habebat, ſub noctem vero dolore vexabatur. Poſtea quam autem pus per aurem erupit, cuncta ceſſarunt, erupit vero ad hiemem. Animadvertendum ſane eſt num in omnibus internis puris collectionibus et oculorum vitiis ad noctem dolores contingant. Tuſſes hieme fiunt, maxime vero auſtrino coeli ſtatu, craſſa et copioſa ſcreantibus febres ſuccedunt, fereque quinto die ceſſant. Tuſſes autem ſub quadrageſimum, quale quid Hegeſipoli contigit. Quibus calores multi interdum ceſſant, iis non toto corpore, ſed vel circa cervicem, aut ſub alis aut ex capite tenui dimanante ſudore deſinunt. Charitem per hiemem ex tuſſicula populariter graſſante febris acuta corripuit, veſtem ſtragulam abjiciebat, ſopor cum

βεν ὀξύς. τὰ ἱμάτια ἀπέβαλλεν, κῶμα μετὰ πόνου, οὖρα ἐγένετο ἐρυθρὰ οἷον ὀρόβων πλύμα, ὑπόστασις εὐθὺς ἀπὸ ἀρχῆς πολλὴ λευκή. ὕστερον δὲ καὶ ὑπέρυθρος, ἑβδόμῃ ἀπὸ βαλάνου σμικρὰ ὑπῆλθε, τὸ κῶμα κατεῖχεν ἄλυπον, νοτὶς ἐπὶ μετώπῳ, ὕπνος ἐς νύκτα, καὶ θέρμη ἠπιωτέρη, ὀγδόῃ χυλὸν προσεδέξατο, κωματώδης διετέλει μέχρις ἑνδεκάτης. ταύτῃ δὲ καὶ ἡ θέρμη μάλιστα ἔληξεν. ἐπὴν δὲ ἦν βὴξ, ἀπόχρεμψις διετέλει ἀεὶ πολλὴ, ῥηϊδίως, πρῶτον γλίσχρη, λευκὴ, παχέη, ἐπεὶ δὲ ξυνεπεπαίνετο, ὁμοίη πυώδεσιν. οὖρα ἀπὸ ἑνδεκάτης καθαρώτερα, ὑπόστασις τρηχείη, τρισκαιδεκάτῃ ἄλγημα ἐπὶ δεξιὰ μέχρι κενεῶνος ἐς ὑπογάστριον. οὖρον ἔσχετο πόμα τὸ ἀπὸ τοῦ καλλιφύλλου, ξυνήνεγκε πεντεκαιδεκάτῃ. πάλιν τὸ ἄλγημα ιστ, ἐς νύκτα μᾶλλον τὸ ἄλγημα ὑποχονδρίου ἤρχετο ἐς κοιλίην, λινοζώστιος ὕδωρ ὑπήγαγεν, ἡ θέρμη ἐντὸς τῶν κ ἐμωλύνθη καὶ ἀποχρέμψιες παρηκολούθουν παχεῖαι, ῥηϊδίως ἐς μ. ὑποκαθαίρειν τὰς κοιλίας ἐν τοῖσι νοσήμασιν

labore aderat. Urinae rubrae exiſtebant, ervi loturae ſimiles, ſedimentum ſtatim ab initio copioſum, album, poſtea vero etiam aliquantum rubrum. Septimo die glande ſuppoſita exigua prodierunt, ſopor minime moleſtus detinuit, mador circa frontem adfuit, ſomnus ad noctem et calor levior. Octavo ſorbitionem ex hordeo ſumpſit, ſopor ad undecimum perſeveravit. Eo vero die praecipue calor deſiit. Ubi autem tuſſis aderat, excreatio ſemper multa perſeverabat, facilis, primum glutinoſa, alba, craſſa, deinde ubi concocta fuit purulentis ſimilis. Urinae ab undecimo die puriores, ſedimentum aſperum, decimo tertio dolor dextram partem occupavit usque ad lateris inanitatem ad imum ventrem tendens, urina detinebatur, cui decoctum adianti, quod calliphyllum nominatur, potui exhibitum profuit. Decimo quinto rurſus doluit, decimo ſexto ſub noctem magis praecordiorum dolor ad ventrem initium ducebat, quem mercurialis juſculum ſubduxit. Calor intra vigeſimum diſparuit et excreationes craſſae comitabantur, ad quadrageſimum melius habuit. Ventres in morbis medicamento purgante

Ed. Chart. IX. [579. 580.] Foës. II. 1226. 1227. Ed. Lind. I. (856. 857.)

ἐπὴν πέπονα ᾖ, πεμπταῖα, τὰς μὲν κάτω ἐπὴν ἱδρυμένα ἴδῃς σημεῖον ἢν μὴ ἀσώδεες μηδὲ καρηβαρικοὶ ἔωσι, καὶ ὅτε αἱ θέρμαι πραΰτεραι, καὶ ὅταν λήγωσι μετὰ τοὺς παροξυσμούς. τὰς δὲ ἄνω ἐν τοῖσι παροξυσμοῖς, τότε γὰρ καὶ αὗται μετεωρίζονται, ἐπὴν ἀσώδεες καὶ βαρέες τὰ ἄνω ἔωσιν, διὰ (857) τοῦτο δὲ μὴ ἐν ἀρχῇσι κα[580]θαίρειν, ὅτι ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου ἐν τοῖσι χρονίοισι τούτοισιν ἢ χρόνια ἐπικίνδυνα. ἐπὶ ὠλεκράνου ἐκ τρώματος τρωθέντος πῆχυς ἐπισφακελίσας πυοῦται, πεπαινομένου δὲ γλίσχρος ἰχὼρ καὶ κολλώδης ἐκθλίβεται, ταχὺ προσίσταται, ὡς καὶ Κλεογενίσκῳ καὶ Δημάρχῳ τῷ Ἀγλαοτέλεος. ὁμοίως δὲ καὶ πάνυ ἐκ τῶν αὐτῶν πῦον οὐδὲν, οἷον τῷ Αἰσχύλου παιδὶ ξυνέβη· πυουμένου δὲ τοῖσι πλείστοισι φρῖκαι καὶ πυρετοὶ ἐπιγίνονται. Ἀλκμᾶνι ἐκ νεφριτικῶν ἀνακομιζομένῳ κάτω καὶ αἵματος ἀφαιρεθέντος ἄνω καθ' ἧπαρ ἐστράφη, καὶ πρὸς καρδίην ἄλ||γος δεινὸν, καὶ τὸ πνεῦμα ὑπὸ τοῦ πόνου κατείχετο,

ſubducere convenit, quinto die ubi concocta fuerint, inferiores quidem ubi materiam conſiſtentem cognoveris, cujus rei ſignum eſt ſi neque anxietate neque capitis gravitate aegri divexati fuerint, cumque calores mitiſſimi fuerint et ubi poſt acceſſiones deſierint. Superiores vero in ipſis acceſſionibus. Tunc namque etiam ipſi in ſublime elevantur, ubi aegri anxietatem et ſuperiorum partium gravitatem ſentiant. Iccirco vero in principiis purgandum non eſt, quod in hujusmodi temporibus per ſeſe purgentur aut cunctatio periculoſa. In cubiti gibbero ex caſu vulnerato cubitus ſideratione tentatus pus colligit, quo matureſcente ſanies viſcoſa et glutinoſa exprimitur et cito ſiſtitur, velut etiam Cleogeniſco et Demarcho Aglaotelis filio contigit. Eodem vero modo neque ex iisdem pus ullum admodum effluit, quale quid Aeſchyli filio accidit. At ubi ſuppuratio fit, horror plerisque et febres ſuccedunt. Alcmani ex renum doloribus convaleſcenti, detracto etiam deorſum ſanguine ſupra ad jecur morbus ſe convertit et ad cor dolor ingens aderat, praeque dolore ſpiritus retinebatur et alvus non

Ed. Chart. IX. [580. 581.] Foeſ. II. 1227. Ed. Lind. I. (857. 858.)

καὶ ἡ κοιλίη χαλεπῶς ὑπεχώρεε, σμικρὰ σπυραθώδεα, ἄση οὐκ ἐνῆν, ῥῖγος δ᾽ ἔστιν ὅτε καὶ πυρετὸς ὑπελάμβανε, καὶ ἱδρὼς καὶ ἔμετος, καὶ ἐν τῷ ἀλγήματι οὐ ξυνέφερεν ὑποκλύσαι θαλάσσῃ ξυνήνεγκεν ἀπὸ πιτύρων, ἠσίτησεν ἡμέρας ἑπτὰ, μελίκρητον ἀκρητέστερον ἔπιεν, μετὰ δὲ χυλὸν φακοῦ, ὅτε δὲ λεπτὸν τὸ ἔτνος ἐπέπιεν ὕδωρ, μετὰ δὲ σκυλακίου ἑφθοῦ, μάζης μικρὸν ὅτι μάλιστα πάλαι ξυγκειμένης, προϊόντος δὲ ἢ βόεια τραχήλια ἢ κωλῆνας ὑὸς ἀκρέων ἑφθῶν. τῇ προτεραίῃ ὑδροποσίῃ, ἡσυχίῃ, σκέπῃ, πρὸς τὸ νεφριτικὸν ἐκ τῆς σικύης κλυσμός. τῷ Παρμενίσκου παιδὶ κώφωσις ξυνήνεγκε μὴ κλύζειν, (858) διακαθαίρω δὲ εἰρίῳ, μοῦνον δὲ ἐκχέειν ἔλαιον ἢ νέτωπον, περιπατεῖν, ἐγείρεσθαι πρωῒ, οἶνον πίνειν λευκὸν, λαχάνων ἀπέχεσθαι, ἄρτῳ τρέφεσθαι, ἰχθύσι πετραίοις. [581] τῇ Ἀσπασίου ὀδόντος δεινὸν ἄλγημα καὶ γνάθου, καστόριον καὶ πέπερι διακλυζομένη καὶ κατέχουσα ἐν τῷ στόματι ἀνῆκε, καὶ στραγγουρικὸν αὐτῇ ἀνῆκε, προσθερμαίνει τὸ ἄλευρον τὸ ξὺν ῥοδίνῳ, τὰς ἀφ᾽ ὑστερέων κε-

niſi cum moleſtia exigua demittebat caprinis ſtercoribus ſimilia, incontinens corporis jactatio nulla erat ac interdum rigor et febris corripiebat, ſudor ac vomitio, neque in dolore aqua marina alvum ſubluere conſerebat, ſed furſurum decoctum contulit, diebus ſeptem cibum averſatus mulſa meraciore in potu uſus eſt, deinde vero lentis juſculo, interdumque tenui freſo aquam ſuperbibit, poſteaque catuli cocti et mazae quam diutiſſime conſectae exiguum ſumſit, procedente vero tempore aut cervices bubulas aut ſuillos petiolos coctos. Pridie aquae potione, quiete, tegumento uſus ad renum dolorem cucumeris ſilveſtris infuſum per clyſterem eſt exhibitum. Parmeniſci filio ſurditate vexato contulit aurem non eluere, verum lana perpurgare oleumque ſolum aut netopum infundere, deambulare, mane ſurgere, vinum album bibere, oleribus abſtinere, pane et piſcibus ſaxatilibus in cibo uti. Aſpaſii uxori dentis et maxillae dolorem ingentem caſtorium et piper ore collutum et contentum ſedavit, ipſique urinae ſtillicidium remiſit. Prodeſt et calidus farinae cum roſaceo ſubacta ſotus. Ca-

φαλαλγίας καστόριον παύει, τὰ πλεῖστα τῶν ὑστερικῶν αἱ φῦσαι σημεῖον, οἱ ἐρευγμοὶ, καὶ οἱ περὶ γαστέρα ψόφοι, καὶ ἐπάρματα ὀσφύος καὶ περὶ νεφροὺς ἀλγήματα καὶ ἰσχία, καὶ ἐκγεγλευκισμένος μέλας, ἢ ἀρωμάτων τρίτον μέρος, ἀλεύρου δύο, ἐν οἴνῳ εὐώδει ἑψῆσαι λευκῷ ἐπ᾽ ὀθόνιον ἐπιχέοντα, ἐπαλείψαντα τῷ ὀθονίῳ καταπλάσσειν, ᾗ ἐπὶ τῆς γαστρὸς ἀλγήματα ὑστερικά.

|| Τῷ Καλλιμέδοντος ξυνήνεγκε πρὸς τὸ φῦμα ἐν τῷ τραχήλῳ σκληρὸν ἐὸν καὶ μέγα καὶ ἄπεπτον καὶ ἐπώδυνον καὶ ἀπόσχασις βραχίονος, λίνου σπόρῳ καταπλάσσειν πεφρυγμένῳ, οἴνῳ λευκῷ καὶ ἐλαίῳ δεύοντα ἐπιδεῖν, μὴ θερμὸν, μηδ᾽ ἑφθὸν ἄγαν, ἢ ξὺν μελικρήτῳ ἑψεῖν ἄλευρον τήλιος, ἢ κριθῶν ἢ πυρῶν. Μελισάνδρῳ τοῦ οὔλου ἐπιβαλόντος, καὶ ὄντος ἐπωδύνου, καὶ σφόδρα οἰδέοντος ἀπόσχασις βραχίονος, στυπτηρίῃ Αἰγυπτίῃ ἐν ἀκμῇ παραστέλλειν. [582] Ἐυτυχίδει ἐκ χολερικῶν, ἔπειτα τῶν σκελέων τετανώδεα ἔληξεν ἅμα τῇ κάτω ὑποχωρήσει κατακορέα χολὴν (859) πολ-

ſtorium capitis ab utero dolores ſedat. Uteri affectus magna ex parte a flatibus originem ducunt, indicio ſunt eructationes, ventris ſtrepitus et lumborum tumores ac renum coxendicumque dolores. Ad quae confert vinum quod muſtum eſſe deſiit, aut aromatum tertiam partem, farinae duas in vino albo odorato decoquere et linteolum imbutum cataplasmatis modo illitum apponere, qua ventris parte uteri dolores affligunt.

Callimedontis filio ad tuberculum in cervice enatum durum, magnum, immaturum et dolorem excitans contulit vena ſecta in brachio, aut lini ſemen torrefactum vino albo et oleo maceratum cataplasmate impoſitum et deligatum, neque calidum neque nimis coctum aut foenigraeci farina aut hordei aut tritici in mulſa decocta. Meliſandro cum magno gingivae dolore corriperetur et valde intumeſceret, vena in brachio ſecta eſt. Alumine Aegyptio per initia adhibito reprimere convenit. Eutychidi cholera morbus in cruribus nervorum diſtentionem attulit cum inferna alvi dejectione. Bilem abunde ſaturatam, multam, valde ruben-

λὴν ἤμει, ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας καὶ νύκτα σφόδρα ὑπέρυθρον. ὑπὸ δὲ τὸν ἔμετον ἔπινε, καὶ ἀκρατὴς ἦν καὶ ἀσώδης, οὐδὲν κατέχειν ἠδύνατο οὐδὲ τὸ ἐκ τῶν σιδίων, καὶ οὔρου σχέσις, καὶ τῆς κάτω διόδου, διὰ τοὺς ἐμέτους τρὺξ μαλθακὴ ἦλθεν, καὶ κατέρηξε κάτω. ὑδρωπιώδεα ταλαιπωρέειν, ἱδροῦν, ἄρτον ἐσθίειν, πίνειν μὴ πολὺ, λούεσθαι κατὰ κεφαλῆς πολλῷ καὶ θερμῷ, ἀλλὰ χλιηρῷ. ὁ οἶνος λευκὸς, ὕπνῳ μὴ πολλῷ χρῆσθαι. Καλλιγένει περὶ πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτεα γεγενημένῳ κατάῤῥους. ἡ βὴξ πολλὴ, ἀνῆγε τὸ καταῤῥέον ὑπὸ βίης, οὐδὲν κάτω ὑπέμενεν, ἔτεα τέσσαρα διετέλεσεν, θέρμαι λεπταὶ ἐν ἀρχῇ ἐγένοντο, ἐλλέβορος οὐκ ὠφέλησεν, ἀλλὰ ὀλιγοσιτίη, ἀλλὰ τὸ συμπιασθῆναι, ἐσθίειν ἄρτον, οἶνον μέλανα, ὄψα ὁποῖα ἐθέλοι, ἀπέχεσθαι δριμέων, ἁλυκῶν, λιπαρῶν, ὀποῦ σιλφίου, λαχάνων ὠμῶν, περιπατεῖν πουλλὰ, γαλακτοποσίη οὐ ξυνήνεγκεν, ἀλλὰ σήσαμον πίνειν καθαρὸν ὠμὸν, ὅσον ὀξύβαφον σὺν οἴνῳ μαλθακῷ. Τιμοχάριτι χειμῶνος κατάῤῥους μάλιστα ἐς τὰς ῥῖνας ἀφροδισιάσαντι ἐξηράνθη πάντα,

tem ad tres dies et noctes vomitione rejecit. Poſtquam bibit, et totius corporis imbecillitate et incontinenti jactatione vexatus eſt. Nihil continere poterat, ne mali quidem punici ſuccum. Urinae ſuppreſſio et ejus qui ad inferiora eſt pertranſitus adſuit. Vomitione faex mollis prodiit et deorſum erupit. Aqua inter cutem laborantem ſeſe laboribus exercere convenit, ſudare, panem edere, potu non multo uti, caput calida multa, imo potius tepida lavare. Vino albo neque multo ſomno uti prodeſt. Calligenem quinque et viginti annos natum deſtillatio male afflixit, tuſſis multa, quod deſluebat aegre educebatur, nihil infra ſuſtinebat, quatuor annis perduravit. Per initia calores tenues aderant, veratrum non profuit, ſed modicus cibus et corpus macerare, pane in cibo et vino nigro in potu uti, obſonia quae vellet aſſumere, abſtinere acribus, ſalſis, pinguibus, laſeris ſucco, oleribus crudis multum deambulare. Lactis potus non contulit, verum ſeſamum purum crudum acetabŭli menſura ex vino leni bibere. Timochariti per hiemem deſtillatio praecipue in nares deſluxit. Ubi venere uſus fuiſſet, cuncta

Ed. Chart. IX. [582.583.] Foës. II. 1228.1229. Ed. Lind. I. (859.860.)
κόπος, θέρμη ἐπεγένετο, κεφαλὴ βαρέη, ἱδρὼς ἀπὸ κεφαλῆς πουλὺς, κατέῤῥει δὲ καὶ κατὰ τοῦ σώματος ὅλον. ἦν δὲ καὶ ὑγιαίνων ἱδρώδης, τριταῖος ὑγιάνθη. [583] ὁ τοῦ Κλεομένεος παῖς χειμῶνος ἀρξάμενος ἀπόσιτος ἄνευ πυρετοῦ ἐτρύχετο, καὶ ἤμει τὰ σι(860)τία, καὶ φλέγμα μῆνας δὲ δύο, ἡ ἀσιτίη παρηκολούθησεν. τῷ μαγείρῳ ἐν ἀκάνθῳ τὸ κύφωμα ἐκ φρενίτιδος ἐγένετο, φαρμακοποσίη || οὐδεμία ξυνήνεγκεν, οἶνος μέλας καὶ ἀποσιτίη, καὶ λουτρῶν ἀπέχεσθαι, χρίεσθαί τε καὶ ἀνατρίβεσθαι χριόμενον, μὴ σφόδρα θάλπειν μὴ πολλῷ πυρὶ, ἀλλ᾽ ἠπίῳ. οἷσι ῥεύματα ἐν ὀφθαλμοῖς λεπτὰ καὶ χρόνια, ἢν πέπονα κατὰ ῥῖνας χωρήσῃ, ὠφελέονται. ᾗσιν ἐν κυήμασιν ἐκ πτώματος ἢ σπάσματος ἢ πληγῆς πόνοι ἐπιεικῶς ἐν τῇσι τρίτῃσι δηλοῖ εἰ διαφθείρει. τῆς Τησίμου τὸ τριηκοσταῖον ἀπόφθαρμα, πιούσῃ τι αὐτόματον ξυνέβη πόνος, ἔμετος χολωδέων πολλῶν ὠχρῶν πρασοειδέων, μελάνων ὅτ᾽ ἔπιε. τριταίῃ σπασμὸς, τὴν γλῶσσαν κατεμασᾶτο, πρὸς τεταρταῖον εἰσῆλθον. ἡ γλῶσσα μέλαινα μεγάλη, τῶν ὀφθαλ-

resiccata sunt, lassitudo, calor et capitis gravitas successit, sudor ex capite multus, qui etiam ex toto corpore defluxit. Erat autem etiam per sanitatem sudoribus obnoxius. Tertio die convaluit. Cleomenis puer per hiemem ciborum fastidio sine febre confici coepit, cibosque ac pituitam vomitione rejiciebat, duobusque mensibus inappetentia perseveravit. Coco ex phrenitide gibbus in spina exortus est, neque ullum medicamentum purgans epotum profuit, sed vinum nigrum et panis in cibo, balneis abstinere, ungi et unctum confricari, non admodum fovere neque multo igne, sed moderato. Quos fluxiones in oculos tenues et diuturnae vexant, si maturae per nares prodierint juvantur. Quibus praegnantibus ex casu aut convulsione aut ictu labores contingunt, fere intra triduum apparet num abortum facturae sint. Tesimi conjugi post epotum trigesimo die ultro medicamentum abortum faciens dolor contigit, vomitus multorum biliosorum, pallidorum, poraceorum, nigrorum. Ubi bibisset tertio die convulsio prehendit, linguam commanducabat. Quarto die ad eam ingressus sum, lingua erat nigra,

μῶν τὰ λευκὰ ἐρυθρὰ, ἄγρυπνος, τεταρταίη ἀπέθανεν ἐς νύκτα. [584] Πυθοκλῆς τοῖσι κάμνουσιν ὕδωρ, γάλα πολλῷ τῷ ὕδατι μιγνὺς ἐδίδου, καὶ ἀνέτρεφε. χειμέτλων κατασχᾷν, ἀλεαίνειν, τοὺς πόδας ὡς μάλιστα ἐκθερμαίνειν πυρὶ καὶ ὕδατι. ὀφθαλμοῖσι πονηρὸν φακή. τοῖσί γε οὕτως ἔχουσιν ἡ γλυκέη ὀπώρη καὶ λάχανα. τοῖσι περὶ ὀσφῦν ἢ ἰσχίον ἢ σκέλεα ἀλγήμασιν ἐκ πόνων θαλάσσῃ, ὄξει, θερμοῖσι καταιονᾷν καὶ σπόγγους βάπτοντα πυριῆν, ἐπικαταδεῖν δὲ εἰ-(861)ρίοισιν. ὀρίγανος ὀφθαλμιῶσι κακὸν πινομένη καὶ ὀδοῦσιν. ἡ ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ κόρη πεσοῦσα ἄφωνος, ῥιπτασμὸς αὐτὴν εἶχεν, ἤμεσεν ἐς νύκτα, αἷμα συχνὸν ἐῤῥύη κατὰ τὸ οὖς τὸ ἀριστερὸν πεσούσης, καὶ μελίκρητον χαλεπῶς κατέπινεν, ῥέγχος εἶχε, πνεῦμα πυκνὸν ὥσπερ τῶν ἀποθνησκόντων, φλέβες αἱ περὶ τὸ μέτωπον τεταμέναι, κλίσις ὑπτίη, πόδες χλιηροὶ, πυρετὸς πολὺς, ποτὲ ὀξὺς, μάλιστα κατεπλήσσετο, ἑβδόμη φωνὴν ἔῤῥηξεν, αἱ θέρμαι λεπτότεραι, περιεγένετο. Ὀνισαντίδης τοῦ ὤμου τὸ ἄλγημα ἔσχεν ἐν θέρει γενόμενον ἐξ απο-

magna, oculorum album rubrum. Quarto sub noctem mortua est. Pythocles aquam aegrotantibus et lac multa aqua permixtum exhibebat et renutriebat. Pernionum medela est scarificatio, tepefactio, ita ut pedes quam maxime igne et aqua excalfacias. Oculis nocet lens, itidemque poma dulcia et olera. Lumborum aut coxendicis aut crurum dolores ex laboribus obortos, aqua marina calida et aceto perfundere oportet et intincta spongia fovere et lanis deligare. Origanum lippientibus et dentibus potu exhibitum nocet. Puellam, quae ex abrupto loco decidit, vox defecerat, corporis jactatio detinebat, vomitus sub noctem adfuit, sanguis copiosus ex aure sinistra in quam impegerat effluxit. Mulsam non nisi aegre absorbebat, stertor detinebat, crebra spiratio velut in morientibus aderat, venae frontis distendebantur, decubitus erat supinus, pedes calidi, febris multa, interdum acuta, animo erat maxime consternato, septimo die vox erupit, leviter incalescebat, superstes evasit. Onisantidi per aestatem humeri dolore ex abscessu detento, cor-

στάσιος, ἐν τῇ θαλάσσῃ βρέχειν τὸ σῶμα καὶ τὸν ὦμον, ὡς πλεῖστον χρόνον, ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας οἶνον λευκὸν ὑδαρέα ἅμα πίνειν ἐν τῇ θαλάσσῃ κατακείμενον, καὶ οὐρέειν ἐν τῇ θαλάσσῃ. [585] ὁ γναφεὺς ὁ ἐν Σύρῳ ὁ φρενιτικὸς, μετὰ δὲ καύσιος τρομώδης, σκελέων τὸ χρῶμα, οἷον ὑπὸ κωνώπων ἐγκαταδαμάσειν, ὀφθαλμὸς μέγας, βραχείη κίνησις, φωνὴ κεκλασμένη, σαφὴς δὲ, οὖρον καθαρὸν, ὑπόστασιν οὐκ ἔχον, ἦρα διὰ τὴν τῆς θαψίης ὑποχώρησιν ὀκτωκαιδεκαταῖος ἀνῆκε μολυνθεὶς ἄνευ ἱδρῶτος. ὁ ἐν Ὀλύνθῳ Νικόξενος ὁμοίως ἑβδομαῖος ἐδόκει χαλάσσειν μεθ' ἱδρῶτος, ῥοφήματα προσεφέρετο, οἶνον, βότρυν ἐξ ἡλίου, πρὸς ἑπτακαιδεκαταῖον εἰσῆλθον, καυστικὸς, ἡ γλῶσσα θερμὴ, ἔξωθεν οὐ πάνυ ἰσχυρὴ, ἔκλυσις σώματος δεινὴ, φωνὴ κεκλασμένη, ἔργον ἀκοῦσαι, σα(862)φὴς δὲ, κρόταφοι συμπεπτωκότες, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, πόδες μαλθακοὶ καὶ χλιηροὶ, κατὰ σπλῆνα ξύντασις, τὸ κλύσμα οὐ πάνυ τι ἐδέχετο, ἀλλ' ἀνεπήδα, ἐς νύκτα ἐπῆλθε κόπρος ξυνεστηκυῖα ὀλίγη καὶ αἵματός τι, οἶμαι ἀπὸ τοῦ

pus et humerum quam diutiſſime mari madeſacere contulit, ſimul per tres dies vinum album, aquoſum, in mari decumbentem bibere, in eoque mejere. Fullo in Syro phrenitide correptus, poſt uſtionem cruribus tremulis fuit, corpore velut a culicibus compuncto, oculus erat magnus, motus exiguus, vox fracta, clara tamen, urina pura absque ſedimento. Animadvertendum eſt num iccirco quod per ferulaginem alvus ſubducta eſt, decimo octavo die morbus remiſit et absque ſudore diſparuit. Eodem modo Nicoxeno Olynthi ſeptimo die morbus absque ſudore remittere videbatur, ſorbitiones aſſumebat, vinum uvam inſolatam. Ad eum decimo ſeptimo die ingreſſus ſum, lingua ardens, calor forinſecus non admodum vehemens erat, corporis ſumma exolutio, vox fracta adeo ut non niſi aegre exaudiretur, clara tamen, tempora collapſa, oculi concavi, molles pedes et tepidi, ad lienem diſtentio. Infuſum per clyſterem non admodum admittebat, verum reſiliebat, ſub noctem ſtercus prodiit coactum, paucum et nonnihil ſanguinis, opinor ex

Ed. Chart. IX. [585. 586] Foës. II. 1229. 1230. Ed. Lind. I. (862.)
κλυσμοῦ, οὖρον καθαρὸν λαμπρὸν, κλίσις ὑπτίη, σκέλεα διαγνύμενα διὰ τὴν ἔκλυσιν, παράπαν ἄγρυπνος, ἐντὸς τῶν εἴκοσιν ἡ θέρμη ἐμολύνθη, ἄποτον τὸ ἀπὸ κριμνοῦ. ἀλλ' ὅ γε ἀπὸ μήλων ὁμοῦ, καὶ σίδης χυλὸς, καὶ φακοῦ πεφωσμένου ψυχρὸς, καὶ ἀλεύρου πλύμα ἑφθὸν, ψυχρὸν, λεπτὸν ῥύφημα, ἐπεγένετο. τῶν κναφέων οἱ βουβῶνες ἐφυματοῦντο σκληροὶ καὶ ἀνώδυνοι, καὶ περὶ ἥβην καὶ τράχηλον ὅμοια μεγάλα, πυρετὸς ἔμπροσθεν δέκα, βηχώδεες ἀπὸ ῥηγμάτων. τρίτῳ μηνὶ ἢ τετάρτῳ γαστὴρ || ξυνετάκη, θέρμαι ἐπεγένοντο, γλῶσσα ξηρὴ, δίψα, ὑποχώρησις ἑκάστῳ χαλεπαὶ, ἀπέθανον. [586] τὰ χολερικὰ ἐκ κρεηφαγίης, μάλιστα δὲ χοιρείων ἐνωμοτέρων, καὶ ἐκ ἐρεβίνθων, καὶ μέθης εὐώδεος παλαιοῦ, καὶ ἡλιώσιος, καὶ σηπίης, καὶ καράβων τε καὶ ἀστακῶν καὶ λαχανοφαγίης, μάλιστα δὲ πράσων καὶ κρομμύων, ἔτι δὲ θριδάκων ἑφθῶν, καὶ κράμβης καὶ λαπάθων ἐνωμοτέρων, καὶ ἀπὸ πεμμάτων καὶ μελιτωμάτων, καὶ ὀπώρης, καὶ σικύου πέπονος, καὶ οἰνογάλακτος, καὶ ὀρόβων, καὶ ἀλφίτων νέων.

infuso. Urina pura erat, splendida, decubitus supinus, crura diducta ob exolutionem nihil prorsus dormiebat, intra vigesimum diem calor conquievit. Potus erat aqua in qua farina crassior macerata fuerat, sed et simul pomorum aut mali punici et lentis tostae succus frigidus, ac farinae lotura cocta, frigida pro tenui sorbitione est exhibita et superstes evasit. Fullonibus tubercula in inguinibus dura et sine dolore exorta sunt, circaque pubem et collum magnitudine similia erant, febris antea per decem dies tenuerat, tussi ex ruptionibus conflictabantur. Tertio mense aut quarto venter contabuit, calores supervenerunt, lingua arida, sitis et alvi dejectiones molestae aderant, mortui sunt. Cholera morbus ex carnis esu contrahitur, praecipue vero suillae crudioris ex cicere, vinique odorati veteris ebrietate, insolatu, ex sepiae esu, locustarum et grammarorum, olerum maximeque porri et ceparum. Quin etiam et ex lactucis coctis, brassica, lapatho crudiore et ex bellariis, dulciariis, pomis, cucumere, pepone et potione quae ex vino et lacte mistis conficitur, *οἰνόγαλα* vocatur, ervo, polenta recenti.

Ed. Chart. IX. [586.] Foes. II. 1230. Ed. Lind. I. (862. 863.)

μᾶλλον ἐν θέρει τὰ χολερικὰ, καὶ οἱ διαλείποντες πυρετοὶ, καὶ οἷσι (863) φρῖκαι ἐπιγίνονται, οὗτοι ἔστιν ὅτε κακοήθεις γίνονται καὶ ἐς νοσήματα ὀξέα καθίστανται, ἀλλ᾽ εὐλαβεῖσθαι χρὴ, μάλιστα δὲ τὰ τοιαῦτα νοσήματα ἡ πέμπτη καὶ ἡ ἑβδόμη καὶ ἡ ἐνάτη δηλοῦσι, βέλτιον δὲ μέχρι τῶν τεσσαρεσκαίδεκα φυλάττεσθαι. Φερεκύδῃ μεθ᾽ ἡλίου τροπὰς χειμερινὰς τῆς νυκτὸς πλευροῦ δεξιοῦ ἄλγημα καὶ πρότερον εἰθισμένον ἔληξεν, ἠρίστησεν, ἐξελθὼν ἔφριξε, πυρετὸς ἐς νύκτα ἀνώδυνος βηχίον ῥέον τι ξηρόν. οὖρα οὐ πολλὰ, ὑπόστασις πολλὴ, ξυσματώδεα μαδαρὰ διεσπασμένα ἀπ᾽ ἀρχῆς, μετὰ δὲ τέσσαρας θολερὰ ὑφίστατο, καὶ τὸ οὖρον οὐκ ἄχροον ὑπόστασιν ἔχον, καὶ τὸ σύστημα οὐκ ἐφαίνετο ἐν τῷ χερνιβίῳ, ψύξιος ἐούσης, τριταίῳ αὐτομάτη κοιλίη ὑπῆλθε, τετάρτῃ βαλάνου γεγονότος κοπρώδεα καὶ χολώδεα διεχώρησεν, ὑγρὸς, περίῤῥοος, ὕπνος ἐς νύκτα οὐ πάνυ, ἡμέρης δέ τι ἐκοιμᾶτο, δίψα οὐ σφοδρὴ, τεταρταίῳ μάλιστα ἐς νύκτα δέρμα περὶ μέτωπον καὶ τὸ ἄλλο μαλθακὸν ὑποφέρειν αἰεὶ, πυρετὸς ἐκρατεῖτο πρὸς χεῖρα καὶ ὑπενότιζεν. ἄδηλος σφυ-

Aeſtate magis cholera morbus et febres intermittentes vigent et quibus horrores ſuccedunt. Hae interdum malignae fiunt et ad morbos acutos deveniunt. Sed et ab his cavere oportet. Hujusmodi autem morbos praecipue quintus dies et ſeptimus et nonus indicant, praeſtat vero ad decimum quartum usque cautum eſſe. Pherecydae poſt brumam noctu lateris dextri dolor etiam antea conſuetus ceſſavit, pranſus eſt, egreſſus horruit, febris ſub noctem invaſit, doloris expers fuit, tuſſicula quadam ſicca vexabatur. Urinae non multae, ſedimentum copioſum. Per initia ramentoſa, laevia, divulſa, poſt quatuor vero dies turbida ſubſidebant et urina non decolor, ſedimentum habebat neque in matella collectio apparebat ubi refrixiſſet. Tertio die ſponte alvus ſubiit, quarto parata glande, ſtercoracea et bilioſa dejecit, liquidus erat humorum affluxus, ſomnus ad noctem non admodum, verum de die aliquantulum dormiebat, ſitis non erat vehemens, cutis circa frontem et reliquum corpus mollis ſemper eminebat, febris ad manus contactum

γμὸς σφόδρα ἐν μετώπῳ φλεβῶν βάρος, ἐν τῇσιν ὑποστροφῇσι, καὶ ἐν τῇσιν ὑποχωρήσεσι πάσῃσιν. ὀλίγον χρόνον διὰ παντὸς ἀνώδυνος ἀπ' ἀρχῆς, ἀσώδης καὶ κατὰ μικρὸν ἤμει, ἑβδόμῃ παρὰ βαλάνου ὑπεχώρησε τρὶς χολῶδες καὶ κοπρῶδες ὑγρὸν σφόδρα καὶ ὠχρὸν, καὶ ἤδη τι ὑποπαρέκρουσε, καὶ νοτὶς ἐπ' ὀλίγον ἔστιν ὅτε περὶ μέτωπον, τὸ ἱμάτιον ἐπὶ τὸ πρόσωπον. τὰ ὄμματα διὰ κενῆς ὡς εἴ τι (864) βλέπων ξυνέστρεφε, καὶ πάλιν κατέμυεν. αὐτοῦ τὸ ἱμάτιον ἀπέβαλεν ἐναταῖος· ἱδρὼς πρωῒ ἀρξάμενος μέχρι στήθεος διετέλει ἕως ἐτελεύτησε, καὶ ὁ πυρετὸς ἐπέτεινε, καὶ ἡ παραλήρησις, περὶ μέτωπον πλεῖστος ἱδρὼς, καὶ οἷον δεινὸν μὲν ἢ ἔκλευκον. [587] τὸ δέρμα δὲ τὸ ὑπὸ τὰς τρίχας ἐσμιγμένον. ὑποχόνδριον δεξιὸν ἐπηρμένον, ὑφῆκεν ἐφ' ἑωυτὸν χολῶδες, ὀγδόην ὡς ὑπὸ κωνώπων ἀναδήγματα, πρὸ τῆς τελευτῆς ἐνέβηξεν, οἷον ἐκ μύξης μύκητα ξυνεστηκότα λευκῷ φλέγματι περιεχόμενα, ἐπεχρέμπτετο δὲ καὶ ἔμπροσθεν σμικρὰ, λευκὰ, γαλακτώδεα. μετὰ τὸ δεῖπνον ἐν τῷ ὕπνῳ ἔφριξε,

cum aliquo madore ſuperata videbatur, pulſus in fronte admodum obſcurus erat. In corporis converſionibus et omnibus alvi dejectionibus venarum gravitas aderat, pauco tempore per totum morbum doloris expers fuit, ab exordio anxius, paulatimque vomebat. Septimo die ex ſubdita glande ter dejecit, bilioſum et ſtercoraceum, liquidum admodum et pallidum, jamque nonnihil ſubdelirabat, interdumque circa frontem exiguus mador aderat. Veſtem ſtragulam in faciem conjiciebat, oculos fruſtra, non ſecus ac ſi quid intueretur, convertebat, rurſusque claudebat, ſuaque ſtragula abjiciebat. Nono die ſudor mane obortus ad pectus usque ad mortem perſeverabat et febris ac delirium intendebatur, plurimus circa frontem ſudor ac veluti dirus quidem, coloreque admodum albo. Cutis vero ſub pilis variis notis compuncta erat, praecordia dextra in tumorem ſublata, ex ſeſe bilioſum demiſit. Octavo die veluti culicum morſus apparuerunt, ante exitum tuſſi rejecit veluti ex muco concretos fungos, pituita alba circumvolutos. Exſcreabat autem etiam antea exigua, alba, lactea. Poſt coenam per

πρωῒ ἐξανέστη καρηβαρικὸς, ἔφριξεν, ἀπήμεσε, κεφαλὴν ἐβαρύνετο. ἐς νύκτα ἀνῆκε μέχρι μέσου ἡμέρης ἐπιεικῶς, ἔφριξε πάλιν, νύκτα χαλεπῶς, τὴν ἐπιοῦσαν δὲ ἡμέρην πυρετὸς ὀξὺς, κεφαλῆς σφάκελος, ἔμετος χολῆς πολλῆς, ἡ πλείστη πρασοειδὴς, ἔληξε πάντα, ὕπνος ἐς νύκτα, πρωῒ περιέψυκτο, ἱδρώτιον, νοτὶς ἐπιπολὺ τοῦ σώμα||τος κατὰ σπλῆνα, τῇ χειρὶ ἐδείκνυεν ὀλίγον χρόνον ξύστρεμμα ἀνώδυνον, παραχρῆμα ἐμαράνθη, ἐς νύκτα ἄγρυπνος, περὶ ἀγορὴν παρωξύνετο, πυρετὸς, ἄση, σκοτόδινος, στρόφος, κεφαλῆς ὀδύνη, ἔμετος πρασοειδὴς, λεῖος, γλίσχρος ὡς φλέγμα, πρὸς δυσμὰς ἔληξε πάντα. ἱδρὼς κεφαλῆς, τραχήλου ὑπεχώρησε μετὰ τὸν ἔμετον κοπρώδεα, ὑγρὰ, χολώδεα, οὔτε μέλανα, οὔτε ἐπεοικότα, νύκτα μετρίως, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέρην, ἐς νύκτα πάλιν ἄγρυπνος, ἔμετος ὄρθρου ὁμοίως καὶ (865) τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέρην ἄνευ ἄσης. τῆς δὲ κεφαλῆς μετὰ τὸν ἱδρῶτα ἔληξαν αἱ ὀδύναι, ἐς τὴν ἑσπέρην πάντα ἐχάλασεν, ἐνάτῃ οὐκ ἔτι

ſomnum quidam horrore correptus, mane ſurrexit capitis gravitatem ſentiens, horruit, vomuit, capitis gravitate laborabat, ſub noctem remiſit fere ad meridiem usque, rurſus inhorruit, noctem moleſte tulit. Poſtero vero die febris acuta invaſit, capitis vehemens dolor, multae bilis vomitio quae maxima ex parte porracea erat, ceſſarunt omnia, ſub noctem ſomnus, mane perſrigerabatur, ſudor parvus et mador plurima ex corporis parte dimanavit circa lienem exiguo tempore manu indicabat duritiem doloris expertem, quae conſeſtim evanuit, ad noctem pervigilio torquebatur, ſub concionis tempus febris ingraveſcebat, anxietas aderat cum tenebricoſa vertigine, inteſtinorum et capitis dolor, vomitus porraceus, laevis, velut pituita glutinoſus, ſub ſolis occaſum cuncta ceſſarunt cum capitis et colli ſudore. Poſt vomitionem ſtercoracea, liquida, bilioſa dejecit neque nigra neque abſurda, per noctem et poſterum diem moderate habuit, ſub noctem iterum pervigilio laboravit. Vomitus ſub crepuſculum coepit, ſimiliterque poſtero die tenuit, absque anxietate fuit. Capitis autem dolores poſt ſudorem ceſſarunt, ſub veſperum cuncta relaxarunt. Nono die non am-

ἤμεσεν, ἐθερμάνθη μᾶλλον, τοῖσιν ἄλλοισιν οὐκ ἐδόκει πυρεταίνειν. αἱ ἐν κροτάφοισιν φλέβες ἐπήδων, ἀνώδυνος πάντων, δίψος ἦν αἰεὶ, ἐναταῖος ἐπὶ θῶκον ἀναστὰς ἐλειποψύχει σφόδρα, ὑπεχώρησε πρὸς βάλανον ξυσμάτια μέλανα καὶ χολώδεα, χρῶμα κοπρῶδες ὅσον ἀπέσταξεν ἡ φωνὴ κεκλασμένη. ἐν τῇσιν ὑποστροφῇσι βαρὺς, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, δέρμα μετώπου περιτεταμένον. ἄλλως εὔπνοος κόσμιος, πρὸς τοῖχον τὰ πλεῖστα ἀπεστραμμένος, ὑγρὸς ἐν τῇσι κλίσεσιν, ἐπικεκαμμένος, ἀτρεμίζων, γλῶσσα λευκὴ, λείη, περὶ δὲ τὰς δέκα καὶ μετὰ οὖρα ἐρυθρὰ τὰ κυκλώδεα, ἐν μέσῳ σμικρὸν λευκὸν, δωδεκαταίῳ πρὸς βάλανον ὅμοια ἀπέσταξε χολώδεα καὶ ξυσματώδεα, μετὰ τοῦ βαλανείου λειποψυχίη, ἔπειτα τὸ στόμα ἐπεξηραίνετο, διεκλύζετο αἰεὶ, καὶ εἰ μὴ σφόδρα ψυχρὸν ἦν, θερμὸν ἔφασκεν εἶναι τῆς χιόνος ἐπιεικῶς, εἶτα δίψα οὐκ ἐνῆν, τὸ ἱμάτιον αἰεὶ ἀπὸ τῶν στηθέων ἀπεώθει, τὴν χλαμύδα χλιαίνειν οὐκ εἴα, τὸ πῦρ πόῤῥω καὶ σμικρὸν, γνάθων

plius vomuit, sed magis incaluit, reliquis febris expers videbatur, temporum venae pulsabant, omnino doloris expers fuit, sitis semper aderat. Nono die ubi ad sellam surrexisset vehementer animo deficiebat, ex immissa glande paucula strigmenta dejecit nigra et biliosa, quicquid inde destillavit colorem stercoris habuit, vox fracta dum se converteret gravis, oculi cavi, frontis cutis circumtensa, alioqui facile spirabat, compositus erat, ad parietem plurimum conversus, in decubitu mollis, incurvus, quiescens, lingua alba, laevis. Ad decimum diem posteaque urinae circumquaque rubrae, in medio exiguum quiddam album habentes. Duodecimo ex glande subdita similia destillabant, biliosa et strigmentosa, post glandem animi defectio, postea os resiccabatur, colluebat semper, ac nisi admodum frigida esset aqua, calidam esse dicebat, quae prope frigore ad nivem accederet, postea sitis non aderat. Vestem semper a pectore repellebat, tunicam calefieri nolebat, ignis procul isque exiguus erat, maxilla utraque rubuit. Post haec

Ed. Chart. IX. [587. 588.] Foës. II. 1231. 1233. Ed. Lind. I. (865. 866.)

ἀμφοτέρων ἔρευθος. μετὰ ταῦ[588]τα ἄκροπις ἀνεθερμαίνετο μίαν ἢ δύο ἡμέρας, καὶ ἔληξεν.

|| Ἀνδροθαλεῖ ἀφωνίη, ἄγνοια, παράληρησις. παυθέντων δὲ τουτέων περιῄει ἔτεα συχνὰ, καὶ ὑποστροφαὶ ἐγίνοντο. ἡ γλῶσσα διετέλει πάντα τὸν χρόνον ξηρὴ, εἰ μὴ διακλύσαιτο. διαλέγεσθαι οὐχ οἷός τε ἦν, καὶ σφόδρα πικρὴ ἦν τὰ πουλλά. (866) ἔστι δ' ὅτε καὶ πρὸς καρδίην ὀδύνη, φλεβοτομίη ἔρυσε ταῦτα, ὑδρωποσίη, μελίκρητον, ἐλλέβορον ἔπιε μέλανα, χολῶδες οὐ διῄει, ἀλλ' ὀλίγον. τέλει δὲ χειμῶνος κατακλιθεὶς ἐξ ἑωυτοῦ ἐγένετο, καὶ τὰ τῆς γλώσσης παθήματα ὅμοια. θέρμη λεπτὴ, γλῶσσα ἄχρως, φωνὴ περιπλευμονικὴ, ἀπὸ τοῦ στήθεος τὸ ἱμάτιον ἀπέῤῥιπτε, καὶ ἐξάγειν ἑωυτὸν ὡς οὐρήσαντα ἐκέλευεν, οὐδὲν δυνάμενος σάφα εἰπεῖν οὐδὲ ἐὼν παρ' ἑωυτὸν, ἐξῆγον αὐτόν. ἐς νύκτα ἐτελεύτησεν, ᾗσι κατέκλινε δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας. ἐγένετο τὸ Νικάνορος πάθος ὁπότε ἐς ποτὸν ὥρμητο, φόβος τῆς αὐλητρίδος ὅτε ἀρχομένης αὐλεῖν ἀκούσειεν ἐν τῷ συμποσίῳ, ὑπὸ

linguam inarticulatam habuit, diem unum aut duos recalescebat, desecit.

Androthali vocis desectio, ignorantia et deliratio aderat, quibus sedatis multis annis superfuit, et in morbum relabebatur. Lingua toto tempore sicca permanebat, ac nisi collueretur loqui non poterat, magnaque ex parte admodum amara erat, interdumque cordis dolor affligebat, quae sanguinis missio eripuit. Aquae potu et mulsa usus est. Veratrum nigrum ebibit, neque biliosum, nisi modicum, prodiit. Demum per hiemem decumbens mente abalienata erat, et lingua iisdem vitiis afficiebatur, calor tenuis erat, lingua decolor, vox qualis pulmonum inflammatione laborantibus, e pectore vestem rejiciebat, seque velut urinam redditurus educi jubebat, cum nihil aperte proloqui posset neque apud se esset, eum eduxerunt, sub noctem mortuus est, duobus aut tribus diebus quibus decubuit. Ea erat Nicanoris affectio ut cum ad convivium progrederetur, tibicinae metu afficeretur: adeo ut cum tibias inflare in

δειμάτων ὄχλοι, μόγις ὑπομένειν, ἔφη, ὅτε νὺξ εἴη. ἡμέρης δὲ ἀκούων οὐδὲν διετρέπετο, καὶ ταῦτα παρείπετο χρόνον συχνόν. Τιμοκλέης δὲ ὁ μετ᾽ ἐκείνου ἀμβλυώσσειν καὶ λυσισωματεῖν ἐδόκει, καὶ οὐκ ἂν παρὰ κρημνὸν ἔφη παρελθεῖν οὐδὲ ἐπὶ γεφύρας, οὐδὲ τοὐλάχιστον βάθος τάφρου τολμῆσαι ἂν, ὑπὸ δείματος μὴ πέσῃ διελθεῖν, ἀλλὰ δι᾽ αὐτῆς τῆς τάφρου πορεύεσθαι. τοῦτο χρόνον τινὰ αὐτῷ ξυμβῆναι. [589] τὸ Φοίνικος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τὰ πολλὰ τοῦ δεξιοῦ, ὥσπερ ἀστραπὴν ἐκλάμπειν ἐδόκει, οὐ πολὺ δὲ ἐπισχόντι ὀδύνη ἐς κρόταφον τὸν δεξιὸν ἐγένετο δεινή. ἔπειτα καὶ ἐς ὅλην τὴν κεφαλὴν καὶ ἐς τὸν τράχηλον οἴδετο ἡ κεφαλὴ ὄπισθεν τῶν σπονδύλων, καὶ ξύντασις καὶ σκληρότης ἀμφὶ τοὺς τένοντας. εἰ γοῦν ἐπειρᾶτο διακινέειν τὴν κεφαλὴν ἢ διοίγειν τοὺς ὀδόντας, (867) ἠδύνατο, ὡς σφόδρα ξυντεινόμενος. ἔμετοι ὁπότ᾽ ἂν γενοίατο, ἀπέτρεπον τὰς εἰρημένας ὀδύνας. ἠπιωτέρως ἐποίουν, καὶ φλεβοτομίη ὠφέλησε, καὶ ἐλλέβοροι

convivio audiret, prae timore turbaretur neque ſuſtinere poſſe diceret, ſi nox eſſet, de die vero nihil commoveretur, quae quidem eum multo tempore comitabantur. Timocles vero, qui cum illo erat, caligine tentari et exoluto eſſe corpore ſibi videbatur, neque per praeruptum locum iter facere, neque vero pontem, ac ne minime quidem profundam ſcrobem transmittere audere dicebat, timens ne caderet, verum per ipſam ſcrobem adibat, idque illi aliquandiu contigit. Phoenicis is erat affectus, ut ex oculo dextro plerumque velut fulgor coruſcare videretur, non multo vero interpoſito tempore, ad tempus dextrum gravis dolor exoriebatur, poſteaque totum corpus caput atque etiam cervicem pervadebat, capitis pars poſterior ad vertebras intumeſcebat, cervicis nervi majores, quos tenontas appellant, contendebantur et circum dureſcebant. Quod ſi caput commovere aut dentes aperire conaretur, non poterat, utpote admodum diſtentus. Vomitiones ſi quando oboriebantur, commemoratos dolores ſubmovebant et leniebant. Sanguinis miſſio auxilio fuit et veratri potiones cu-

ἦγον παντοδαπὰ οὐχ ἥκιστα πρασοειδέα. τῷ Παρμενίσκῳ καὶ πρότερον ἐνέπιπτον ἀθυμίαι || καὶ ἵμερος τῆς ἀπαλλαγῆς βίου, ὁτὲ δὲ πάλιν εὐθυμίη. ἐν Ὀλύνθῳ δὲ ποτὲ φθινοπώρου ἄφωνος κατέκειτο, ἡσυχίην ἔχων βραχύ τι ὅσον ἄρχεσθαι ἐπιχειρέων προσειπεῖν, ἤδη δέ τι καὶ διελέχθη, καὶ πάλιν ἄφωνος, ὕπνοι ἐνῆσαν, ὁτὲ δὲ ἀγρυπνίη καὶ ῥιπτασμὸς μετὰ σιγῆς, καὶ ἀλυσμὸς, καὶ χεὶρ πρὸς ὑποχόνδρια ὡς ὀδυναμένῳ, ὁτὲ δὲ ἀποστραφεὶς ἔκειτο ἡσυχίην ἄγων, ὁ πυρετὸς δὲ διὰ τέλεος καὶ εὔπνοος. ἔφη δὲ ὕστερον ἐπιγινώσκειν τοὺς ἐσιόντας, πιεῖν δὲ ὁτὲ μὲν ἡμέρης ὅλης καὶ νυκτὸς καὶ διδόντων οὐκ ἤθελεν, ὁτὲ δὲ ἐξαίφνης τὸν στάμνον ἁρπάσας, τοῦ ὕδατος παντός ἐξέπιεν. οὖρον παχὺ ὡς ὑποζυγίου. περὶ δὲ τὴν ιδ ἀνῆκεν. [590] ἡ δὲ Κόνωνος θεράπαινα ἐν κεφαλῇ ὀδύνης ἀρξαμένη ἐκτὸς ἑωυτῆς, καὶ βοὴ, καὶ κλαυθμὸς πολὺς, ὀλιγάκις δὲ ἡσυχίη. περὶ ἔτεα τεσσαράκοντα ἐτελεύτησεν, τὰς δὲ ἐπὶ τελευτῆς ἡμέρας ἄφωνος καὶ σπασμώδης ἐγένετο.

jusquemodi humores eduxerunt, praecipueque porraceos. Parmenifco etiam antea animi defperatio accidit, adeo ut vita defungi cuperet, interdum vero rurfus fecuro erat animo. In Olyntho autem aliquando per autumnum voce defectus decumbebat quiete agens, perpufillum quid vix dum dicere aggrediens, quin etiam fi quid dixiffet, rurfus vox deficiebat, fomni aderant, interdum vero pervigilium et tacita corporis jactatio atque anxietas, manumque praecordiis velut dolorem fentiens admovebat, nonnunquam vero averfus quiete decumbebat, febris autem femper perfeverabat et facile fpirabat. Tandem fe ingredientes agnofcere dixit, interdumque tota die ac nocte cum potus illi exhiberetur, bibere nolebat, nonnunquam vero accepta repente urna, totam exhaufit aquam. Urina craffa, qualis in veterinario genere. At circa decimumquartum diem remifit. Cononis ancilla capitis dolore incipiente mente erat abalienata, clamor aderat et ejulatus multus, raroque quiefcebat. Sub quadragefimum diem mortua eft. Aliquot vero fub mortem diebus voce defecta et convulfione tentata eft. Eodem quoque modo et circa eosdem dies mor-

καὶ ὁ τοῦ Τιμοχάριος θεράπων, ἐκ μελαγχολικῶν δοκῶν εἶναι καὶ τοιούτων, ἐτελεύτησεν ὁμοίως καὶ περὶ ἡμέρας τὰς αὐτάς. τῷ Νικολάου περὶ ἡλίου τροπὰς χειμερινὰς ἐκ πότων ἔφριξεν, ἐς νύκτα πυρετός. τῇ ὑστεραίῃ ἔμετος χολώδης, (868) ἄκρητος ὀλίγος. τρίτῃ δὲ ἀγορῆς πληθούσης ἱδρὼς δι' ὅλου τοῦ σώματος, ἔληξε, καὶ ταχὺ πάλιν ἐθερμάνθη. περὶ μέσας νύκτας ῥῖγος, πυρετὸς ὀξὺς, ἡμέρης δὲ τὴν αὐτὴν ὥρην ἱδρὼς, ταχὺ πάλιν ἐπεθερμάνθη, ἔμετος ὅμοιος. τῇ τετάρτῃ ἀπὸ ὕδατος λινοζώστιος ὑπεχώρησεν εὐκοπρώδεα καὶ ὑγρὰ, ὑπομύσαρα δὲ σπογγοειδέα οἷα ὕδωρ λινοζώστιος οὐκ ἀνόμοια. ὑπόστασις οὐκ ἦν, οὐ δὲ πολὺ τὸ οὖρον, ἐναιωρήματα σμικρὰ, ἀλγήματα ὑποχονδρίου ἀριστεροῦ καὶ ὀσφύος. ᾤετο ἐκ τοῦ ἐμέτου ἐπαναπνεῖν, καὶ ἐπανέπνει. ἔστι δ' ὅτε διπλόον, γλῶσσα λευκὴ, ἔχουσα ἐκ δεξιοῦ οἷον θερμοῦ πρόσφυσιν. ἐπὴν βραχὺ ἦν διψώδης, ἄγρυπνος, ἔκφρων. ἑκταίῳ δὲ δεξιὸς ὀφθαλμὸς μείζων ἐν τῷ βλέπειν, ἑβδομαῖος ἐτελεύ-

tuus eſt Timocharis famulus, melancholicis affectibus iisdem, ut videbatur, tentatus. Nicolai filium circa brumam ex compotationibus inhorreſcentem, ſub noctem febris corripuit, poſtero die vomitus bilioſus, ſincerus, paucus adfuit. Tertio vero die frequente adhuc foro, ſudore per totum corpus oborto, deſiit, ſtatimque rurſus incaluit. Ad mediam noctem rigor, febris acuta, die vero eadem hora ſudor, rurſus ſtatim recaluit, vomitus ſimilis. Quarto die ex mercurialis decocto bene ſtercoracea et liquida per alvum demiſit, ſubolida tamen et ſpongioſa, mercurialis jusculo non abſimilia. Urina absque ſedimento, non admodum multa, pauca quaedam in medio innatantia habebat, praecordiorum ſiniſtrorum et lumborum dolores aderant. Exiſtimabat ex vomitione ſe facilius ac ſubinde ſpirare poſſe, interdumque geminata reſpiratione ſubinde reſpirabat, lingua albicans erat, dextra parte habens connexionem lupino ſimilem, deinde parum ſiticuloſus erat, pervigil, prudens. Sexto vero die oculus dexter major conſpiciebatur, ſeptimo mortuus eſt. Verumtamen ante mor-

τησε. πλὴν ἡ κοιλίη πρὸ τῆς τελευτῆς ἐμετεωρίσθη, καὶ ἀποθανόντι τὰ ὄπισθεν ἐφοινίχθη. [591] Μέτωνι μετὰ πληϊάδων δύσιν πυρετὸς, πλευροῦ ἀριστεροῦ ὀδύνη μέχρι κληῖδος, οὕτω δὲ δεινὴ, ὥστε ἀτρεμίζειν οὐχ οἷός τε καὶ τὸ φλέγμα κατεῖχεν, ὑποχώρησις πολλὴ χολώδης, ἐν τρισὶν ἡμέρῃσι σχεδὸν ἔληξεν ἡ ὀδύνη. ἡ θέρμη δὲ περὶ τὰς ζ ἢ θ, βὴξ ἐνῆν. ἀποχρέμψιες ὑπόχολοι οὐδὲ ἐγένοντο, οὐδὲ πολλαί. φλεγματώδεες δὲ αἱ βῆχες παρηκολούθεον, σιτίων ἀπεγεύετο. ἔστιν ὅτε ἐξήει ὡς ὑγιὴς, ὑπελάμβανον δὲ ἐνίοτε θέρμαι λεπταὶ ὀλίγον χρόνον. ἱδρώτια ἐγίνοντο ἐς νύκτα, τὸ πνεῦμα ἐν τῇ θέρμῃ πυκνότερον. γνάθων ἔρευθος περὶ τὸ πλευρὸν βάρος, καὶ ὑπὸ τὴν μασχάλην, καὶ ἐς ὦμον, αἱ βῆχες ἀπεῖχον. φάρμακον (869) ἄνωθεν ἤγαγε χολώδεα. τρίτῃ ἀπὸ τοῦ φαρμάκου ἐῤῥάγη τὸ πῦον. ἀπὸ δὲ τῆς ἀρχῆς τοῦ ἀῤῥωστήματος τεσσαρακοστῇ, ἀποκαθῆραι δὲ περὶ πέντε καὶ τριήκοντα ἡμέρας ἄλλας καὶ ὑγιής. τῇ Θεοτίμου ἐν ἡμιτριταίῳ ἄση καὶ ἔμετος καὶ φρίκη ἅμα, ἀρχομένῳ τῷ πυρετῷ

tem venter intumuit, mortuoque partes posteriores rubore suffusae sunt. Metonem post vergiliarum occasum febris prehendit, et lateris sinistri dolor ad jugulum pertingens, isque adeo vehemens ut quiescere nequiret, et inflammatio detinebat, dejectio copiosa erat, biliosa, tribus fere diebus dolor cessavit, calor vero sub septimum aut nonum. Tussis aderat, exscreationes neque aliquantulum biliosae, neque copiosae fiebant, verum tusses pituitosae comitabantur, cibos sumebat, interdumque tanquam sanus exibat. Nonnunquam tamen tenues calores exiguo tempore detinebant, sub noctem parvi sudores oboriebantur. In calore spiratio crebrior aderat, malarum rubor, lateris gravitas sub axillam et ad humerum pertingebat, tusses aberant. Medicamentum per superiora biliosa eduxit. Tertio post medicamentum pus erupit, quadragesimo vero a morbi initio die. Per alios autem quinque et triginta dies repurgatus est, et convaluit. Theotimi conjugem in semitertiana febre anxietas et vomitus cepit, simulque horror per febris exordia

Ed. Chart. IX. [591. 592.] Foës. II. 1234. 1235. Ed. Lind. I. (869.)

καὶ δίψα. προϊόντος ἀρχομένῳ ἐξαίσιον τὸ θερμὸν μελίκρητον πιούσῃ καὶ ἀπεμούσῃ ἥ τε φρίκη καὶ ἡ ἄση, ἐπαύσατο καὶ τὸ ἀπὸ τῆς σίδης ὕστερον. τῇ Διοπειθέος ἀδελφῇ ἐν ἡμιτριταίῳ δεινὴ καρδιαλγίη || περὶ τὴν λῆψιν, καὶ ξυμπαρείπετο ὅλην τὴν ἡμέρην καὶ κεφαλαλγίη καὶ τῇσιν ἄλλῃσιν. ὡσαύτως ὑπὸ πληϊάδος δύσιν, ἀνδράσιν σπανιώτερα ἐγίνετο τὰ τοιαῦτα. [592] *τῇ Ἀπομότου ἐν ἡμιτριταίῳ περὶ ἀρκτοῦρον δεινὴ καρδιαλγίη περὶ τὴν λῆψιν, καὶ ἔμετοι, καὶ πνῖγες προσίσταντο ἅμα ὑστερικαὶ, καὶ ἐς τὸ μετάφρενον ὀδύναι κατὰ ῥάχιν, ὅτε δὲ ἐνταῦθά οἱ ἴῃ, ἔληγον αἱ καρδιαλγίαι. τῇ Τερπιδέω μητρὶ τῇ ἀπὸ Δορίσκου διαφθορῆς γινομένης, μηνὶ πέμπτῳ διδύμων ἐκ πτώματος, τοῦ μὲν ἑτέρου αὐτίκα ὡς ἐν χιτῶνί τινι ἀπηλλάγη, τοῦ δὲ ἑτέρου ἢ πρότερον ἢ ὕστερον μ̄ ἡμερέων ἀπηλλάγη, ὕστερον δὲ ἔλαβεν ἐν γαστρί. ἔτει δὲ ἐνάτῳ ὀδύναι δειναὶ κατὰ γαστέρα ἐπὶ πουλὺν χρόνον ἤρχοντο. ἔστι μὲν ὅτε ἐκ τοῦ τραχήλου καὶ ῥάχιος. καθίσταντο δὲ ἐς ὑπογάστριον καὶ βουβῶνας. ἔστι δ᾽ ὅτε ἐκ*

et ſitis, progreſſu temporis per febris initia immoderatus calor. Mulſa epota et vomitione rejecta et horror et anxietas ceſſavit, poſteaque mali punici ſuccum ſumpſit. Diopithis ſororem in ſemitertiana febre ſub acceſſionem vehemens oris ventriculi dolor tenuit et tota die perſeverabat, hujusmodique oris ventriculi dolor reliquis mulieribus eodem modo aderat. Talia tamen ſub vergiliarum occaſum viris rarius contingebant. Sub arcturum in febre ſemitertiana Apomoti conjugem, circa acceſſionis tempus, vehemens oris ventriculi dolor et vomitus tenuit, ſimulque uteri ſtrangulatus male afficiebant et ad dorſum dolores juxta ſpinam erant, ex eoque tempore oris ventriculi dolores ceſſabant. Terpidae mater a Doriſco menſe quinto ex caſu per abortionem gemellos enixa eſt, altero quidem velut tunica concluſa ſtatim liberata, altero vero aut prius aut poſterius quadraginta diebus, poſtea autem utero geſtavit. At anno nono vehementes ventris dolores diu tenuerunt interdumque ex cervice et ſpina ortum ſumebant, in imo autem ventre et inguinibus conſiſtebat, quandoque

γού(870)νατος τοῦ δεξιοῦ. καθίσταντο δὲ ἐς τωὐτὸ, καὶ ὅτε μὲν κατὰ τὴν γαστέρα αἱ ὀδύναι εἶεν, ἐμετεωρίζετο ἡ κοιλίη, ὅτε δὲ ἐπαύσατο, ξυνέπιπτεν ἡ καρδιαλγίη, πνιγμοὶ οὐκ ἐνῆσαν. ψύξις δὲ τοῦ σώματος ὡς ὕδατι κειμένῳ, κατὰ τὸν χρόνον ἡνίκα ἡ ὀδύνη ἐγίνετο, ὑπέστρεφε δι᾽ ὅλου τὰ ἀλγήματα. ἠπιώτερα τῶν κατ᾽ ἀρχὰς, σκόροδα, σίλφιον, τὰ δριμέα ξύμπαντα οὐ ξυνέφερεν, οὐδὲ τὰ γλυκέα, οὐδὲ τὰ ὀξέα, οὐδὲ οἱ λευκοὶ οἶνοι. οἱ μέλανες δὲ καὶ λουτρὰ ὀλιγάκις ἀρχομένῃ, καὶ ἔμετοι δεινοὶ ἐπεγίνοντο καὶ τῶν σιτίων ἀποκλείσιες καὶ περὶ τὰς ὀδύνας τὰ γυναικεῖα οὐκ ἐφαίνετο. τῇ Κλεομένεος περὶ ζεφύρου πνοὰς, ἐκ ναυσίης καὶ κόπου πλευροῦ ἀριστεροῦ ὀδύνη, ἐκ τραχήλου ἀρξαμένη καὶ τοῦ ὤμου, πυρετὸς καὶ φρίκη καὶ ἱδρώς. ἤρξατο δὲ ὁ πυρετὸς καὶ οὐκ ἔληγεν, ἀλλ᾽ ἐπέ[593]τεινε, καὶ ἡ ὀδύνη δεινὴ, βὴξ, ἀπόχρεμψις ὕφαιμος ὠχρὴ, πολλὴ, γλῶσσα λευκὴ, διαχωρήματα μέτρια ὑγρὰ, οὖρα χολώδεα. τετάρτῃ ἐς νύκτα τὰ γυναικεῖα ἦλθε πουλλὰ, ἔληξεν ἥ τε βὴξ καὶ ἡ ἀπόχρεμψις

vero ex genu dextro exorti, in eundem locum consistebant. Et cum quidem ad ventrem dolores essent, alvus intumescebat, cum vero cessarent, oris ventriculi dolor contingebat, strangulatus non aderant. Corpus peraeque frigebat ac si in aqua jaceret. Quo tempore dolor aderat, toto corpore recursabant dolores quam per exordia leviores. Nihil allia, laserpitium aut acria omnia conferebant, neque dulcia neque acida, neque vero vina alba, verum nigra et balnea pauca per initia. Vomitiones vehementes accedebant et cibi intercludebantur, neque per dolores menses apparebant. Cleomenis uxorem flante favonio ex nausea et lassitudine lateris sinistri dolor corripuit, ex cervice et humero initium ducens, febris aderat et horror et sudor. Coeperat autem febris neque desinebat, verum intendebatur et vehemens dolor erat, tussis, exscreatio aliquantulum cruenta, pallida, multa, lingua albicans, dejectiones moderatae liquidae, urinae biliosae. Quarto die sub noctem menstrua copiosa prodierunt, tussisque desiit et exscreatio

καὶ ἡ ὀδύνη, ἡ δὲ θερμὴ λεπτή. τῇ Ἐπιχάρμου πρὸ τόκου δυσεντερίη, πόνος, ὑποχωρήματα ὕφαιμα, μυξώδεα, τεκούσῃ παραχρῆμα ὑγιής. τῇ Πολεμάρχου ἐν ἀρθριτικοῖς ἰσχίου ἄλγημα ἐξαίφνης γυναικείων οὐ γενομένων, τὸ ἐν τῷ τεύτλῳ πιούσῃ. ἔσχετο ἡ φωνὴ νύκτα καὶ ἐς μέσον ἡμέρης, ἤκουσε μετὰ ταῦτα καὶ ἐφρόνει, καὶ τῇ χειρὶ ἐσήμαινεν ἀμφὶ τὸ ἰσχίον εἶναι τὸ ἄλγημα. (871) τῇ Λικινίου ἀδελφῇ, τῇ ἀφηλικεστέρῃ ἔμετος ὅτι προσδέξαιτο τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρας, ἄνευ πυρετοῦ. αἱματωδέων τῶν ἐμεσμάτων, ἐρεγμοὶ, καὶ ξυνεσταλμένον, ἐχώρει πρὸς καρδίην πνίγμα, καστόριον, σέσελι, πάντα ἔπαυσε, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς σίδης. ἀπέστη δὲ ἄλγημα μέτριον ἐς κενεῶνα, βολβοῦ χυλὸς, καὶ οἶνος γαλακτώδης αὐστηρὸς, καὶ ἄρτοι ὡς ἐλάχιστοι ξὺν ἐλαίῳ. τῇ Παυσανίου κούρῃ μύκητα ὠμὸν φαγούσῃ ἄσῃ ἔσχε, πνιγμὸς, ὀδύνη γαστρὸς μελίκρητον θερμὸν πίνειν καὶ [594] ἐμέειν ξυνήνεγκε καὶ λουτρὸν θερμόν. ἐν τῷ λουτρῷ ἐξήμεσε τὸν

et dolor, tenuis tamen calor relictus est. Uxor Epicharmi ante partum intestinorum difficultate laborabat, dolor aderat, dejectiones aliquantulum cruentae, mucosae. Ubi peperisset, confestim convaluit. Polemarchi uxorem articulorum doloribus vexatam, minime fluentibus mensibus, coxendicis dolor derepente corripuit. Post epotum betae jusculum vox per noctem et ad meridiem usque intercepta fuit. Postea audivit et mentis compos erat, manuque indicabat dolorem circa coxendicem adesse. Licinii sororem quae jam florentes annos exegerat, vomitus cepit, quo quicquid quatuordecim diebus assumpserat, rejiciebat, febris expers erat, cruentarum vomitionum eructationes aderant, et ad os ventriculi strangulatio procedebat coarctationem inducens. Castorium, seseli et mali punici succus est exhibitus, cuncta sedata sunt, modicus tamen dolor in lateris inanitatem concessit. Bulbi succus contulit, et vinum austerum egelidum, et quam paucissimi panes oleo intincti. Pausaniae puellam ex fungi crudi esu anxietas corripiebat, suffocatio, ventris dolor. Mulsa calida epota et vomitio profuit, balneumque calidum. In balneo fungum vomi-

Ed. Chart. IX. [594.] Foes. II. 1235. 1236. Ed. Lind. I. (871. 872.)
μύκητα, καὶ ἐπεὶ λήξειν ἔμελλεν, ἐξίδρωσεν. Ἐπιχάρμῳ περὶ πληϊάδων δύσιν ὤμου ὀδύνη καὶ βάρος δεινὸν ἐς βραχίονα, ἄση, ἔμετοι συχνοὶ, ὑδρωποσίη. τῷ Εὔφρονος παιδὶ ἐξανθήματα οἷα ἀπὸ κωνώπων, μετὰ ζέφυρον αὐχμοὶ ἐ||γένοντο μέχρις ἡμέρας μετοπωρινῆς. ὑπὸ κύνα δεινὰ πνίγεα, καὶ πνεύματα θερμὰ καὶ πυρετοὶ ἱδρώδεες καὶ πάλιν εὐθὺς ὑπεθέρμαινον. φύματα δὲ παρ' οὖς πολλοῖσιν ἐγένετο. τῇ γραίῃ βηχικῇ περὶ ἐνάτην. τῷ μειρακίῳ τῷ σπληνώδει τῷ τῆς παιδίσκης, κοιλίης ὑγρανθείσης περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον. Κτησιφῶντι ὑπ' ἀρκτοῦρον σχεδὸν περὶ τὰς ἑπτὰ τῷ παιδὶ μοῦνον ἐπωήθη. τῷ Ἐρατύλλου ἀπεμωλύνθη, περὶ ἀμφότερα ἀνιδρώσιες. γλώσσης ὑπὸ ξηρότητος ψελλοὶ, οἱ ὀρνιθίαι ἔπνευσαν πολλοὶ καὶ ψυχροὶ, καὶ χιόνες ἐξ εὐδείων (872) ἔστιν ὅτε ἐγένοντο, καὶ μετὰ ἰσημερίην νότια διαμίσγοντα βορείοις, ὕδατα συχνὰ ἐπεδήμησαν. βῆχες πολλαὶ, μᾶλλον δὲ παιδίοισι. παρὰ ὦτα πολλοῖσιν, οἷα τοῖσι Σατύροισιν. ὅτε δὲ

tione rejecit et ubi ista cessatura essent, sudore detenta est. Epicharmo sub vergiliarum occasum humeri dolor et ad brachium vehemens gravitas contigit, anxietas aderat, crebrae vomitiones et aquae potio. Euphranoris filio pustulae culicum morsibus non absimiles eruperunt. Post favonium ad autumnale aequinoctium squallores multi contingebant. Sub canem aestus vehementes, venti calidi, febres in quibus aegri sudoribus diffluebant, statim rursus aliquantulum incalescebant. Aurium vero tubercula multis enascebantur, ut vetulae tussiculosae sub nonum diem. Eodemque tempore adolescentulo lienis tumore laboranti, ancillae filio liquidiore alvo. Ctesiphonti ad arcturum, fere circa septimum puero soli ad suppurationem pervenerunt. Eratylli puero ad utramque aurem exorta disparuerunt, sudores nulli aderant, prae linguae siccitate blaesi erant. Ornithiae spiraverunt multi et frigidi, post tranquillitates interdum nives aderant, post aequinoctium austrina aquilonaribus permista erant frequentes pluviae, tusses multae, praecipue vero in pueros vulgariter grassatae sunt. Plerisque circa aures qualia Satyris oborta sunt. Interdum au-

Ed. Chart. IX. [594. 595.] Foës. II. 1236. 1238. Ed. Lind. I. (872.)
ὁ πρὸ τούτου τοῦ χρόνου χειμὼν σφόδρα χειμερινὸς ἐγένετο ἐν χιόνι καὶ ὄμβροισι βορείοισιν.

[595] || Τῷ Τιμόνακτος παιδίῳ ὡς διμηνιαίῳ ἐξανθήματα ἐν σκέλεσιν, καὶ ἐν ἰσχίοισι καὶ ὀσφύϊ, ὑπογαστρίῳ καὶ οἰδήματα σφόδρα ἐνευρέθη. καταστάντων δὲ τούτων, σπασμοὶ καὶ ἐπιληπτικὰ ἐγένοντο ἄνευ πυρετῶν ἡμέρας πολλὰς καὶ ἐτελεύτησεν. τῷ τοῦ Πολεμάρχου ξυνέβη μὲν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ ἐμπυωθῆναί τε καὶ ἀποχρέμψασθαι, ὕστερον δὲ θέρμαι αὐτῷ ἦσαν, καὶ ὑδρωπιώδης ἦν καὶ ἐπίσπληνος καὶ ἀσθματώδης. πρὸς αἶπος εἴ ποτε ἴοι, ἀδύνατος καὶ διψώδης, καὶ ἀπόσιτος ἐπιεικῶς ἔστιν ὅτε, καὶ βηχία ξηρὰ ἐπὶ πουλὺν χρόνον οὕτως ἐγίνετο. ὑπεφέρετο καὶ εἰ μή τοι εὔλυτος. κοιλίη κάτω πλήρης ἐγίνετο, καὶ ἆσθμα καὶ πνίγμα ἐγένετο μᾶλλον. τέλεος δὲ κατάῤῥοος, καὶ ἀπόχρεμψις ἐπικατῆλθε, καὶ βὴξ, ἡ δὲ ἀπόχρεμψις παχεῖα καὶ ὠχρά. πῦα δὲ καὶ πυρετὸς σφοδρὸς, καὶ ἐδόκει λῆξαι, καὶ ἡ βὴξ πρηϋτέρη, καὶ ἡ ἀπόχρεμψις καθαρή. ὑπέστρεψε πάλιν ὀξὺς πυ-

tem quae praecesserat hiems admodum hiberna extiterat, nivibus et imbribus aquilonaribus infesta.

Timonactis infanti fere bimestri, pustulae in cruribus, coxis, lumbis et imo ventre, tumoresque admodum rubicundi extiterunt. Quibus conquiescentibus convulsiones et comitiales exoriebantur, multis diebus sine febre fuit et mortuus est. Polemarchi puerum, qui antea quidem pus intro collegerat et exscreaverat, tandem tamen calores corripuerunt, aqua inter cutem vexabatur, lienis tumore et crebro anhelitu. Si quando ad locum accessu difficilem contenderet, imcecillus erat et siticulosus ac interdum cibum fere aversabatur, itemque tussicula sicca multo tempore detinebat, ac nisi sane soluta esset alvus inferior, implebatur et creber anhelitus suffocatioque magis vexabat. Tandem vero destillatio et exscreatio supervenit et tussis. Exscreatio autem crassa, pallida, purulenta, febrisque vehemens erat, quae desiisse visa est et tussis esse mitior puraque exscreatio. Rursus febris acuta repetiit, spiratio crebra, mortuus est. Antea tamen pedes riguerunt, posteaque toto cor-

Ed. Chart. IX. [595. 596.] Foës. II. 1238. Ed. Lind. I. (872. 873.)
ρετὸς, πνεῦμα πυκνὸν, ἐτελεύτησε, πλὴν προσεῤῥίγωσε πόδας καὶ κατεψύχθη μετὰ ταῦτα, πνεῦμα μᾶλλον ἐγκατελήφθη, ἡ οὔρησις ἔστη, τὰ ἄκρεα κατεψύχθη, ἔμφρων ἐτελεύτησε, τριταῖος δὲ ἀπὸ τῆς ὑποστροφῆς. (873) τῷ τοῦ Θύνου σφόδρα ἐν πυρετῷ καυσώδει ἐλιμοκτονήθη, ὑποχώρησις συχνὴ, μετὰ χολῆς δὲ ἐγένετο καὶ μετὰ ἀψυχίης καὶ ἱδρῶτος πολλοῦ, κατεψύχθη σφόδρα, καὶ ἄφωνος ἦν ἡμέρην ὅλην καὶ νύκτα, ἐγχεόμενος χυλὸν πτισάνης κατείχετο, ἐφρόνει, εὔπνοος ἦν. [596] τῷ Ἐπιχάρμου ξυνέβη ἐκ περιόδου καὶ ποτοῦ ἀπεψίη, τῇ ὑστεραίῃ δὲ πρωῒ ἄσης γενομένης πιὼν ὕδωρ, ὄξος, ἅλας, ἐξήμεσε φλέγμα, μετὰ δὲ ῥῖγος ἔλαβεν, ἐλούσατο πυρεταίνων καὶ στῆθος ἤλγει. τῇ τρίτῃ εὐθὺς πρωῒ κῶμα, ὀλίγον χρόνον ἐπεῖχεν καὶ ἐπελήρει, καὶ πυρετὸς ὀξὺς, βαρέως ἔφερε τὴν νόσον. τῇ τετάρτῃ ἄγρυπνος, ἀπέθανεν. Ἀρίστωνι δακτύλου τοῦ ποδὸς ἡλκωμένου ξὺν πυρετῷ ἀσάφεια, τὸ γαγγραινῶδες ἀνέδραμεν ἄχρι πρὸς γόνυ, ἀπώλετο, ἦν δὲ μέλαν ὑπόξηρον, δυσῶδες. ὁ τὸ καρκίνωμα τὸ ἐν τῇ φάρυγγι καυθεὶς ὑγιὴς ἐγένετο ὑφ᾽ ἡμέων. Πολύ-

pore refrixit. Spiratio magis intercepta fuit, urina suppressa est, extrema perfrixerunt, mentis compos mortuus est, tertio vero a recidiva die. Thyni puero in febre ardente vehementer inedia confecto, copiosa alvi dejectio cum bile tamen aderat et animi deliquio, multoque sudore, toto corpore admodum perfrixit dieque integro et nocte vox defecerat. Infusum ptisanae cremorem continuit, mentis compos erat, facile spirabat. Epicharmi puero ex deambulatione et potu cruditas contigit. Postridie autem mane suborta anxietate, epota aqua cum aceto et sale pituitam vomitione rejecit, posteaque rigor prehendit, in febre lavit, pectus dolebat. Tertio die sub ipsum crepusculum sopor exiguo tempore detinebat, delirabat et febre acuta vexabatur, morbum gravate ferebat. Quarto pervigil mortuus est. Aristoni pedis digito ulcerato cum febre vocis obscuritas aderat, gangraena ad genu usque pervenit, periit. Ulcus autem erat nigrum, subaridum et graveolens. Qui cancrum in faucibus habebat, ustione per nos convaluit. Abderis Polyphantus capitis

Ed. Chart. IX. [596. 597.] Foës II. 1238. Ed. Lind. I. (873. 874.)

φαντος ἐν Ἀβδήροισι κεφαλὴν ὠδυνᾶτο, ἐν πυρετῷ σφοδρῷ, οὖρα λεπτὰ πολλὰ, ὑποστάσιες δασεῖαι καὶ ἀνατεταραγμέναι, οὐ παυομένου δὲ τοῦ ἀλγήματος τῆς κεφαλῆς πταρμικὰ προσετέθη ἐόντι δεκαταίῳ, μετὰ δὲ ἐς τράχηλον ὀδύνη ἰσχυρὴ, οὖρον ἦλθεν ἐρυθρὸν, ἀνατεταραγμένον οἷον τὸ τοῦ ὑποζυγίου, παρέκρουσε τρόπον φρενιτικὸν, ἀπέθανεν ἐν σπασμοῖσιν ἰσχυροῖσιν. [597] παραπλησίως δὲ καὶ ἡ τοῦ Εὐαλκίδου οἰκέτις, ἔνθα οἱ πολὺν χρόνον τὰ δασέα ἐχώρει οὖρα καὶ κεφαλαλγίαι ἐνῆσαν, φρενιτικὴ γενομένη ἀπέθανεν ὡσαύτως σπα(874)σμοῖσιν ἰσχυροῖσι, πάνυ γὰρ τὰ δασέα οὖρα καὶ ἀνατετραμμένα σημεῖον ἀκριβὲς κεφαλαλγίης καὶ σπασμοῦ καὶ θανάτου. ὁ δὲ Ἁλικαρνασσεὺς ὁ ἐν τῇ Ξαντίππου οἰκίῃ καταλύων οὖς ἐν χειμῶνι ὠδυνᾶτο, καὶ κεφαλὴν οὐ μετρίως. ἦν δὲ περὶ ἔτεα πεντήκοντα. φλέβα ἐτμήθη, κατὰ Μνησίμαρχον, ἐβλάβη ἡ κεφαλὴ κενωθεῖσα καὶ ψυχθεῖσα, οὐ γὰρ ἐξεπύησεν. φρενιτικὸς ἐγένετο, ἀπέθανε, οὖρα καὶ τούτῳ δασέα. ἐν Καρδίῃ τῷ Μητροδώρου παιδὶ ἐξ ὀδόν-

dolore in vehementi febre vexabatur. Urinae tenues, copiofae, fedimenta craffa et returbata. Cum vero capitis dolor minime conquiefceret, fternutamenta funt naribus admota decimo die. Poft haec autem dolor vehemens cervicem invafit, urina rubra prodiit returbida, qualis veterini generis. Velut phrenitide captus mente motus eft, obiit cum vehementibus convulfionibus. Ad eundem quoque modum Eualcidae famula, cum ei multo tempore urinae denfae prodirent et capitis dolores adeffent, phrenitide correpta et vehementibus convulfionibus fimiliter vexata mortua eft. Fere enim urinae fpiffae et conturbatae capitis doloris, convulfionis et mortis indubitatum fignum prae fe ferunt. Halicarnaffeus quidam, qui ad Xantippi domum divertebat, per hiemem auris et capitis dolore non mediocri tenebatur. Erat autem annorum prope quinquaginta. Vena juxta Mnefimachum pertufa eft. Caput vacuatum ac perfrigeratum noxiam fenfit. Neque enim pus reddidit. Phreniticus evafit, mortuus eft. Huic quoque urinae fpiffae erant. In Cardia Metrodori puero ex dentium dolore maxillae fideratio et

Ed. Chart. IX. [597. 598.] Foes. II. 1238. 1239. Ed. Lind. I. (874. 875.)

των ὀδύνη, σφακελισμὸς σιηγόνος καὶ οὐλάων ὑπερσάρκωσις δεινὴ, μετρίως ἐξεπύησεν, ἐξέπεσον οἵ τε γόμφοι καὶ ἡ σιαγών. || Ἀναξήνωρ ἐν Ἀβδήροισιν, ἦν μὲν σπληνώδης καὶ κακόχρους, ξυνέβη δὲ αὐτῷ οἰδήματος γενομένου περὶ μηρὸν τὸν ἀριστερὸν ἐξαπίνης τοῦτο ἀφανιθῆναι. οὐ πολλῇσι δὲ ὕστερον ἡμέρῃσιν ἐγενήθη αὐτῷ κατὰ τὸν [598] σπλῆνα οἷον ἐπινυκτὶς ἐξ ἀρχῆς, ἔτι δὲ οἴδημα καὶ ἐρύθημα σκληρὸν, μετὰ δὲ ἡμέρην τετάρτην πυρετὸς ἐγένετο καυσώδης καὶ ἐπελιδνώθη πάντα κύκλῳ καὶ σαπρὰ ἐδόκει, ἀπέθανεν, ὑπεκαθάρθη δὲ πρότερον καὶ κατενόει. Κλόνιγος ἐν Ἀβδήροισιν ἦν μὲν νεφριτικὸς, οὔρει δὲ αἷμα κατὰ σμικρὸν κατὰ πουλὺ χαλεπῶς, ἠνόχλει δὲ καὶ κοιλίη δυσεντερική. τούτῳ πρωῒ μὲν ἐδίδοτο γάλα αἴγειον, καὶ ὕδατος πέμπτη μερὶς ἀναζευγμέον τὸ πᾶν κοτύλαι τρεῖς. ἑσπέ(875)ρην δὲ ἄρτος μὲν ἔξοπτος, ὄψα δὲ σεῦτλα, ἢ σίκυος, οἶνος μέλας λεπτὸς, ἐδίδοτο δὲ καὶ σίκυον πέπονα. οὕτω δὲ διαιτωμένῳ καὶ ἡ κοιλίη

vehementer ſupercreſcens in gingivis caro ac moderata ſuppuratio contigit, tum molares tum maxilla ipſa deciderunt. Abderae Anaxenor lienoſus quidem erat et vitiato colore. Contigit autem ut obortus ad femur ſiniſtrum tumor derepente evaneſceret. Neque multis poſt diebus ad lienis regionem exorta ei eſt per initia velut puſtula noctibus inquietans Epinyctis dicta, inſuperque tumor cum rubore et duritie. Poſt diem autem quartum febris ardens ſuborta eſt et in ambitu omnia livorem contraxerunt et computruiſſe viſa ſunt. Mortuus eſt cum tamen antea aliquantulum purgatus et mentis compos fuiſſet. Abderae Clonigus cum renum quidem doloribus vexaretur, ſanguinem paulatim mejebat plerumque cum moleſtia et alvus inteſtinorum difficultate laborabat. Huic mane quidem lac caprillum cum quinta aquae parte eſt exhibitum, ita ut tota mixtura heminarum trium eſſet. Ad veſperum autem, cum pane quidem exaſſato, pro obſonio beta aut cucumis, vinum nigrum tenue. Exhibebatur etiam cucumeralis pepo. Hac autem victus ratione et alvus ſubſtitit et purae urinae prodibant.

ξυνέστη, καὶ τὰ οὖρα καθαρὰ ἐφοίτα. ἐγαλακτοπότησε δὲ ἕως τὰ οὖρα ἀπεκατέστη. γυναικὶ ἐν Ἀβδήροισι καρκίνωμα ἐγένετο περὶ τὸ στῆθος. ἦν δὲ τοιοῦτον. διὰ τῆς θηλῆς ἰχὼρ ὕφαιμος ἔῤῥει, ἐπιληφθείσης δὲ τῆς ῥύσιος ἀπέθανεν. τῷ Δεινίου παιδίῳ ἐν Ἀβδήροισι μετρίως ὀμφαλὸν τρωθέντι συρίγγιον κατελείφθη, καί ποτε καὶ ἕλμις δι' ἑωυτοῦ διῆλθεν ἁδρὰ, καὶ ἔφη ὅτε πυρέξειε χολώδεα ὅτι καὶ αὐτὰ ταύτῃ διήει, προσεπεπτώκει τούτῳ τὸ ἔντερον πρὸς τῷ συριγγίῳ καὶ διαβέβρωτο ὡς τὸ συρίγγιον καὶ ἀπανεῤῥήγνυτο καὶ βηχία διεκώλυε διαμένειν. [599] τῷ παιδίῳ τῷ Πυθῶνος ἐν Πέλῃ πυρετὸς αὐτίκα ἤρξατο πουλὺς καὶ καταφορὴ πουλλὴ μετὰ ἀφωνίης, ὕπνοι ἐγένοντο, καὶ κοιλίη σκληρὴ παρὰ πάντα τὸν χρόνον, προστιθεμένου δὲ τοῦ ἐκ τῆς χολῆς πολλὰ διεχώρει, καὶ αὐτίκα ἐνεδίδου, ταχὺ δὲ πάλιν ἡ κοιλίη ἐπήρετο, καὶ ὁ πυρετὸς παρωξύνετο, καὶ ἡ καταφορὴ διὰ τῶν αὐτῶν. τῆς δ' αὐτῆς ἀγωγῆς ἐούσης ἐδόθη τι τῶν σὺν κνίκῳ, καὶ σικύου, καὶ μηκωνίου, καὶ χολώδεα κατέῤῥηξε, καὶ αὐτίκα

In lactis autem potu perseveravit, tantisper dum urinae restitutae sunt. Abderae mulieri cuidam circa pectus carcinoma exortum est. Erat autem hujusmodi, per papillam sanies subcruenta effluebat. Intercepta vero fluxione mortua est. Abderae Dinii puero ad umbilicum mediocriter pertuso, fistula parva relicta est, interdumque lumbricus crassus per se pervasit, cumque febricitaret, ut ajebat, biliosa, quod et ipsa hac prodibant. Huic intestinum in fistulam prolapsum est ac velut fistula corrodebatur, rursusque disrumpebatur, tussiculaeque intus permanere non sinebant. In Pela Pythonis filius confestim multum febricitare coepit cum magna in somnum propensione, cum vocis defectione somni fiebant, alvusque toto tempore dura erat. Glande vero ex felle supposita multa dejiciebat, statimque remittebat. Celeriter autem alvus rursus intumescebat, febris ingravescebat, eademque in somnum propensio perseverabat. Eodem autem rei statu exhibitum est aliquid medicamenti ex his quae carthamum et cucumerem agrestem et meconium recipiunt, biliosa eruperunt confestimque sopor cessavit, fe-

τὸ σῶμα ἐπέπαυτο, καὶ ὁ πυρετὸς ἐπραΰνετο, καὶ τὰ ὅλα ἐκουφίσθη, καὶ ἐκρίθη τεσσαρεσκαιδεκαταῖος. (876) Εὔδημος σπλῆνα ἐπόνει ἰσχυρῶς, προσετάττετο ὑπὸ τῶν ἰητρῶν ἐσθίειν πουλλὰ, πίνειν οἶνον ὀλίγον λεπτὸν, περιπατεῖν συχνὰ, οὐ μετέβαλλεν, ἐφλεβοτομήθη, σιτία καὶ ποτὰ πεφεισμένως, περίπατοι ἐκ προσαγωγῆς, οἶνος μέλας λεπτὸς, ὑγιάνθη. Φιλιστίδι τῇ Ἡρακλείδου γυναικὶ ἤρξατο πυρετὸς ὀξὺς, ἔρευθος προσώπου ἐξ οὐδεμίης προφάσιος, ὀλίγον δ' ὕστερον τῆς ἡμέρης ἐῤῥίγωσεν, οὐκ ἀναθερμανθείσης σπασμὸς ἐγένετο, ἐν τοῖσι δακτύλοισι τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν, σμικρὸν δὲ μετὰ ταῦτα ἐπεθερμάνθη. οὔρησε τροφιώδεα, νεφελώδεα διεσπασμένα, νύκτα ἐκοιμήθη. δευτέρῃ ἐπεῤῥίγωσεν, ἡμέρῃ σμικρῷ μᾶλλον ἐθερμάνθη, καὶ τὸ ἔρευθος ἧσσον, καὶ οἱ σπασμοὶ ἐπεγένοντο μετριώτεροι. οὖρα διὰ τῶν αὐ[600]τῶν. νύκτα ἐκοιμήθη, σμικρὰ διαγρυπνήσασα μηδεμιῆς δυσφορίης ἐνεούσης. τριταίῃ οὔρησεν εὐχροώτερα σμικρὰ ὑφεστηκότα, τὴν δ' αὐτὴν ὥρην ἐπεῤῥίγωσεν, πυρετὸς ὀξὺς, ἱδρὼς ἐς νύκτα

bris mitescebat, cunctaque allevata sunt et decimoquarto die judicio est absolutus. Eudemo lienis dolore vehementer conflictato a medicis est imperatum ut multa comederet, vinum paucum tenue biberet, frequenter deambularet, ex qua victus ratione nihil immutabat. Vena secta est, cibos et potum parce sumsit, deambulationes sensim auctae sunt, vinum nigrum tenue est exhibitum, convaluit. Philistidem Heraclidae conjugem febris acuta invasit, faciei rubor nulla ex evidente causa. Paulo vero post procedente die, rigore correpta cum non recalesceret, convulsio in magnum digitis et pedum oborta est, paulumque postea incaluit. Urinas reddidit compacta quaedam innatantia, nebulosa, divulsa habentes, per noctem dormivit. Secundo die insuper riguit, per diem paulo magis incaluit et rubor minor erat et convulsiones moderatiores succedebant, urinae eaedem, noctem dormivit, parum pervigil fuit cum nulla aegre tolerabili molestia. Tertio die urinas coloratas magis reddidit, parum subsidentes, sub idem tempus subinde rigor prehendit, fe-

Ed. Chart. IX. [600.] Foës. II. 1239. 1240. Ed. Lind. I. (876. 877.)
δι᾽ ὅλου. ὀψὲ δὲ τῆς ἡμέρης τὸ χρῶμα ἀνετράπη εἰς τὸν ἰκτερώδεα τρόπον, νύκτα ὕπνωσε δι᾽ ὅλου. τεταρταίῃ αἷμα ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ ἐῤῥύει καλῶς, καὶ γυναικεῖα σμικρὰ ἐπεφάνει ἐν τάξει. πάλιν δὲ τὴν αὐτὴν ὥρην τὸ πυρέτιον || παρωξύνθη, οὖρα τροφιώδεα σμικρὰ, κοιλίη δὲ φύσει μὲν σκληρὴ, πολὺ δὲ μᾶλλον ξυνεστήκει, καὶ οὐδὲν διῄει εἰ μὴ βάλανον πρόσθοιτο, νύκτα ὕπνωσε. πεμπταίῃ τό τε (877) πυρέτιον πρηΰτερον, καὶ πρὸς τὴν ἑσπέρην δι᾽ ὅλου ἵδρου, καὶ γυναικείων χώρησις, καὶ νύκτα ὕπνωσεν. ἑκταίῃ οὔρησεν ἀθρόον πουλὺ τροφιῶδες, σμικρὴν ὑπόστασιν ἔχον ὁμόχροον, περὶ δὲ μέσον ἡμέρης σμικρὰ ἐῤῥίγωσεν, ὑπεθερμάνθη, ἵδρωσε δι᾽ ὅλου, οὖρα εὔχροα, ἐκρίθη πάντα. Τύχων ἐν τῇ πολιορκίῃ τῇ περὶ Δάτον ἐπλήγη καταπέλτῃ ἐς τὸ στῆθος καὶ μετ᾽ ὀλίγου γέλως ἦν περὶ αὐτὸν θορυβώδης, ἐδόκει δέ μοι ὁ ἰητρὸς ἐξαίρων τὸ ξύλον ἐγκαταλιπεῖν τὸν σίδηρον κατὰ

bris acuta, ſudor per noctem toto corpore dimanavit. Sub veſperum autem diei color in regii morbi modum verſus eſt, noctu dormivit et ſudor toto corpore effluxit. Quarto die ſanguis ex nare ſiniſtra probe effluxit et menſtrua pauca ſuo ordine comparuerunt. Rurſus autem eodem tempore febricula ingraveſcebat, urinae paucae, denſata quaedam innatantia habentes. Alvus vero cum natura dura eſſet, multo tamen magis ſubſtitit, nihilque niſi ſubdita glande demittebat, noctu dormivit. Quinto die tum febricula mitior viſa eſt tum ſub veſperum ſudor toto corpore effuſus eſt et menſtrua profluxerunt noctuque dormivit. Sexto die urinam confertam, multam, denſata quaedam innatantia et paucam ſubſidentiam concolorem habentem reddidit. Circa meridiem autem paulum inſuper riguit, aliquantum incaluit, ſudor toto corpore diminavit, noctu dormivit. Septimo die parum recaluit, facile tulit, toto corpore ſudavit, urinae probe coloratae erant, cuncta judicatione ſunt abſoluta. In oppugnatione circa Datum Tychon catapulta in pectus vulnus accepit, parvoque poſt intervallo riſus cum perturbatione ei aderat. Videbatur autem medicus cum lignum eximeret, ferrum circa ſeptum transverſum reliquiſſe. Cumque ſub

Ed. Chart. IX. [600. 601.] Foës. II. 1240. Ed. Lind. I. (877.878.)

τὸ διάφραγμα, ἀλγέοντος δὲ αὐτοῦ περὶ τὴν ἑσπέρην, ἔκλυσέ τε καὶ ἐφαρμάκευσε. κατὰ νύκτα διήγαγε τὴν πρώτην δυσφόρως. ἅμα δὲ τῇ ἡμέρῃ ἐδόκει καὶ τῷ ἰητρῷ καὶ τοῖσιν ἄλλοισι βέλτιον ἔχειν, ἦν γὰρ ἡσυχέος. πρόῤῥησις ὅτι σπασμοῦ γενομένου οὐ βραδέως ἀπολεῖται. ἐς τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα δύσφορος, ἄγρυπνος, ἐπὶ γαστέρα τὰ πολλὰ κείμενος. τρίτῃ πρωῒ ἐσπᾶτο, περὶ μέσον ἡμέρης ἐτελεύτησεν. εὐνοῦχος ἐκ κυνηγεσίης καὶ διαδρομῆς ὑδραγωγὸς γίνεται. [601] ὁ παρὰ τὴν Ἐλεαλκέος κρήνην. ὁ περὶ τὰ ἓξ ἔτεα ἱππουρίν τε καὶ βουβῶνα καὶ ἴξιν καὶ κέδματα. ὁ τὸν κενεῶνα φθινήσας ἑβδομαῖος ἀπέθανεν, προπιούντων ἄπεπτον, ἁλμυρὰ μετὰ μέλιτος. πορνείη ἄχρωμος δυσεντερίης ἄκος. (878) τῇ Λεωνίδεω θυγατρὶ ἡ φύσις ὁρμήσασα ἀπεστράφη. ἀποστραφεῖσα ἐμυκτήρισεν, μυκτηρίσασα διηλλάγη. ὁ ἰητρὸς οὐ ξυνεῖδεν, ἡ παῖς ἀπέθανεν. ὁ Φιλοτίμου παῖς ἔφηβος ἦλθεν

vesperam ei dolor commotus esset, infusum per clysterem et medicamentum alvum dejiciens exhibuit. Primam noctem implacide transegit. Sub diluculum vero et medico et reliquis melius habere visus est, placidus quippe erat. Praedictum est accedente convulsione celeriter periturum. Postera nocte implacidus, pervigil, in ventrem plerumque decumbens, tertio die mane convulsione tentabatur, sub meridiem mortuus est. Eunuchus ex venatu et discursatione in aquam inter cutem delabitur. Qui ad Elealcis fontem habitabat, ad sex annos hippurin habuit et inguinum tumorem, varicem et diuturnas defluxiones in coxendicem aut articulos. Quidam ad lateris inanitatem tabefactus, septimo die mortuus est. In his qui pus prius crudum expuunt, salsa cum melle exhibenda sunt. Impudens scortatio difficultati intestinorum medetur. Leonidae filiae natura ad impetum incitata sese avertit, atque ubi aversa est sanguinem ex naribus effudit, quo effuso permutata est, quod non vidit medicus, puella mortua est. Philotimi filius ubi ad pubertatem pervenit, ad me venit. In quo ubi calvariae os arte

εἰς ἐμὲ, εὑρὼν κρανίον ὀστέον ἔρημον ἰητρικῆς ἐς ἰηχῖνα τὰ κρύφημα οὐκ ὁρῶν ἑστῶτα.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΑΦΟΡΙΣΜΟΙ.

2. [1.] (68) [Τμῆμα πρῶτον.] Ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, ὁ δὲ καιρὸς ὀξὺς, ἡ δὲ πεῖρα σφαλερὴ, ἡ δὲ κρίσις χαλεπή. δεῖ δὲ οὐ μόνον ἑωυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιεῦντα, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα καὶ τοὺς παρεόντας καὶ τὰ ἔξωθεν.

Ἐν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίης καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι τοῖσιν αὐτομάτως γενομένοισιν, ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν. ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον. οὕτω δὲ καὶ κενεαγγείη, ἢν μὲν οἷα δεῖ γίγνεσθαι γίγνοιτο ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως ἔχουσιν, ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον. ἐπιβλέπειν οὖν δεῖ καὶ χώρην καὶ ὥρην καὶ ἡλικίην καὶ νούσους ἐν ᾗσι δεῖ ἢ οὔ.

Ἐν τοῖσι γυμναστικοῖσιν αἱ ἐπ᾽ ἄκρον εὐεξίαι σφαλεραὶ, ἢν ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἔωσιν. οὐ γὰρ δύνανται μένειν ἐν τῷ

medica destitutum invenissem, occulta animi sensa ad curationem non satis constare videbam.

HIPPOCRATIS APHORISMI.

[*Sectio prima.*] Vita brevis, ars longa, occasio praeceps, experientia fallax, judicium difficile. Neque vero satis est ad ea quae facto opus sunt praesto esse, sed et aegrum et eos qui praesentes sunt et res externas ad id probe comparatas esse oportet.

In alvi perturbationibus et vomitionibus quae sponte eveniunt, si qualia oportet purgentur, conducit et facile tolerant, sin minus, contra evenit. Itidem et vasorum evacuatio, si qualis debet, fiat, conducit et facile tolerant, sin minus, contra fit. Adhibenda igitur consideratio et loci et tempestatis anni et aetatis et morborum in quibus haec fieri debent necne.

Bene habita athletarum valetudo ad summum progressa, ubi ad plenitudinis extremum pervenerit, lubrica est,

Ed. Chart. IX. 2. [1. 9.] Foës. II. 1242. 1243. Ed. Baf. I. (68. 69.)

αὐτέῳ οὐδὲ ἀτρεμέειν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀτρεμέουσιν, οὐκ ἔτι δύνανται ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδιδόναι, λείπεται οὖν ἐπὶ τὸ χεῖρον. τουτέων οὖν εἵνεκεν τὴν εὐεξίην λύειν ξυμφέρει μὴ βραδέως, || ἵνα πάλιν ἀρχὴν λάβῃ τὸ σῶμα. μὴ δὲ τὰς ξυμπτώσιας ἐς τὸ ἔσχατον ἄγειν, σφαλερὸν γὰρ, ἀλλ' ὁκοίη ἂν ἡ φύσις ᾖ τοῦ μέλλοντος ὑπομένειν, ἐς τοῦτο ἄγειν. ὡσαύτως δὲ καὶ αἱ κενώσιες αἱ ἐς τὸ ἔσχατον ἄγουσαι σφαλεραὶ, καὶ πάλιν αἱ ἀναθρέψιες (69) *αἱ ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἐοῦσαι σφαλεραί.*

2. [9] *Αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες δίαιται καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσιν αἰεὶ πάθεσι καὶ ἐν τοῖσιν ὀξέσιν οὗ μὴ ἐπιδέχεται σφαλεραὶ, καὶ πάλιν αἱ ἐς τὸ ἔσχατον λεπτότητος ἀφιγμέναι δίαιται χαλεπαὶ, καὶ γὰρ αἱ πληρώσιες αἱ ἐς τὸ ἔσχατον ἀφιγμέναι χαλεπαί.*

Ἐν τῇσι λεπτῇσι διαίτῃσιν ἁμαρτάνουσιν οἱ νοσέοντες, διὸ μᾶλλον βλάπτονται· πᾶν γὰρ τὸ ἁμάρτημα ὃ ἂν γίνηται μέγα γίνεται μᾶλλον ἢ ἐν τῇσιν ὀλίγον ἁδροτέρῃσι διαίτῃσι.

cum non possit eodem statu permanere neque quiescere. Quandoquidem vero non quiescit, neque jam potest in melius progredi, reliquum est ut in deterius labatur. His igitur de causis pleniorem illum corporis habitum haud cunctanter solvere expedit, quo corpus alterius nutricationis initium sumat. Neque tamen eo deveniendum ut vasa extreme concidant, periculosum enim, sed qualis fuerit ejus qui sustinere debet natura, eousque progrediendum. Eadem vero ratione evacuationes ad extremum deductae, periculosae contraque refectiones ad summum progressae periculosae.

Tenuis et exacta victus ratio cum in morbis longis semper tum in acutis ubi non admittitur, parum tuta est. Ac rursus victus qui ad summam pervenit tenuitatem gravis, si quidem ad extremum perductae plenitudines graves sunt.

In tenui victus ratione delinquunt aegri, ob quod magis laeduntur. Quodcunque enim peccatum in tenui quam in paulo pleniore victus ratione gravius esse solet. Iccirco

Ed. Chart. IX. 2. [9. 11.] Foeſ. II. 1243. Ed. Lind. I. (69. 70.)

διὰ τοῦτο καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσι σφαλεραὶ αἱ πάνυ λεπταὶ καὶ καθεστηκυῖαι καὶ ἀκριβέες δίαιται, ὅτι τὰ ἁμαρτανόμενα χαλεπώτερον φέρουσι, διὰ τοῦτο οὖν αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες δίαιται σφαλεραὶ ἐς τὰ πλεῖστα τῶν μικρὸν ἁδροτέρων.

Ἐς δὲ τὰ ἔσχατα νουσήματα αἱ ἔσχατοι θεραπεῖαι ἐς ἀκριβίην κράτισται.

2. [11] Ὅκου μὲν κάτοξυ τὸ νούσημα, αὐτίκα τοὺς ἐσχάτους πόνους ἔχει καὶ τῇ ἐσχάτως λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρῆσθαι. ὅκου δὲ μὴ, ἀλλ᾽ ἐνδέχεται ἁδροτέρως διαιτᾷν, τοσοῦτον ὑποκαταβαίνειν, ὁκόσον ἂν ἡ νοῦσος μαλθακωτέρη τῶν ἐσχάτων ᾖ.

Ὁκόταν δὲ ἀκμάζῃ τὸ νούσημα, τότε λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι.

Συντεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ καὶ τὸν νοσέοντα εἰ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ πρὸς τὴν ἀκμὴν τῆς νούσου, καὶ πότερον ἐκεῖνος ἀπαυδήσει πρότερον καὶ οὐκ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ ἢ ἡ νοῦσος πρότερον ἀπαυδήσει καὶ ἀμβλυνεῖται.

Ὁκόσοισι μὲν οὖν αὐτίκα ἡ ἀ(70)κμὴ, αὐτίκα λεπτῶς

etiam ſanis parum tuta eſt tenuis et certo praeſcripta ac accurata victus ratio parum tuta eſt, quoniam errata gravius ferunt. Eam igitur ob cauſam tenuis et accuratus victus paulo pleniore maxima ex parte periculoſior eſt.

Ad ſummos morbos ſummae ad unguem curationes adhibitae optime valent.

Cum ergo morbus eſt peracutus, extremos protinus obtinet labores et extreme tenuiſſima victus ratione neceſſario utendum. Cum vero non eſt, ſed pleniorem victum adhibere conceſſum eſt, tam a tenui victu ſe ſubducere oportet, quam morbus ab extremis receſſerit.

Cum morbi ſumma eſt vehementia, tum vel tenuiſſimo victu uti neceſſe eſt.

At conjectura etiam ex aegro facienda, an cum eo victu ſatis eſſe poſſit ad morbi vigorem usque, an non prius ille deficiat neque cum tali victu ſatis eſſe poſſit, vel prior morbus deficiat et obtundatur.

Quibus igitur ſtatim vigor adeſt, iis protinus victus

διαιτᾷν. ὁκόσοισι δὲ ἐς ὕστερον ἡ ἀκμὴ, ἐς ἐκεῖνο καὶ πρὸ ἐκείνου μικρὸν ἀφαιρετέον, ἔμπροσθεν δὲ πιωτέρως διαιτᾷν, ὡς ἂν ἐξαρκέσῃ ὁ νοσέων.

Ἐν δὲ τοῖσιν παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρὴ, τὸ προστιθέναι γὰρ βλάβη, καὶ ὁκόσα κατὰ περιόδους παροξύνεται, ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσι ὑποστέλλεσθαι χρή.

2. [16] Τοὺς δὲ παροξυσμοὺς καὶ τὰς καταστάσιας δηλώσουσιν αἱ νοῦσοι καὶ αἱ ὧραι τοῦ ἔτεος καὶ αἱ τῶν περιόδων πρὸς ἀλλήλας ἀνταποδόσιες, ἤν τε καθ' ἡμέρην ἤν τε παρ' ἡμέρην ἤν τε καὶ διὰ πλείονος χρόνου γίγνωνται, ἀτὰρ καὶ τοῖσιν ἐπιφαινομένοισιν, οἷον ἐν πλευριτικοῖσι πτύελον ἢν αὐτίκα ἐπιφαίνεται ἀρχομένου βραχύνει, ἢν δ' ὕστερον ἐπιφαίνηται μηκύνει, καὶ οὖρα καὶ ὑποχωρήματα καὶ ἱδρῶτες καὶ δύσκριτα καὶ εὔκριτα καὶ βραχέα καὶ μακρὰ τὰ νοσήματα ἐπιφαινόμενα δηλοῖ.

Γέροντες εὐφορώτατα νηστείην φέρουσι, δεύτερον οἱ καθεστηκότες, ἥκιστα μειράκια, πάντων δὲ μάλιστα παιδία,

tenuis exhibendus. Quibus vero postea vigor futurus est, iis sub ipsum vigoris tempus et paulo ante cibus subtrahendus. Antea vero uberior cibus exhibendus, quo aeger satis esse possit.

In exacerbationibus cibum refugere oportet, exhibere enim noxium. Et quaecunque per circuitus ingravescunt, in ipsis accessionibus reformidare oportet.

Morbi et anni tempestates et circuituum collatae inter se vicissitudines, sive quotidie sive altero quoque die sive etiam per majora intervalla fiant, accessiones et morborum conditiones indicabunt. Quin etiam et per ea quae mox apparent eadem indicantur, quale quid in morbo laterali laborantibus, sputum si statim circa initia subappareat, morbum brevem, si vero posterius videatur, longum futurum denunciat. Urinae quoque et alvi excrementa et sudores, ubi apparuerint, judicatu faciles vel difficiles et breves vel longos fore morbos indicant.

Senes facillime jejunium tolerant, secundum eos qui constantem aetatem degunt, minimum adolescentes, ex omni-

Ed. Chart. IX. 2. [16. 28.] Foëſ. II. 1243. 1244. Ed. Lind. I. (70. 71.)
τουτέων δὲ αὐτέων ἃ ἂν τύχῃ αὐτὰ ἑωυτῶν προθυμότερα ἐόντα.

Τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμὸν, πλείστης οὖν δεῖται τροφῆς, εἰ δὲ μὴ, τὸ σῶμα ἀναλίσκεται. γέρουσι δὲ ὀλίγον τὸ θερμὸν, διὰ τοῦτο ἄρα ὀλίγον ὑπεκκαυμάτων δέονται. ὑπὸ πολλῶν μὲν γὰρ ἀποσβέννυνται, διὰ τοῦτο καὶ οἱ πυρετοὶ τοῖσι γέρουσιν οὐχ ὁμοίως ὀξέες, ψυχρὸν γὰρ τὸ σῶμα.

2. [28] *Αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ* (71) *ἦρος θερμόταται φύσει καὶ ὕπνοι μακρότατοι. ἐν ταύτῃσιν οὖν τῇσιν ὥρῃσι καὶ τὰ προσάρματα πλείω δοτέον. καὶ γὰρ τὸ ἔμφυτον θερμὸν πλεῖστον ἔχει, || τροφῆς οὖν πλείονος δέονται. σημεῖον αἱ ἡλικίαι καὶ οἱ ἀθληταί.*

Αἱ ὑγραὶ δίαιται πᾶσι τοῖσι πυρεταίνουσι ξυμφέρουσι, μάλιστα δὲ παιδίοισι καὶ τοῖσιν ἄλλοισι τοῖσι οὕτως εἰθισμένοισι διαιτᾶσθαι.

Καὶ οἷσι ἅπαξ ἢ δὶς καὶ πλείω ἢ ἐλάσσω καὶ κατὰ

bus vero praecipue pueri, atque inter ipſos qui ad actiones obeundas promptiores exiſtunt.

Quae increſcunt plurimum calorem innatum obtinent, plurimo igitur indigent alimento, alioqui corpus abſumitur. In ſenibus vero cum paucus calor inſit, iccirco ſane paucis fomitibus indigent, a multis namque extinguuntur. Eandem etiam ob cauſam neque ſenibus, quod eorum corpus ſit frigidum, febres perinde acutae contingunt.

Per hiemem et ver ventres natura calidiſſimi ſomnique longiſſimi. Per ea igitur tempora copioſiora cibaria exhibenda, ſiquidem plurimus eſt calor nativus, ideoque copioſiore indigent alimento. Quod indicant aetates et athletae.

Victus ratio humida cum febricitantibus omnibus tum pueris maxime, atque aliis qui ejusmodi victu uti conſueverunt, confert.

Animadvertendi ſunt etiam quibus ſemel aut bis et quibus copioſior aut paucior aut per partes cibus offeren-

μέρος, δοτέον δέ τι καὶ τῷ ἔθει καὶ τῇ ὥρῃ καὶ τῇ χώρῃ καὶ τῇ ἡλικίῃ.

Θέρεος καὶ φθινοπώρου σιτία δυσφορώτατα φέρουσι, χειμῶνος ῥήϊστα, ἦρος δεύτερον.

Τοῖσιν ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυνομένοισι μηδὲν διδόναι, μηδ' ἀναγκάζειν, ἀλλ' ἀφαιρέειν τῶν προσθέσιων πρὸ τῶν κρίσεων.

Τὰ κρινόμενα καὶ τὰ κεκριμένα ἀρτίως μὴ κινέειν, μηδὲ νεωτεροποιέειν μήτε φαρμακίοισι μήτ' ἄλλοισιν ἐρεθισμοῖσιν, ἀλλ' ἐᾷν.

2. [38] Ἃ δεῖ ἄγειν ὅκου ἂν μάλιστα ῥέπῃ, ταύτῃ ἄγειν διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων.

Πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινέειν μὴ ὠμὰ μηδὲ ἐν ἀρχῇσιν ἢν μὴ ὀργᾷ, τὰ δὲ πλεῖστα οὐκ ὀργᾷ.

Τὰ χωρέοντα μὴ τῷ πλήθει τεκμαίρεσθαι, ἀλλ' ὡς ἂν χωρέῃ, οἷα δεῖ καὶ φέρει εὐφόρως, καὶ ὅκου δεῖ μέχρι λειποθυμίης ἄγειν, καὶ τοῦτο ποιέειν ἢν ἐξαρκέῃ ὁ νοσέων.

dus est. Aliquid autem tempori, regioni, aetati et consuetudini concedendum.

Per aestatem et autumnum cibos gravissime ferunt, per hiemem facillime. Ver post hiemem secundum locum obtinet.

Quibus per circuitus accessiones contingunt, nihil dato neque cogito, sed de ciborum accessione ante judicationes detrahito.

Quae judicationem subeunt aut jam perfecte subierunt, ea neque moveto neque medicamentis neque aliis irritamentis innovato, sed finito.

Quae educere oportet, quo maxime vergunt, eo ducito per loca convenientia.

Cocta medicamento purgante educito ac moveto, minime cruda neque per initia, nisi suopte impetu ad excretionem ferantur, quod fere non accidit.

Quae prodeunt copia minime aestimanda, sed ut qualia expedit prodeant et aeger facile ferat. Atque ubi ad animi defectionem usque educere oportet, id etiam faciendum, si aeger sufficere queat.

(72) *Ἐν τοῖσιν ὀξέσι πάθεσιν ὀλιγάκις καὶ ἐν ἀρχῇσι τῇσι φαρμακίῃσι χρέεσθαι, καὶ τοῦτο προεξευκρινήσαντας ποιέειν.*

Ἢν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσι, τὰ δ' ἐναντία δυσχερῶς.

2. [43] [*Τμῆμα δεύτερον.*] *Ἐν ᾧ νοσήματι ὕπνος πόνον ποιέει, θανάσιμον, ἢν δὲ ὕπνος ὠφελέῃ, οὐ θανάσιμον.*

Ὅκου παραφροσύνην ὕπνος παύῃ, ἀγαθόν.

Ὕπνος ἀγρυπνίη ἀμφότερα τοῦ μετρίου μᾶλλον γενόμενα κακόν.

Οὐ πλησμονὴ, οὐ λιμὸς, οὐδ' ἄλλο οὐδὲν ἀγαθὸν, ὅ τι ἂν μᾶλλον τῆς φύσιος ᾖ.

Κόποι αὐτόματοι φράζουσι νόσους.

Ὁκόσοι πονέοντές τι τοῦ σώματος τὰ πολλὰ τῶν πόνων οὐκ αἰσθάνονται, τουτέοισιν ἡ γνώμη νοσέει.

Τὰ ἐν πολλῷ χρόνῳ λεπτυνόμενα σώματα νωθρῶς ἐπανατρέφειν δεῖ, τὰ δὲ ἐν ὀλίγῳ ὀλίγως.

Ἢν ἐκ νόσου τροφὴν λαμβάνων μὴ ἰσχύῃ, σημαίνει ὅτι

In morbis acutis raro et per initia medicamentis purgantibus utendum, idque diligenti ante adhibita circumſpectione faciendum.

Cum purgantur quae purgari decet, confert et facile tolerant, ubi contra accidit, difficulter.

[*Sectio ſecunda.*] Quae in morbo ſomnus laborem facit, lethale, quod ſi juvet ſomnus, minime lethale.

Ubi delirium ſomnus ſedaverit, bonum.

Somnus, vigilia, utraque modum excedentia malum denunciant.

Neque ſatietas neque fames neque aliud quicquam bonum, quod ſupra naturae modum fuerit.

Laſſitudines ſponte obortae morbos praenunciant.

Quibus pars aliqua corporis dolet neque fere dolorem ſentiunt, iis mens aegrotat.

Attenuata longo temporis intervallo corpora, lente reficere oportet, at quae brevi, celeriter.

Si quis ex morbo cibum capiens vires non recipiat,

πλείονι τροφῇ τὸ σῶμα χρέεται, ἢν δὲ τροφὴν μὴ λαμβάνοντος τοῦτο γίγνηται, χρὴ εἰδέναι ὅτι κενώσιος δεῖται.

Τὰ σώματα χρὴ, ὅκου τις βούλεται καθαίρεσθαι, εὔροα ποιέειν.

Τὰ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων ὁκόσῳ ἂν θρέψῃς μᾶλλον βλάψεις.

2. [50] (73) Ῥᾷον πληροῦσθαι ποτοῦ ἢ σιτίου.

Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα ἐν τῇσι νούσοισι μετὰ κρίσιν ὑποστροφὰς ποιέειν εἴωθεν.

Ὁκόσοισι κρίσις γίνηται, τουτέοισιν ἡ νὺξ δύσφορος ἡ πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ, ἡ δὲ ἐπιοῦσα εὐφορωτέρη ὡς ἐπιτοπολύ.

Ἐν τῇσι τῆς κοιλίης ῥύσεσιν αἱ μεταβολαὶ τῶν διαχωρημάτων ὠφελέουσιν, ἢν μὴ ἐς τὰ πονηρὰ μεταβάλλει.

Ὅκου φάρυγξ νοσέει ἢ φύματα ἐν τῷ σώματι φύεται, τὰς ἐκκρίσιας σκέπτεσθαι. ἢν γὰρ χολώδεες ἔωσι, τὸ σῶμα ξυννοσέει· ἢν δὲ ὅμοιαι τοῖσιν ὑγιαίνουσι γίγνωνται, ἀσφαλὲς τὸ σῶμα τρέφειν.

copiosiore alimento corpus uti significat. Quod si cibum minime capiente istud contingat, evacuatione indigere sciendum est.

Cum quis corpora purgare volet, ea ad fluxum bene comparata faciat oportet.

Impura corpora quo plus nutrias, eo magis laedas.

Potu quam cibo refici proclivius est.

Quae per morbos post judicationem intus relinquuntur, morborum reversiones facere consueverunt.

Quibus judicatio contingit, iis nox accessionem praecedens gravis, quae vero sequitur, plerumque levior esse solet.

In alvi fluxionibus dejectionum mutationes, nisi ad pravas commutentur, juvant.

Cum fauces aegrotant aut tubercula in corpore exoriuntur, excretiones in considerationem adhibendae. Si namque biliosae sint, corpus simul aegrotat. At si sanorum similes extiterint, secure corpus nutrias.

Ed. Chart. IX. 2. [50. 62.] Foës. II. 1244. 1245. Ed. Lind. I. (73. 74.)

Ὅκου λιμὸς, οὐ δεῖ πονέειν.

‖ *Ὅκου ἂν τροφὴ πλεῖστον παρὰ φύσιν ἐσέλθῃ, τοῦτο νόσον ποιέει, δηλοῖ δὲ ἡ ἴησις.*

Τῶν τρεφομένων ἀθρόως καὶ ταχέως ταχεῖαι καὶ διαχωρήσιες γίνονται.

Τῶν ὀξέων νοσημάτων οὐ πάμπαν ἀσφαλέες αἱ προδιαγορεύσιες οὔτε τοῦ θανάτου οὔτε τῆς ὑγείης.

Ὁκόσοισι νέοισιν ἐοῦσιν αἱ κοιλίαι ὑγραὶ εἰσὶ, τουτέοισιν ἀπογηράσκουσιν ξηραίνονται. ὁκόσοισι δὲ νέοισιν ἐοῦσιν αἱ κοιλίαι ξηραὶ εἰσὶ, τουτέοισι πρεσβυτέροισι γινομένοισι ὑγραίνονται.

2. [62] *Λιμὸν θώρηξις λύει.*

Ἀπὸ πλησμονῆς ὁκόσα ἂν νοσήματα γένηται, κένωσις ἰῆται, καὶ ὁκόσα ἀπὸ κενώσεως, πλησμονὴ, καὶ τῶν ἄλλων ἡ ὑπεναντίωσις.

(74) *Τὰ ὀξέα τῶν νουσημάτων κρίνεται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι.*

Τῶν ἑπτὰ ἡ τετάρτη ἐπίδηλος, ἑτέρης ἑβδομάδος. ἡ

Cum inedia premit, laborare minime convenit.

Ubi copiosior praeter naturam cibus ingestus fuerit, id morbum creat, quod etiam curatio indicat.

Eorum quae universim et celeriter alunt, celeres quoque excretiones esse solent.

Morborum acutorum non in totum certae sunt praenunciationes neque salutis neque mortis.

Quibus per juventutem alvi sunt humidae, iis senescentibus exiccantur, quibus vero in juventute alvi siccae sunt, iis cum senes evadunt humectantur.

Famem vini potio solvit.

Morbos ex repletione ut curat evacuatio, sic eos, qui ex evacuatione fiunt, repletio et in caeteris contrarietas remedio est.

Morbi acuti intra dies quatuordecim judicatione terminantur.

Quartus septenariorum index est. Octavus alterius

ὀγδόη ἀρχὴ, θεωρητὴ δὲ ἡ ἑνδεκάτη. αὕτη γάρ ἐστι τετάρτη τῆς ἑτέρης ἑβδομάδος, θεωρητὴ δὲ πάλιν ἡ ἑπτακαιδεκάτη. αὕτη γάρ ἐστι τετάρτη μὲν ἀπὸ τῆς ιδ, ἑβδόμη δὲ ἀπὸ τῆς ἑνδεκάτης.

Οἱ τεταρταῖοι θερινοὶ τὰ πολλὰ γίνονται βραχέες, οἱ δὲ φθινοπωρινοὶ μακροὶ καὶ μάλιστα οἱ πρὸς τὸν χειμῶνα συνάπτοντες.

Πυρετὸν ἐπὶ σπασμῷ βέλτιον γενέσθαι ἢ σπασμὸν ἐπὶ πυρετῷ.

Τοῖσι μὴ κατὰ λόγον κουφίζουσιν οὐ δεῖ πιστεύειν, οὐδὲ φοβεῖσθαι λίην τὰ μοχθηρὰ γινόμενα παραλόγως. τὰ γὰρ πολλὰ τῶν τοιουτέων ἐστὶν ἀβέβαια, καὶ οὐ πάνυ τοι διαμένειν οὐδὲ χρονίζειν εἴωθεν.

2. [70] Τῶν πυρεσσόντων μὴ παντάπασιν ἐπιπολαίως τὸ διαμένειν καὶ μηθὲν ἐνδιδόναι τὸ σῶμα ἢ καὶ συντήκεσθαι μᾶλλον τοῦ κατὰ λόγον μοχθηρόν· τὸ μὲν γὰρ μῆκος νόσου σημαίνει, τὸ δὲ ἀσθένειαν.

ſeptimanae principium. Undecimus etiam ſpectandus dies, ſiquidem alterius ſeptimanae quartus eſt. Rurſus quoque ſpectandus decimus ſeptimus, iis ſiquidem a decimo quarto quartus eſt et ab undecimo ſeptimus.

Quartanae aeſtivae fere breves exiſtunt, autumnales vero longae, praeſertim quae ad hiemem pertingunt.

Convulſioni febrem advenire praeſtat quam convulſionem febri.

Si quae non pro ratione levant, iis non oportet fidere neque admodum metuere mala quae praeter rationem eveniunt. Ex his enim multa incerta eſſe, neque multum perdurare, neque diutius perſeverare conſueverunt.

Corpus eorum qui non omnino leviter febricitant in eodem conſiſtere et nihil concidere, vel etiam magis quam ratio poſtulat extenuari malum. Illud ſiquidem morbi diuturnitatem, hoc vero imbecillitatem ſignificat.

Ed. Chart. IX. 2. [70. 77.] Foës. II. 1245. Ed. Lind. I. (74. 75.)

Ἀρχομένων τῶν νούσων ἤν τι δοκέῃ κινεῖν, κίνει, ἀκμαζουσῶν δὲ ἡσυχίην ἔχειν βέλτιόν ἐστιν.

Περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη πάντα ἀσθενέστατα, περὶ δὲ τὰς ἀκμὰς ἰσχυρότατα.

Τῷ ἐξ ἀῤῥωστίης εὐσιτεῦντι μηδὲν ἐπιδιδόναι τὸ σῶμα μοχθηρόν.

Ὡς τὰ πολλὰ πάντες οἱ φαύλως ἔχοντες κατ᾽ ἀρχὰς μὲν εὐσιτεῦντες καὶ μηδὲν ἐπιδόντες πρὸς τῷ τέλει πάλιν ἀσι(75)τέουσιν, οἱ δὲ κατ᾽ ἀρχὰς μὲν ἀσιτεῦντες ἰσχυρῶς, ὕστερον δὲ εὐσιτεῦντες βέλτιον ἀπαλλάσσουσιν.

Ἐν πάσῃ νούσῳ τὸ ἐῤῥῶσθαι τὴν διάνοιαν καὶ εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς ἀγαθὸν, τὸ δὲ ἐναντίον κακόν.

Ἐν τῇσι νούσοισιν ἧσσον κινδυνεύουσιν οἷς ἂν οἰκείη τῆς φύσιος καὶ τῆς ἕξιος καὶ τῆς ἡλικίης καὶ τῆς ὥρης ἡ νοῦσος ᾖ μᾶλλον ἢ οἷσιν ἂν μὴ οἰκείη κατά τι τουτέων.

2. [77] *Ἐν πάσῃσι τῇσι νούσοισι τὰ περὶ τὸν ὀμφαλὸν καὶ τὸ ἦτρον πάχος ἔχει βέλτιόν ἐστι, τὸ δὲ σφόδρα*

Per morborum initia, ſi quid movendum videtur, moveto. Cum vero vigent, quieſcere praeſtat.

Circa initia et fines omnia ſunt leviſſima, at circa vigores vehementiſſima.

Si cui ex morbo cibum probe ſumenti corpus nihil proficit, malum.

Ut plurimum omnes male habentes, circa initia quidem cibum bene ſumentes, neque quicquam proficientes, ii tandem rurſus cibum averſantur. At qui circa initia quidem vehementer cibos faſtidiunt, poſtea vero eos probe aſſumunt, in melius degunt.

Mente conſtare et bene habere ad ea quae offeruntur, quovis in morbo bonum, contra vero malum.

Per morbos minore ſunt periculo, quorum naturae et aetati et habitui et anni tempeſtati morbus magis cognatus fuerit, quam quibus in horum aliquo minime cognatus fuerit.

Quovis in morbo partes quae ſunt ad umbilicum et imum ventrem craſſitudinem habere praeſtat, valde autem

λεπτὸν καὶ ἐκτετηκὸς μοχθηρὸν, ἐπισφαλὲς δὲ τὸ τοιοῦτον καὶ πρὸς τὰς κάτω καθάρσιας.

Οἱ ὑγιεινῶς ἔχοντες τὰ σώματα ἐν τῇσι φαρμακίῃσι καθαιρόμενοι ἐκλύονται ταχέως καὶ οἱ πονηρῇ τροφῇ χρεόμενοι.

Οἱ εὖ τὰ σώματα ἔχοντες φαρμακεύεσθαι ἐργώδεες.

|| Τὸ σμικρῷ χεῖρον καὶ πόμα καὶ σιτίον, ἥδιον δὲ τῶν βελτιόνων μὲν ἀηδεστέρων δὲ μᾶλλον αἱρετέον.

Οἱ πρεσβῦται τῶν νέων τὰ μὲν πολλὰ νοσέουσιν ἧσσον. ὅσα δ᾽ ἂν αὐτέοισι χρόνια νοσήματα γένηται, τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκει.

Βράγχοι καὶ κόρυζαι τοῖσι σφόδρα πρεσβύτῃσιν οὐ πεπαίνονται.

Οἱ ἐκλυόμενοι πολλάκις καὶ ἰσχυρῶς ἄνευ φανερῆς προφάσιος ἐξαπίνης τελευτῶσι.

Λύειν ἀποπληξίην ἰσχυρὴν μὲν ἀδύνατον, ἀσθενέα δὲ οὐ ῥηΐδιον.

tenues esse et tabefactas pravum. Ad inferiores autem purgationes hoc etiam parum tutum.

Qui inculpata sunt corporis sanitate dum per medicamentum purgantia repurgantur, cito exolvuntur et qui pravo utuntur cibo.

Qui bene habito sunt corpore ad medicationes moleste habent.

Cibus et potus paulo pejor, suavior tamen melioribus quidem, sed minus gratis anteponendus.

Ut plurimum quidem senes juvenibus aegrotant minus. At qui ipsis morbi diuturni contingunt, eos fere ad mortem comitari solent.

Raucedines et gravedines in valde senibus non coquuntur.

Qui crebro et vehementer citra manifestam causam animo linquuntur, repente moriuntur.

Valida quidem apoplexia nullo modo sanatur, levis vero non facile.

(76) Τῶν ἀπαγχομένων καὶ καταλυομένων μηδέπω δὲ τεθνηκότων οὐκ ἀναφέρουσιν οἷσι ἂν ἀφρὸς ᾖ περὶ τὸ στόμα.

Οἱ παχέες σφόδρα κατὰ φύσιν ταχυθάνατοι γίνονται μᾶλλον τῶν ἰσχνῶν.

2. [84] Τῶν ἐπιληπτικῶν τοῖσι νέοισιν ἀπαλλαγὴν αἱ μεταβολαὶ μάλιστα τῆς ἡλικίης καὶ τῶν χωρίων καὶ τῶν βίων ποιέουσι.

Δύο πόνων ἅμα γινομένων μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον, ὁ σφοδρότερος ἀμαυροῖ τὸν ἕτερον.

Περὶ τὰς γενέσιας τοῦ πύου οἱ πόνοι καὶ οἱ πυρετοὶ συμβαίνουσι μᾶλλον ἢ γενομένου.

Ἐν πάσῃ κινήσει τοῦ σώματος ὁκόταν ἄρχηται πονέειν, τὸ διαναπαύειν εὐθὺς ἄκοπον.

Οἱ εἰθισμένοι τοὺς συνήθεις πόνους φέρειν, κᾂν ὦσιν ἀσθενέες ἢ γέροντες, τῶν ἀσυνηθέων ἰσχυρῶν τε καὶ νέων ῥᾷον φέρουσι.

Τὰ ἐκ πολλοῦ χρόνου συνήθεα, κᾂν ᾖ χείρω τῶν

Ex ſtrangulatis et diſſolutis necdum mortuis ii minime ad vitam redeunt, quibus ſpuma circa os collecta fuerit.

Natura admodum craſſi celerius intereunt quam graciles.

Ex comitialibus, juvenes mutatione potiſſimum aetatis et regionum et victuum liberationem accipiant.

Cum duo dolores ſimul minime eundem locum occupant, vehementer alterum obſcurat.

Dolores et febres contingunt magis circa puris generationem quam eo confecto.

Quovis in corporis motu ſimul ac laborare coeperit, quies confeſtim laſſitudinis eſt remedium.

Qui ſolitos labores ferre aſſueverunt, etiam ſi invalidi ſunt aut ſenes, eos facilius ferunt quam qui non aſſueti quamvis robuſti et juvenes.

Quae ex longo temporis intervallo aſſueta ſunt, quam-

ἀσυνήθων, ἧσσον ἐνοχλεῖν εἴωθε. δεῖ οὖν καὶ ἐς τὰ συνήθεα μεταβάλλειν.

Τὸ κατὰ πολὺ καὶ ἐξαπίνης κενοῦν ἢ πληροῦν ἢ θερμαίνειν ἢ ψύχειν ἢ ἄλλως ὁκωσοῦν τὸ σῶμα κινεῖν σφαλερὸν, καὶ πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον, τὸ δὲ κατ᾽ ὀλίγον ἀσφαλὲς, καὶ ἄλλως ἤν τις ἐξ ἑτέρου ἐφ᾽ ἕτερον μεταβαίνῃ.

Πάντα κατὰ λόγον ποιέοντι καὶ μὴ γινομένων τῶν κατὰ λόγον μὴ μεταβαίνειν ἐφ᾽ ἕτε(77)ρον μένοντος τοῦ δόξαντος ἐξ ἀρχῆς.

2. [89] *Ὁκόσοι τὰς κοιλίας ὑγρὰς ἔχουσιν νέοι μὲν ὄντες βέλτιον ἀπαλλάσσουσι τῶν τὰς ξηρὰς ἐχόντων, ἐς δὲ τὸ γῆρας χεῖρον ἀπαλλάσσουσι, ξηραίνονται γὰρ ὡς ἐπιτοπολὺ τοῖσιν ἀπογηράσκουσι.*

Μεγέθει δὲ σώματος ἐννεᾶσαι μὲν ἐλευθέριον καὶ οὐκ ἀειδὲς, ἐγγηρᾶσαι δὲ δύσχρηστον καὶ χεῖρον τῶν ἐλασσόνων.

[*Τμῆμα τρίτον.*] *Αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων μάλιστα*

vis deteriora insuetis minus molesta esse solent. Quare ad insolita etiam facienda mutatio.

Confertim et repente vacuare vel implere vel calefacere vel refrigerare vel utcunque aliter corpus movere periculosum. Quod siquidem nimium naturae inimicum. Verum quod paulatim fit, securum est tum vel maxime si quis ab uno ad alterum transierit.

Cum quis omnia recta ratione facit, neque tamen pro ratione succedit, non est ad aliud progrediendum, si manet quod ab initio visum est.

Quicunque alvos habent humidas, ii quidem si juvenes sunt melius degunt quam qui siccas habent. At in senectute pejus degunt, cum ipsis senescentibus fere resiccentur.

Longa corporis statura in juventute quidem degenda liberalis nec indecora, in senectute vero inutilis et brevitate deterior.

[*Sectio tertia.*] Tempestatum anni mutationes potissi-

Ed. Chart. IX. 2. [89.] Foës. II. 1246. 1247. Ed. Lind. I. (77. 78.)

τίκτουσι νοσήματα, καὶ ἐν τῇσιν ὥρῃσιν αἱ μεγάλαι μεταλλαγαὶ ἢ ψύξιος ἢ θάλψιος καὶ τἄλλα κατὰ λόγον οὕτως.

Τῶν φύσεων αἱ μὲν πρὸς θέρος, αἱ δὲ πρὸς χειμῶνα εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι.

Τῶν νούσων ἄλλαι πρὸς ἄλλας εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι, καὶ ἡλικίαι τινὲς πρὸς ὥρας καὶ χώρας καὶ διαίτας.

Ἐν τῇσιν ὥρῃσιν, ὅταν τῆς αὐτῆς ἡμέρης ὁτὲ μὲν θάλπος, ὁτὲ δὲ ψῦχος γένηται, φθινοπωρινὰ τὰ νουσήματα προσδέχεσθαι χρή.

|| *Νότοι βαρυήκοοι, ἀχλυώδεες, καρηβαρικοὶ, νωθροὶ, διαλυτικοὶ, ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ, τοιαῦτα ἐν τῇσιν ἀῤῥωστίῃσιν πάσχουσιν. ἢν δὲ βόρειον ᾖ, βῆχες, φάρυγγες, κοιλίαι σκληραὶ, δυσουρίαι, φρικώδεες, ὀδύναι πλευρέων, στηθέων. ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ, τοιαῦτα ἐν τῇσιν ἀῤῥωστίῃσι προσδέχεσθαι χρή.*

(78) *Ὁκόταν θέρος γένηται ἦρι ὅμοιον, ἱδρῶτας ἐν τοῖσι πυρετοῖσι πολλοὺς προσδέχεσθαι χρή.*

mum morbos pariunt et in ipsis anni tempestatibus magnae mutationes frigoris et caloris, aliaque pro ratione ad hunc modum.

Naturae hae quidem ad aestatem, aliae vero ad hiemem bene vel male habere consuevere.

Morbi alii ad alias anni tempestates bene vel male habere consuevere et aetates quaedam ad anni tempestates et loca et victus rationes.

Per anni tempestates, quando eodem die modo calor modo frigus sit, autumnales morbos expectare convenit.

Austri auditionis hebetudinem et visionis caliginem inducunt et capitis gravitatem, corpus torpidum et languidum reddunt, cum sic invaluerint, ista in morbis patiuntur. Sin aquilonia tempestas fuerit, tusses movet, fauces exasperat, alvos indurat, urinam supprimit, horrores excitat, laterum et pectoris dolores. Cum sic invaluerit, ejusmodi in morbis expectanda sunt.

Cum aestus veri similis fuerit, in febribus copiosos sudores expectare oportet.

2. [97] *Ἐν τοῖσιν αὐχμοῖσι πυρετοὶ ὀξέες γίνονται, καὶ ἢν μὲν ἐπὶ πλέον ᾖ τὸ ἔτος τοιουτέον ἐὸν, οἵην τὴν κατάστασιν ἐποίησεν, ὡς ἐπιτοπουλὺ καὶ τὰ νουσήματα τοιαῦτα δεῖ προσδέχεσθαι.*

Ἐν τοῖσι καθεστεῶσι καιροῖσι ἢν ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀποδίδωσιν, εὐσταθέες καὶ εὐκρινέες αἱ νοῦσοι γίνονται. ἐν δὲ τοῖσιν ἀκαταστάτοισιν, ἀκατάστατοι καὶ δύσκριτοι.

Ἐν φθινοπώρῳ ὀξύταται αἱ νοῦσοι καὶ θανατωδέσταται τοὐπίπαν. ἦρ δὲ ὑγιεινότατον καὶ ἥκιστα θανατῶδες.

Τὸ φθινόπωρον τοῖς φθίνουσι κακόν.

Περὶ δὲ τῶν ὡρέων, ἢν μὲν ὁ χειμὼν αὐχμηρὸς καὶ βόρειος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ ἔπομβρον καὶ νότιον, ἀνάγκη τοῦ θέρεος πυρετοὺς ὀξεῖς καὶ ὀφθαλμίας καὶ δυσεντερίας γίνεσθαι, μάλιστα τῇσι γυναιξὶ καὶ ἀνδρῶν τοῖσιν ὑγροῖσι τὰς φύσιας.

Ἢν δὲ νότιος ὁ χειμὼν καὶ ἔπομβρος καὶ εὔδιεινὸς γένηται, τὸ δὲ ἔαρ αὐχμηρὸν καὶ βόρειον, αἱ μὲν γυναῖκες, ᾗσιν οἱ τόκοι πρὸς τὸ ἦρ, ἐκ πάσης προφάσιος ἐκτιτρώ-

Per squalores febres acutae fiunt, et si quidem annus magna ex parte talis extiterit, qualem temporis conditionem effecerit, tales fere quoque morbos expectare oportet.

Temporibus bene et ordine constitutis et tempestivam tempestivitatem servantibus morbi qui facile consistant et solvantur fiunt. In male vero constitutis, qui neque facile consistunt, neque facile solvuntur.

Per autumnum omnino morbi acutissimi et maxime exitiales. Ver autem saluberrimum et minime exitiale.

Autumnus tabidis malus.

Quod autem ad anni tempestates attinet, si quidem hiems plus aequo sicca et aquilonia fuerit, ver autem valde pluvium et austrinum, febres acutas et lippitudines, et intestinorum difficultates ad aestatem oriri necesse est, praecipue vero in mulieribus et viris natura humidioribus.

At si hiems austrina et valde pluvia et placida fuerit, ver autem plus justo siccum et aquilonium, mulieres quidem, quibus partus ad ver imminet, ex quavis causa abortiunt.

σκουσιν. αἳ δ' ἂν τέκωσιν, ἀκρατέα καὶ νοσώδεα τὰ παιδία τίκτουσιν, ὥστε ἢ παραυτίκα ἀπόλλυσθαι ἢ λεπτὰ καὶ νοσώδεα ζῆν ἐόντα. τοῖσι δὲ ἄλλοισι βροτοῖσι δυσεντερίαι καὶ ὀφθαλμίαι ξηραὶ γίνονται. τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισι κατάῤῥοι συντόμως ἀπολλύντες.

2. [104] Ἢν δὲ τὸ θέρος αὐχ(79)μηρὸν καὶ βόρειον γένηται, τὸ δὲ φθινόπωρον ἔπομβρον καὶ νότιον, κεφαλαλγίαι ἐς τὸν χειμῶνα γίνονται καὶ βῆχες καὶ βράγχοι καὶ κόρυζαι, ἐνίοισι δὲ καὶ φθίσιες.

Ἢν δὲ βόρειον ᾖ καὶ ἄνυδρον, τοῖσι μὲν ὑγροῖσιν ἐοῦσι τὰς φύσιας καὶ τῇσι γυναιξὶ ξύμφορον, τοῖσι δὲ λοιποῖσιν ὀφθαλμίαι ἔσονται ξηραὶ καὶ πυρετοὶ ὀξέες καὶ κόρυζαι, ἐνίοισι δὲ καὶ μελαγχολίαι.

Τῶν δὲ καταστησίων τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸ μὲν ὅλον οἱ αὐχμοὶ τῶν ἐπομβρίων εἰσὶν ὑγιεινότεροι καὶ ἧσσον θανατώδεες.

Νοσήματα δὲ ἐν μὲν τῇσιν ἐπομβρίῃσιν ὡς τὰ πολλὰ γίνεται, πυρετοί τε μακροὶ καὶ κοιλίης ῥύσιες καὶ σηπεδόνες,

Quae vero pepererint, imbecillos et morbosos infantes edunt, ita ut vel statim intereant, vel tenues et valetudinarii vivant. Caeteris autem mortalibus difficultates intestinorum et lippitudines aridae oriuntur, senioribus vero defluxiones brevi interficientes.

Si vero aestas plus aequo sicca et aquilonia, autumnus vero admodum pluvius et austrinus fuerit, capitis dolores ad hiemem oriuntur et tusses et raucitates et gravedines, nonnullis etiam et tabes.

Si vero aquilonius sit et sine pluviis, iis quidem qui natura sunt humidiore et mulieribus commodus, reliquis autem lippitudines erunt siccae, et febres acutae et diuturnae, nonnullis vero etiam melancholiae.

Ex anni autem conditionibus in totum magnae siccitates assiduis imbribus sunt salubriores minusque lethales.

Per assiduos imbres morbi magna ex parte oriuntur, cum febres longae, tum alvi fluxiones, putredines, comi-

καὶ ἐπίληπτοι καὶ ἀπόπληκτοι καὶ κυνάγχαι. ἐν δὲ τοῖσιν αὐχμοῖσι φθινώδεες, ὀφθαλμίαι, ἀρθρίτιδες, στραγγουρίαι καὶ δυσεντερίαι.

Αἱ δὲ καθ' ἡμέρην καταστάσιες αἱ μὲν βόρειοι τά τε σώματα ξυνιστῶσι καὶ εὔτονα καὶ εὐκίνητα καὶ εὔχροα καὶ εὐηκοώτερα ποιέουσι, καὶ τὰς κοιλίας ξηραίνουσι καὶ τὰ ὄμματα δάκνουσι, καὶ περὶ τὸν θώρηκα ἄλγημα ἤν τι προϋπάρχει, μᾶλλον πονέουσιν. αἱ δὲ νότιοι διαλύουσι τὰ σώματα καὶ ὑγραίνουσιν καὶ βαρηκοΐας καὶ καρηβαρίας καὶ ἰλίγγους ποιέουσιν, ἐν δὲ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν καὶ τοῖσι σώμασι δυσκινησίην καὶ τὰς κοιλίας ὑγραίνουσι.

2. [113] *Κατὰ δὲ τὰς ὥρας, τοῦ μὲν ἦρος καὶ ἄκρου τοῦ θέρεος οἱ παῖδες καὶ οἱ τουτέων ἐχόμενοι τῇσιν* (80) *ἡλικίῃσιν* || *ἄριστά τε διάγουσι καὶ ὑγιαίνουσι μάλιστα, τοῦ δὲ θέρεος καὶ τοῦ φθινοπώρου μέχρι μέν τινος οἱ γέροντες, τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ φθινοπώρου καὶ τοῦ χειμῶνος οἱ μέσοι τῇσιν ἡλικίῃσι.*

Νοσήματα δὲ πάντα μὲν ἐν πάσῃσι τῇσιν ὥρῃσι γίνε-

tiales, apoplexiae et anginae. Per magnas autem ficcitates, tabitudines, lippitudines, articulorum dolores, urinae ftillicidia et inteftinorum difficultates.

At ftatus temporum quotidiani, aquilonii quidem corpora denfant, valentiora, expeditiora, bene colorata et melius audientia reddunt, alvos exficcant, oculos mordent, et fi thoracem dolor aliquis prius habuerit, eum magis irritant. Auftrini autem corpora exolvunt et humectant, gravem auditum et capitis gravitatem et vertigines afferunt, oculis et corporibus difficilem motionem inducunt et alvos humectant.

Quod autem ad anni tempora attinet, vere quidem et prima aeftate pueri et his aeftate proximi optime degunt et maxime valent, aeftate vero et quadantenus autumno fenes. Reliqua autumni et hiemis parte qui inter has aetates funt medii.

In quibusvis anni temporibus omnis generis morbi ori-

ται, μᾶλλον δ' ἔνια κατ' ἐνίας αὐτέων καὶ γίνεται καὶ παροξύνεται.

Τοῦ μὲν γὰρ ἦρος τὰ μανικὰ καὶ τὰ μελαγχολικὰ καὶ τὰ ἐπιληπτικὰ καὶ αἵματος ῥύσιες καὶ κυνάγχαι καὶ κόρυζαι καὶ βράγχοι καὶ λέπραι καὶ βῆχες καὶ λειχῆνες καὶ ἀλφοὶ καὶ ἐξανθήσιες ἑλκώδεες πλεῖσται καὶ φύματα καὶ ἀρθριτικά.

Τοῦ δὲ θέρεος ἔνιά τε τουτέων καὶ πυρετοὶ ξυνεχέες καὶ καῦσοι, καὶ τριταῖοι πυρετοὶ καὶ τεταρταῖοι, καὶ ἔμετοι καὶ διάῤῥοιαι καὶ ὀφθαλμίαι καὶ ὤτων πόνοι καὶ στομάτων ἑλκώσιες καὶ σηπεδόνες αἰδοίων καὶ ἵδρωα.

Τοῦ δὲ φθινοπώρου καὶ τῶν θερινῶν τὰ πολλὰ, καὶ πυρετοὶ τεταρταῖοι καὶ πλανῆτες, καὶ σπλῆνες καὶ ὕδρωπες καὶ φθίσιες καὶ στραγγουρίαι καὶ λειεντερίαι καὶ δυσεντερίαι καὶ ἰσχιάδες καὶ κυνάγχαι καὶ ἄσθματα καὶ εἰλεοὶ καὶ ἐπιληψίαι καὶ τὰ μανικὰ καὶ τὰ μελαγχολικά.

Τοῦ δὲ χειμῶνος πλευρίτιδες, περιπλευμονίαι, λήθαργοι, κόρυζαι, βράγχοι, βῆχες, πόνοι στηθέων,

untur, nonnulli tamen in quibusdam tum fiunt tum excitantur.

Vere quidem insania, melancholiae, comitiales, sanguinis profusiones, anginae, gravedines, raucitates, tusses, leprae, impetigines, vitiligines et pustulae ulcerosae plurimae et tubercula et articulorum dolores.

Aestate autem horum nonnulli et febres assiduae et ardentes et tertianae plurimae et quartanae, vomitiones, alvi profluvia, lippitudines, aurium dolores, oris exulcerationes, genitalium putredines et sudamina

Autumno vero etiam aestivi multi et quartanae febres atque erraticae, lienes, aquae inter cutem, tabes, urinae stillicidia, intestinorum levitates et difficultates, coxendicum dolores, anginae, crebri anhelitus, volvuli, comitiales, insaniae et melancholiae.

Hieme vero morbi laterales, pulmonum inflammationes, lethargi, gravedines, raucitates, tusses, dolores pectorum,

πόνοι πλευρέων, ὀσφύος, κεφαλαλγίαι, ἴλιγγοι, ἀποπληξίαι.

2. [119] Ἐν δὲ τῇ τῇσιν ἡλικίῃσι τοιάδε ξυμβαίνει. τοῖσι μὲν σμι(81)κροῖσι καὶ νεογνοῖσι παιδίοισιν ἄφθαι, ἔμετοι, βῆχες, ἀγρυπνίαι, φόβοι, ὀμφαλοῦ φλεγμοναὶ, ὤτων ὑγρότητες.

Πρὸς δὲ τὸ ὀδοντοφυεῖν προσάγουσιν οὔλων ὀδαξυσμοὶ, πυρετοὶ, σπασμοὶ, διάῤῥοιαι, καὶ μάλιστα ὅταν ἀνάγωσι τοὺς κυνόδοντας, καὶ τοῖσι παχυτάτοισι τῶν παίδων καὶ τοῖσι σκληρὰς τὰς κοιλίας ἔχουσι.

Πρεσβυτέροισι δὲ γενομένοισι παρίσθμια, σπονδύλου τοῦ κατὰ τὸ ἰνίον εἴσω ὤσιες, ἄσθματα, λιθιάσιες, ἕλμινθες στρογγύλαι, ἀσκαρίδες, ἀκροχορδόνες, σατυριασμοὶ, στραγγουρίαι, χοιράδες καὶ τἄλλα φύματα, μάλιστα δὲ τὰ προειρημένα.

Τοῖσι δὲ ἔτι πρεσβυτέροισι καὶ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσι τουτέων τε τὰ πολλὰ, πυρετοὶ χρόνιοι μᾶλλον καὶ ἐκ ῥινῶν αἵματος ῥύσιες.

laterum et lumborum, capitis dolores, vertigines et apoplexiae.

Per aetates haec eveniunt, parvis et recens natis pueris, ſerpentia oris ulcera, aphthae dictae, vomitiones, tuſſes, vigiliae, pavores, circa umbilicum inflammationes, aurium humiditates.

Ad dentitionem vero progreſſis gingivarum ſtimulantes prurigines, febres, convulſiones, alvi profluvia, idque praecipue cum caninos dentes emittere coeperint, et iis qui maxime craſſi ſunt et alvos duras habent.

At iis paulum aetate progreſſis, tonſillarum inflammationes, vertebrae quae ad occipitium eſt interiorem in partem impulſiones, crebrae anhelationes, calculi, lumbrici rotundi, alii tenues et minuti, in recto inteſtino orti, aſcarides dicti, verrucae Graecis ἀκροχορδόνες dictae, ſatyriasmi, ſtrumae et alia tubercula, praecipue vero praedicta.

Adhuc autem aetate provectioribus et ad pubertatem progreſſis, ex iis multa et febres diuturnae magis et ſanguinis ex naribus profluvia.

Τὰ δὲ πλεῖστα τοῖσι παιδίοισι πάθεα κρίνεται, τὰ μὲν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ μησὶ, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ ἔτεσι, τὰ δὲ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσιν. ὅσα δ᾽ ἂν διαμείνῃ τοῖσι παιδίοισι καὶ μὴ ἀπολυθῇ περὶ τὸ ἡβάσκειν ἢ τῇσι θήλεσι περὶ τὰς των καταμηνίων ῥήξιας, χρονίζειν εἴωθεν.

2. [125] Τοῖσι δὲ νεηνίσκοισιν αἵματος πτύσιες, φθίσιες, πυρετοὶ ὀξέες, ἐπιληψίαι, καὶ τἄλλα νουσήματα, μάλιστα δὲ τὰ προειρημένα.

Τοῖσι δὲ ὑπὲρ τὴν ἡλικίην ταύτην ἄσθματα, πλευρίτιδες, περιπλευμο(82)νίαι, λήθαργοι, φρενίτιδες, καῦσοι, διάῤῥοιαι χρόνιαι, χολεραὶ δυσεντερίαι, λειεντερίαι, αἱμοῤῥοΐδες.

Τοῖσι δὲ πρεσβύτῃσι δύσπνοιαι, κατάῤῥοι βηχώδεες, στραγγουρίαι, δυσουρίαι, ἄρθρων πόνοι, νεφρίτιδες, ἴλιγγοι, ἀποπληξίαι, κακεξίαι, ξυσμοὶ τοῦ σώματος ὅλου, ἀγρυπνίαι,

At magna ex parte pueris morbi judicatione ſolvuntur, partim quidem intra quadraginta dies, partim vero intra ſeptem menſes, nonnulli intra annos ſeptem, quidam etiam ad pubertatem progreſſis. Qui vero pueris perſeverarint, neque circa pubertatem ſoluti fuerint, aut foeminis circa menſium eruptionem, diu perſeverare conſueverunt.

Adoleſcentibus autem ſanguinis ſpuitiones, tabes, febres acutae, comitiales aliique morbi, praecipue tamen praedicti.

His vero qui hanc aetatem ſuperarunt, crebri anhelitus, morbi laterales, pulmonum inflammationes, lethargi, phrenitides, febres ardentes, diuturna alvi profluvia, cholerae, inteſtinorum difficultates et laevitates, ſanguinis per ora venarum quae in ano ſunt profuſio, αἱμοῤῥοΐδες Graecis dictae.

At ſenibus ſpirandi difficultates, deſtillationes tuſſim inferentes, ſtranguriae, urinae difficultates, articulorum et renum dolores, vertigines, apoplexiae, mali corporis habitus, totius corporis pruritus, vigiliae, alvi, oculorum et

Ed. Chart. IX. 2. [125. 130.] Foës. II. 1148. 1249. Ed. Lind. I. (82.

κοιλίης καὶ ὀφθαλμῶν καὶ ῥινῶν ὑγρότητες, ἀμβλυωπίαι, γλαυκώσιες, βαρηκοΐαι.

2. [130] || [Τμῆμα τέταρτον.] Τὰς κυούσας φαρμακεύειν ἢν ὀργᾷ τετράμηνα καὶ ἄχρι ἑπτὰ μηνῶν, ἧσσον δὲ παρὰ ταύτας, τὰ δὲ νήπια καὶ πρεσβύτερα εὐλαβεῖσθαι χρή.

Ἐν τῇσι φαρμακίησι τοιαῦτα ἄγειν ἐκ τοῦ σώματος, ὁκόσα καὶ αὐτόματα ἰόντα χρήσιμα, τὰ δὲ ἐναντίως ἰόντα παύειν.

Ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσι, τὰ δὲ ἐναντία δυσχερῶς.

Φαρμακεύειν θέρεος μὲν μᾶλλον τὰς ἄνω, χειμῶνος δὲ τὰς κάτω.

Ὑπὸ κύνα καὶ πρὸ κυνὸς ἐργώδεες αἱ φαρμακίαι.

Τοὺς ἰσχνοὺς τοὺς εὐημέας ἄνω φαρμακεύειν, ὑποστελλομένους χειμῶνα.

narium humiditates, visus hebetudines, gravedines, auditus graves.

[*Sectio quarta.*] Uterum gerentibus medicamenta purgantia sunt exhibenda, si humor impetu fertur ad excretionem, quarto mense et ad septimum usque his tamen minus. In minoribus autem et grandioribus foetibus subtimide se gerere oportet.

In medicamentorum purgantium usu, qualia etiam sponte prodeuntia utilia sunt, talia e corpore educere convenit, quae vero contrario modo prodeunt, cohibere.

Si quae purgari decet, purgentur, confert et leviter ferunt, contra vero, graviter.

Aestate quidem superiores ventres potius medicamentis repurgato, hieme vero inferiores.

Sub canis ortum et ante canis ortum molestae sunt per medicamenta purgationes.

Graciles et facili vomitione utentes medicamento per superiora purgare oportet, reformidantes hiemem.

Ed. Chart. IX. 2. [130. 138.] Foës. II. 1249. Ed. Lind. I. (82. 83.)

Τοὺς δὲ δυσημέας καὶ μέσως εὐσάρκους κάτω, ὑποστελλομένους θέρος.

Τοὺς δὲ φθινώδεας ὑποστελλομένους τὰς ἄνω.

(83) Τοὺς δὲ μελαγχολικοὺς ἁδροτέρως τὰς κάτω, τῷ αὐτῷ λογισμῷ τἀναντία προστιθείς.

Φαρμακεύειν ἐν τοῖσι λίην ὀξέσιν ἢν ὀργᾷ αὐθημερὸν, χρονίζειν γὰρ ἐν τοῖσι τοιούτοισι κακόν.

2. [138] Ὁκόσοισι στρόφοι καὶ περὶ τὸν ὀμφαλὸν πόνοι καὶ ὀσφύος ἄλγημα μὴ λυόμενον, μήτε ὑπὸ φαρμακίης μήτ᾽ ἄλλως, εἰς ὕδρωπα ξηρὸν ἱδρύεται.

Ὁκόσοισι κοιλίαι λειεντεριώδεες, χειμῶνος φαρμακεύειν ἄνω κακόν.

Πρὸς τοὺς ἐλλεβόρους τοῖσι μὴ ῥηϊδίως ἄνω καθαιρομένοισι, πρὸ τῆς πόσιος προϋγραίνειν τὰ σώματα ἐν πλείονι τροφῇ καὶ ἀναπαύσει.

Ἐπὴν πίῃ τις ἐλλέβορον, πρὸς μὲν τὰς κινήσιας τῶν

At difficili vomitione utentes et modice carnosos per inferiora, aestatem reformidantes.

Tabescentes vero, reformidantes per superiora purgationes.

Atra bile abundantes largius per inferiora, simili ratione adhibita contraria purgandi via.

In valde acutis si suopte impetu ad excretionem humor feratur, medicamento purgante eodem die utendum, siquidem in his cunctari malum.

Quibus intestina cortorquentur, circa umbilicum labores et lumborum dolor adest, qui neque medicamento purgante, neque alia ratione solvitur, in siccum hydropem confirmatur.

Quibus alvi intestinorum laevitate infestantur, eos hiberno tempore per superiora medicamento purgare malum.

Qui veratro sumpto non facile per superiora purgantur, iis ante potionem corpora copiosiore cibo et quiete praehumectato.

Ubi quis veratrum potione sumpserit, corporum qui-

σωμάτων μᾶλλον ἄγειν, πρὸς δὲ τοὺς ὕπνους καὶ μὴ κινήσιας ἧσσον. δηλοῖ δὲ καὶ ἡ ναυτιλίη ὅτι κίνησις τὰ σώματα ταράσση.

Ἐπὴν βούλῃ μᾶλλον ἄγειν τὸν ἐλλέβορον, κίνει τὸ σῶμα. ἐπὴν δὲ παῦσαι, ὕπνον ποίει καὶ μὴ κίνει.

Ἐλλέβορος ἐπικίνδυνος τοῖσι τὰς σάρκας ὑγιέας ἔχουσι. σπασμὸν γὰρ ἐμποιέει.

Ἀπυρέτῳ ἐόντι ἀποσιτίη καὶ καρδιωγμὸς, καὶ σκοτόδινος καὶ στόμα ἐκπικρούμενον, ἄνω φαρμακίης δεῖσθαι σημαίνει.

2. [143] Τὰ ὑπὲρ τῶν φρενῶν ὀδυνήματα ἄνω φαρμακείην σημαίνει. ὁκόσα δὲ κάτω, κάτω.

(84) Ὁκόσοι ἐν τῇσι φαρμακοποσίῃσι μὴ διψῶσι καθαιρόμενοι, οὐ παύονται πρὶν ἢ διψήσωσιν.

Ἀπυρέτοισι ἐοῦσιν ἢν γίνεται στρόφος καὶ γουνάτων βάρος καὶ ὀσφύος ἄλγημα, κάτω φαρμακίης δεῖσθαι σημαίνει.

dem motiones magis quam somnum et quietem inducito. Nam vel navigatio turbari motione corpora indicat.

Ubi veratrum magis ducere voles, corpus moveto, ubi vero sistere, somnum conciliato, neque moveto.

Veratrum iis qui sano sunt corpore periculosum, convulsionem enim inducit.

Si cui sine febre cibi fastidium, oris ventriculi morsus, tenebricosa vertigo contigerit et os amarulentum fuerit, haec necessariam esse per superiora purgationem indicant.

Dolores supra septum transversum purgatione indigentes medicamentum quod per superiora purget necessarium esse indicant. At qui septo transverso sunt inferiores, per inferiora.

Qui sumpta potione medica dum purgantur non sitiunt, ii purgandi finem non faciunt, donec sitiverint.

Si dolor intestina torquens et genuum gravitas et lumborum dolor citra febrem adfuerint, medicamento quod per inferiora purgat opus esse significant.

Ὑποχωρήματα μέλανα οἱονεὶ αἷμα μέλαν ἀπ᾽ αὐτομάτου ἰόντα καὶ ξὺν πυρετῷ καὶ ἄνευ πυρετοῦ κάκιστα, καὶ ὁκόσοισιν ἂν τὰ χρώματα πονηρότερα ᾖ, μᾶλλον κάκιον. σὺν φαρμάκῳ δὲ ἄμεινον, καὶ ὁκόσῳ ἂν πλείω χρώματα οὐ πονηρά, νοσημάτων ὁκόσων ἀρχομένων χολὴ μέλαινα ἢ ἄνω ἢ κάτω ἐπέλθῃ, θανάσιμον.

|| *Ὁκόσοισιν ἐκ νουσημάτων ὀξέων ἢ ἐκ πολυχρονίων ἢ ἐκ τρωμάτων ἢ ἄλλως πως λεπτυνομένων χολὴ μέλαινα ἢ ὁκοῖον αἷμα μέλαν ἐπέλθῃ, τῇ ὑστεραίῃ ἀποθνήσκουσι.*

Δυσεντερίη ἢν ἀπὸ χολῆς μελαίνης ἄρξηται, θανάσιμον.

2. [148] *Αἷμα ἄνω μὲν ὁκοῖον ἂν ᾖ, κακόν, κάτω δὲ ἀγαθόν, καὶ τὰ μέλανα ὑποχωρέοντα κακόν.*

Ἢν ὑπὸ δυσεντερίης ἐχομένῳ ὁκοῖαι ἂν σάρκες ὑποχωρήσωσι, θανάσιμον.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν αἱμοῤῥαγέει πλῆθος ὁκοθενοῦν, ἐν τῇσιν ἀναλήψεσι, τουτέοισιν αἱ κοιλίαι καθυγραίνονται.

Nigrae dejectiones, qualis ſanguis niger, ſponte procedentes et cum febre et citra febrem, peſſimae, eoque pejores quo plures earum colores deteriores fuerint. A medicamento autem melius, quoque plures colores fuerint non pravi.

Per quorumvis morborum initia bilem atram ſupra vel infra prodire lethale.

Quibus per morbos acutos aut diuturnos aut vulnera aut alium quemvis modum extenuatis bilis atra aut veluti ſanguis niger ſubierit, ii poſtridie moriuntur.

Inteſtinorum difficultas ſi ab atra bile ortum duxerit, lethalis.

Sanguis, ſupra quidem, qualiscunque fuerit emiſſus, malus, infra autem, ſi niger dejiciatur, bonus.

Inteſtinorum difficultate vexato ſi veluti carunculae dejiciantur, lethale.

Quibus per febres ſanguinis copia undecunque profluxerit, iis cum reficiuntur alvi humidiores evadunt.

Ὁκόσοισι χολώδεα τὰ διαχωρήματα, κωφώσιος γενομένης παύεται, καὶ ὁκόσοισι κώφωσις, χολωδέων γινομένων παύεται.

(85) *Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἑκταίοισιν ἐοῦσι ῥίγεα γίνονται, δύσκριτα.*

Ὁκόσοισι παροξυσμοὶ γίνονται, ἣν ἂν ὥρην ἀφῇ, ἐς τὴν αὔριον τὴν αὐτὴν ὥρην ἢν λάβῃ δύσκριτα.

Τοῖσι κοπιώδεσιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἐς ἄρθρα καὶ περὶ τὰς γνάθους μάλιστα ἀποστάσιες γίνονται.

Ὁκόσοισι δὲ ἀνισταμένοισιν ἐκ τῶν νούσων τι πονέσει, ἐνταῦθα ἀποστάσιες γίνονται.

2. [154] *Ἀτὰρ ἢν καὶ προπεπονηκός τι ᾖ πρὸ τοῦ νοσέειν, ἐνταῦθα στηρίζει ἡ νοῦσος.*

Ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῇ φάρυγγι πνὶξ ἐξαίφνης ἐπιστῇ, θανάσιμον.

Ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ ὁ τράχηλος ἐξαίφνης ἐπιστραφῇ καὶ μόλις καταπίνειν δύνηται, οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῷ τραχήλῳ, θανάσιμον.

Quibus bilioſae ſunt dejectiones, hae oborta ſurditate ceſſant, et quibus adeſt ſurditas, his exortis bilioſis dejectionibus finitur.

In febribus ſi rigores contingant ſexto die, difficilem habent judicationem.

Quibus acceſſiones fiunt, quanamcunque hora febris dimiſerit, ſi poſtero die eadem qua antea hora prehenderit, judicatio difficilis eſſe ſolet.

Quibus per febres laſſitudinis ſenſus ineſt, iis ad articulos, potiſſimumque circa maxillas abſceſſus oriuntur.

Iis vero qui ex morbis convaleſcunt, ſi pars aliqua laboraverit, illic abſceſſus fiunt.

Sed et ſi pars quaepiam ante morbum laboraverit, in eam ſe morbus obfirmat.

Si febre vexato, nullo exiſtente in faucibus tumore, repentina accidat ſtrangulatio, lethale.

In febre vexato collum repente perverſum, ac vix deglutire poſſe, nullo exiſtente tumore, lethale.

Ἱδρῶτες πυρεταίνουσιν ἢν ἄρξωνται, ἀγαθοὶ τριταῖοι καὶ πεμπταῖοι καὶ ἑβδομαῖοι καὶ ἐναταῖοι καὶ ἑνδεκαταῖοι καὶ τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι καὶ ἑπτακαιδεκαταῖοι καὶ μιῇ καὶ εἰκοστῇ, καὶ ἑβδόμῃ καὶ εἰκοστῇ, καὶ τριακοστῇ πρώτῃ, καὶ τριακοστῇ τετάρτῃ. οὗτοι γὰρ οἱ ἱδρῶτες νούσους κρίνουσιν, οἱ δὲ μὴ οὕτως γινόμενοι πόνον σημαίνουσι καὶ μῆκος νόσου καὶ ὑποτροπιασμούς.

Οἱ ψυχροὶ ἱδρῶτες ξὺν μὲν ὀξεῖ πυρετῷ γινόμενοι θάνατον, ξὺν πρηϊτέρῳ δὲ μῆκος νόσου σημαίνουσι.

Καὶ ὅκου ἔνι τοῦ σώμα(86)τος ἱδρὼς, ἐνταῦθα φράζει τὴν νοῦσον.

Καὶ ὅκου ἔνι τοῦ σώματος θερμὸν ἢ ψυχρὸν, ἐνταῦθα ἡ νοῦσος.

Καὶ ὅκου ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολαὶ καὶ ἢν τὸ σῶμα καταψύχηται ἢ αὖθις θερμαίνηται ἢ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου γίνηται, μῆκος νούσου σημαίνει.

Ἱδρὼς πολὺς ἐξ ὕπνου ἄνευ τινὸς αἰτίης φανερῆς γινόμενος, τὸ σῶμα σημαίνει ὅτι πλείονι τροφῇ χρέεται. ἢν δὲ

Sudores febricitantibus boni, qui coeperint tertio die, quinto, ſeptimo, nono, undecimo, decimoquarto, decimoſeptimo, viceſimo primo, viceſimo ſeptimo, triceſimo primo et triceſimo quarto, ii enim ſudores morbos judicant. Qui vero tales non ſunt, laborem et morbi longitudinem, ejusdemque reverſionem ſignificant.

Sudores frigidi in febre quidem acuta oborti mortem, in mitiori autem morbi prolixitatem ſignificant.

Et ubi in corpore ſudor ineſt, ibi morbum eſſe enunciat.

Et qua corporis parte calor ineſt aut frigus, ibi morbus eſt.

Et ubi toto corpore mutationes contingunt, ut ſi corpus refrigeretur, rurſumque caleſiet, vel color alius ex alio oriatur, morbi longitudinem ſignificat.

Sudor copioſus de ſomno citra manifeſtam cauſam obortus, corpus copioſiore uti cibo ſignificat. Quod ſi cibum

τροφὴν μὴ λαμβάνοντι τοῦτο γίγνηται, σημαίνει ὅτι κενώσιος δέεται.

2. [162] Ἱδρὼς πολὺς ψυχρὸς ἢ θερμὸς αἰεὶ ῥέων, ὁ ψυχρὸς μείζω, ὁ δὲ θερμὸς ἐλάσσω νοῦσον σημαίνει.

|| Οἱ πυρετοὶ ὁκόσοι μὴ διαλείποντες διὰ τρίτης ἰσχυρότεροι γίνονται, ἐπικίνδυνοι. ὅτω δ᾽ ἂν τρόπῳ διαλείπωσι, σημαίνει ὅτι ἀκίνδυνοι.

Ὁκόσοισι πυρετοὶ μακροὶ, τουτέοισι φύματα ἐς τὰ ἄρθρα ἢ πόνοι ἐγγίνονται.

Ὁκόσοισι φύματα ἐς τὰ ἄρθρα ἢ πόνοι ἐκ πυρετῶν γίγνονται, οὗτοι σιτίοισι πλείοσι χρέονται.

Ἢν ῥῖγος ἐπιπίπτει πυρετῷ μὴ διαλείποντι, ἤδη ἀσθενεῖ ἐόντι, θανάσιμον.

Αἱ ἀποχρέμψιες αἱ ἐν τοῖσι πυρετοῖσι μὴ διαλείπουσιν αἱ πελιδναὶ καὶ αἱματώδεες καὶ δυσώδεες καὶ χολώδεες πᾶσαι κακαί. ἀποχωροῦσαι δὲ καλῶς ἀγαθαὶ καὶ κατὰ τὰς διαχωρήσιας καὶ κατὰ τὰ οὖρα. ἢν δὲ μή τι τῶν συμφερόντων ἐκκρίνηται διὰ τῶν τόπων τούτων, κακόν.

non assumenti istud contingat, quod evacuatione opus sit indicat.

Sudor copiosus calidus aut frigidus semper fluens, frigidus majorem, calidus minorem morbum significat.

Febres quae tertio quoque die vehementius affligunt neque intermittunt, periculosiores. Quocunque autem modo intermiserint, extra periculum esse significant.

Quibus adsunt febres longae, iis tubercula, vel ad articulos dolores innascuntur.

Quibus tubercula aut ad articulos dolores post febres longas oriuntur, ii copiosioribus cibis utuntur.

Si febre non intermittente rigor frequenter incidat, aegro jam debili, lethale est.

In febribus non intermittentibus excreationes lividae, sanguineae, graveolentes et biliosae, omnes malae, bene autem si prodeant, bonae, tum per alvi excretiones, tum per urinas. At si quid eorum quae non juvant per haec loca excernatur, malum.

(87) *Ἐν τοῖσι μὴ διαλείπουσι πυρετοῖσιν, ἢν τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ᾖ, τὰ δὲ ἔνδον καίηται καὶ δίψαν ἔχῃ, θανάσιμον.*

Ἐν μὴ διαλείποντι πυρετῷ ἢν χεῖλος ἢ ὀφρὺς ἢ ὀφθαλμὸς ἢ ῥὶς διαστραφῇ, ἢν μὴ βλέπῃ, ἢν μὴ ἀκούῃ ἀσθενέος ἐόντος τοῦ κάμνοντος, ὅ τι ἂν τουτέων γένηται, ἐγγὺς ὁ θάνατος.

2. [167] *Ὅκου ἐν πυρετῷ μὴ διαλείποντι δύσπνοια γένηται καὶ παραφροσύνη, θανάσιμον.*

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἀποστήματα μὴ λυόμενα πρὸς τὰς πρώτας κρίσιας μῆκος νόσου σημαίνει.

Ὁκόσοι ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἢ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ἀῤῥωστίῃσι κατὰ προαίρεσιν δακρύουσιν οὐδὲν ἄτοπον, ὁκόσοι δὲ μὴ κατὰ προαίρεσιν, ἀτοπώτερον.

Ὁκόσοισι δὲ ἐπὶ τῶν ὀδόντων ἐν τοῖσι πυρετοῖσι περίγλισχρα γίνεται, ἰσχυρότεροι γίνονται οἱ πυρετοί.

Ὁκόσοισιν ἐπὶ πολὺ βῆχες ξηραὶ βραχέα ἐρεθίζουσαι ἐν πυρετοῖσι καυσώδεσιν, οὐ πάνυ διψώδεές εἰσίν.

In febribus non intermittentibus, ſi partes externae ſint frigidae, internae vero urantur et ſiti vexentur, lethale eſt.

In febre non intermittente, ſi labrum aut ſupercilium aut oculus aut naſus pervertatur, ſi non videat, ſi non audiat, imbecillo jam corpore, quicquid ex his evenerit, in propinquo mors eſt.

Quando in febre non intermittente difficultas ſpirandi et delirium contigerit, lethale.

In febribus quae abſcedunt ſi primis judicationibus non ſolvantur, morbi longitudinem ſignificant.

Quibus in febribus aut aliis morbis oculi ex voluntate illachrymant, nihil abſurdi accidit. At quibus praeter voluntatem, abſurdius.

Quibus per febres ad dentes glutinoſus humor obnaſcitur, iis vehementiores fiunt febres.

Quibus tuſſes ſiccae leviter irritantes in febribus ardentibus diu perſeverant, ii non multum ſiti vexantur.

Ed. Chart. IX. 2. [167. 173.] Foës. II. 1251. Ed. Lind. I. (87. 88.)

Οἱ ἐπὶ βουβῶσι πυρετοὶ πάντες κακοὶ, πλὴν τῶν ἐφημέρων.

Πυρέσσοντι ἱδρὼς ἐπιγενόμενος μὴ ἐκλείποντος τοῦ πυρετοῦ κακὸν, μηκύνει γὰρ ἡ νοῦσος καὶ ὑγρασίην πλείω σημαίνει.

Ὑπὸ σπασμοῦ ἢ τετάνου ἐνοχλουμένῳ πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει τὸ νόσημα.

Ὑπὸ καύσου ἐχομένου ἐπιγενομένου ῥίγεος λύσις.

(88) *Τριταῖος ἀκριβὴς κρίνεται ἐν ἑπτὰ περιόδοισι τὸ μακρότατον.*

2. [173] *Ὁκόσοισιν ἂν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὰ ὦτα κωφωθῇ, αἷμα ἐκ ῥινῶν ῥυὲν ἢ κοιλίη ἐκταραχθεῖσα λύει τὸ νούσημα.*

Πυρέσσοντι ἢν μὴ ἐν περισσῇσιν ἡμέρῃσιν ἀφῇ ὁ πυρετὸς, ὑποτροπιάζειν εἴωθεν.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἴκτεροι ἐπιγίνονται πρὸ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν, κακὸν, ἢν μὴ ξυνδόσιες ὑγρῶν κατὰ τὴν κοιλίην γένωνται.

Ex glandularum inflammationibus febres omnes malae praeter diarias.

Febricitanti si sudor contingat non deficiente febre, malum. Prorogatur enim morbus multamque significat humiditatem.

Si cui convulsione aut distentione nervorum detento febris successerit, morbum solvit.

Febre ardente detento si rigor successerit, solutio contingit.

Tertiana exquisita septem circuitibus ut longissime judicatur.

Quibus per febres aures obsurduerunt, sanguis ex naribus profluens aut alvus exturbata morbum solvit.

Febricitantem nisi diebus imparibus febris dimiserit, reverti solet.

Quibus per febres morbus regius ante diem septimum obortus fuerit, malum.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι, τῇ ἑβδόμῃ ἢ τῇ ἐνάτῃ ἢ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἴκτεροι ἐπιγίνονται, ἀγαθὸν, ἢν μὴ τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον σκληρὸν ᾖ, ἢν δὲ μὴ, οὐκ ἀγαθόν.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι περὶ τὴν κοιλίην καῦμα ἰσχυρὸν καὶ καρδιωγμὸς, κακόν.

‖ *Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τοῖσιν ὀξέσιν οἱ σπασμοὶ καὶ οἱ περὶ τὰ σπλάγχνα πόνοι ἰσχυροὶ, κακόν.*

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν οἱ ἐκ τῶν ὕπνων φόβοι ἢ σπασμοὶ, κακόν.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὸ πνεῦμα προσκόπτον, κακὸν, σπασμὸν γὰρ σημαίνει.

Ὁκόσοισιν οὖρα παχέα θρομβώδεα ὀλίγα οὐκ ἀπυρέτοισι, πλῆθος ἐπελθὸν ἐκ τουτέων λεπτὸν ὠφελέει, μάλιστα δὲ τὰ τοιαῦτα ἔρχεται, οἷσιν ἐξ ἀρχῆς ἢ διὰ ταχέων ὑπόστασιν ἴσχει.

Ὁκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖσι τὰ οὖρα ἀνατεταραγμένα οἷον (89) ὑποζυγίου, τουτέοισι κεφαλαλγίαι ἢ πάρεισιν ἢ παρέσονται.

Quibus per febres die ſeptimo aut nono aut undecimo aut decimo quarto morbus regius obortus fuerit, bonum, niſi praecordia dextra dura fuerint, alioqui minime bonum.

In febribus circa ventriculum aeſtus vehemens et oris ventriculi morſus malo eſt.

In febribus acutis convulſiones et circa viſcera dolores vehementes malum.

In febribus per ſomnos pavores aut convulſiones malo ſunt.

In febribus ſpiritus offenſans malo eſt, convulſionem namque indicat.

Quibus non ſine febre urinae ſunt craſſae, grumoſae et paucae, ſi ab iis copioſae et tenues prodeant, juvant. Praecipue vero tales redduntur quibus ab initio vel non ita multo poſt ſedimentum ineſt.

Quibus per febres urinae ſunt returbidae, quales veterini generis, iis capitis dolor vel adeſt vel aderit.

2. [180] Ὁκόσοισιν ἑβδομαῖα κρίνεται, τουτέοισιν ἐπινέφελον ἴσχει τὸ οὖρον τῇ τετάρτῃ ἐρυθρὸν καὶ τἄλλα κατὰ λόγον.

Ὁκόσοισιν οὖρα διαφανέα λευκὰ πονηρὰ, μάλιστα δὲ ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἐπιφαίνεται.

Ὁκόσοισιν ὑποχόνδρια μετέωρα διαβορβορύζοντα ὀσφύος ἀλγήματος ἐπιγενομένου, αἱ κοιλίαι τουτέοισι καθυγραίνονται, ἢν μὴ φῦσαι καταῤῥαγέωσιν ἢ οὔρου πλῆθος ἐπέλθῃ, ἐν πυρετοῖσι δὲ ταῦτα.

Ὁκόσοισιν ἐλπὶς ἐς ἄρθρα ἀφίστασθαι, ῥύεται τῆς ἀποστάσιος οὖρον πολὺ κάρτα παχὺ καὶ λευκὸν γινόμενον οἷον ἐν τοῖσι κοπιώδεσι πυρετοῖσι τεταρταίοισιν ἄρχεται ἐνίοισι γίνεσθαι. ἢν δὲ καὶ ἐκ τῶν ῥινῶν αἱμοῤῥαγήσῃ, καὶ πάνυ ταχὺ λύεται.

Ἢν αἷμα ἢ πῦον οὐρέῃ, τῶν νεφρῶν ἢ τῆς κύστιος, ἕλκωσιν σημαίνει.

Ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι σαρκία μικρὰ ὥσπερ τρίχες συνεξέρχονται, τουτέοισιν ἀπὸ τῶν νεφρῶν ἐκκρίνεται.

Quibus ſeptimo die judicatio contingit, iis urina rubram die quarto nubeculam habet aliaque pro ratione.

Quibus urinae pellucidae, albae, malae, praecipue vero in phreniticis apparent.

Quibus ſublata praecordia murmurant, lumborum ſuccedente dolore, iis alvi humectantur, niſi flatus deorſum erumpant aut urinae copia prodeat. Atque haec in febribus contingunt.

Quibus ſperatur aliquid ad articulos abſceſſurum, urina copioſa et craſſa et alba reddita, abſceſſu liberat, qualis in febribus cum laſſitudinis ſenſu quarto die quibusdam ferri incipit. Quod ſi ex naribus etiam ſanguis effluxerit, tum brevi admodum ſolutio fit.

Si ſanguis aut pus cum urina redditur, renum aut veſicae exulceratio ſignificatur.

Quibus cum urina craſſa exiguae carunculae aut veluti capilli ſimul feruntur, iis a renibus excernuntur.

Ed. Chart. IX. 2. [180. 190.] Foes. II. 1252. Ed. Lind. I. (89. 90.)

Ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι πιτυρώδεα συνεξουρέεται, τουτέοισιν ἡ κύστις ψωριᾷ.

Ὁκόσοι ἀπὸ ταὐτομάτου αἷμα οὐρέουσι, τουτέοισιν ἀπὸ τῶν νεφρῶν φλεβίου ῥῆξιν σημαίνει.

Ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ ψαμμώδεα ὑφίσταται, τουτέοισιν ἡ κύστις λιθιᾷ.

2. [190] *Ἢν αἷμα οὐρέῃ καὶ θρόμβους καὶ στραγγουρίην ἔχῃ καὶ ὀδύνη ἐμπίπτῃ ἐς τὸ ὑπο*(90)*γάστριον καὶ ἐς τὸν περιτόναιον, τὰ περὶ τὴν κύστιν πονεῖ.*

Ἢν αἷμα καὶ πῦον οὐρέῃ καὶ λεπίδας καὶ ὀσμὴ βαρείη ᾖ, τῆς κύστιος ἕλκωσιν σημαίνει.

Ὁκόσοισιν ἐν τῇ οὐρήθρῃ φύματα φύεται, τουτέοισι διαπυήσαντος καὶ ἐκραγέντος λύσις.

Οὔρησις νύκτωρ πολλὴ γινομένη, σμικρὴν τὴν ὑποχώρησιν σημαίνει.

[*Τμῆμα πέμπτον.*] *Σπασμὸς ἐξ ἐλλεβόρου θανάσιμον.*

Ἐπὶ τρώματι σπασμὸς ἐπιγενόμενος θανάσιμον.

Quibus cum urina craſſa furfuri ſimilia quaedam ſimul exeunt, iis veſica pſora laborat.

Qui ſponte ſanguinem cum urina effundunt, iis in renibus venulam ruptam eſſe ſignificat.

Quibus in urina arenoſae ſunt ſubſidentiae, iis veſica calculo laborat.

Si quis ſanguinem et grumos cum urina fundat et ſtranguriam habeat, dolorque in imum ventrem et interfoemineum incidat, quae ad veſicam attinent laborant.

Si quis ſanguinem et pus et ſquamulas cum urina fundat, gravisque odor adſit, veſicae exulcerationem ſignificat.

Quibus in urinae fiſtula tuberculum innaſcitur, eo in pus verſo et rupto, ſolutio contingit.

Urina copioſe de nocte reddita paucam alvi dejectionem ſignificat.

[*Sectio quinta.*] Convulſio ex veratro lethalis.

Convulſio quae in vulnus incidit lethalis.

Αἵματος πολλοῦ ῥυέντος κάτω σπασμὸς ἢ λυγμὸς ἐπιγενόμενος κακόν.

Ἐπὶ ὑπερκαθάρσει σπασμὸς ἢ λυγμὸς ἐπιγενόμενος κακόν.

Ἢν μεθύων ἐξαίφνης ἄφωνός τις γένηται σπασθεὶς, ἀποθνήσκει, ἢν μὴ πυρετὸς ἐπιλάβῃ ἢ ἐς τὴν ὥρην ἐλθὼν, καθ' ἣν αἱ κραιπάλαι λύονται, φθέγξηται.

|| 2. [197] *Ὁκόσοισι ὑπὸ τετάνου ἁλίσκονται, ἐν τέσσαρσιν ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται, ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσιν, ὑγιέες γίνονται.*

Τὰ ἐπιληπτικὰ ὁκόσοισι πρὸ τῆς ἥβης γίνεται, μετάστασιν ἴσχει, ὁκόσοισι δὲ πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτέων γίνεται, τουτέοισι τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκει.

Ὁκόσοι πλευριτικοὶ γενόμενοι οὐκ ἀνακαθαίρονται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι, τουτέοισιν ἐς ἐμπύημα καθίσταται.

(91) *Φθίσις γίνεται μάλιστα ἡλικίῃσι τῇσιν ἀπὸ ὀκτωκαίδεκα ἐτέων μέχρι πέντε καὶ τριήκοντα ἐτέων.*

Ex copioſo ſanguinis fluxu convulſio aut ſingultus contingens malum denunciat.

Ex profuſa purgatione convulſio aut ſingultus ſuccedens malum.

Si ebrium quempiam vox deficiat derepente, convulſus moritur, niſi eum febris prehendat aut qua hora crapula ſolvi ſolet ad vocem redeat.

Qui nervorum diſtentione corripiuntur intra quatuor dies pereunt, quos ſi effugerint, ſaneſcunt.

Comitiales quibus ante pubertatis annos contingunt, depoſitionem accipiunt. At quibus quintum et vigeſimum annum agentibus fiunt, eos fere ad mortem usque comitantur.

Qui morbo laterali laborant, niſi intra dies quatuordecim repurgentur, iis in ſuppurationem deponitur.

Tabes praecipue contingit aetatibus, quae ſunt ab anno decimo octavo ad trigeſimum quintum.

Ὁκόσοι κυνάγχην διαφεύγουσιν, ἐς τὸν πλεύμονα αὐτέοισι τρέπεται καὶ ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀποθνήσκουσιν, ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσιν, ἔμπυοι γίνονται.

Τοῖσιν ὑπὸ τῶν φθισίων ἐνοχλουμένοισιν, ἢν τὸ πτύσμα ὅπερ ἂν ἀποβήσσωσι, βαρὺ ὄζῃ ἐπὶ τοὺς ἄνθρακας ἐπιχεόμενον καὶ αἱ τρίχες ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥέωσι, θανατῶδες.

Ὁκόσοισι φθισιῶσιν αἱ τρίχες ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥέωσιν, οὗτοι διαῤῥοίης ἐπιγενομένης ἀποθνήσκουσιν.

Ὁκόσοι αἷμα ἀφρῶδες ἀναπτύουσι, τουτέοισιν ἐκ τοῦ πλεύμονος ἡ τοιαύτη ἀναγωγὴ γίνεται.

2. [202] Ὑπὸ φθίσιος ἐχομένῳ διάῤῥοια ἐπιγενομένη, θανατῶδες.

Ὁκόσοι ἐκ πλευρίτιδος ἔμπυοι γίνονται, ἢν ἀνακαθαρθῶσιν, ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν, ἀφ᾽ ἧς ἂν ῥῆξις γίνηται, παύονται, ἢν δὲ μὴ, ἐς φθίσιν μεθίστανται.

Τὸ θερμὸν βλάπτει ταῦτα πλεονάκις χρεομένοισι, σαρκῶν ἐκθήλυνσιν, νεύρων ἀκράτειαν, γνώμης νάρκωσιν, αἱμοῤῥαγίας, λειποθυμίας, ταῦτα οἷσι θάνατος.

Qui anginam effugiunt, iis in pulmonem vertitur et intra dies ſeptem intereunt, quos ſi evaſerint, ſuppurati fiunt.

In tabe vexatis, ſi ſputum quod tuſſi rejiciunt carbonibus infuſum gravem odorem emittat et capilli e capite defluant, lethale eſt.

In tabidis ſi capilli e capite defluant, ii ſuccedente alvi profluvio moriuntur.

Qui ſpumantem ſanguinem ſputo rejiciunt, iis ex pulmone educitur.

Tabe detento ſuccedens alvi profluvium lethale.

Qui ex morbo laterali ſuppurati fiunt, ſi intra dies quadraginta, ex quo ruptio facta eſt, repurgentur, liberantur, alioqui in tabem tranſeunt.

Calidum eo frequentius utentibus has affert noxias, carnium effoeminationem, nervorum impotentiam, mentis ſtuporem, ſanguinis profluvia, animi defectiones, ad quae mors ſequitur.

Τὸ δὲ ψυχρὸν σπασμοὺς, τετάνους, μελασμοὺς καὶ ῥίγεα πυρετώδεα.

Τὸ ψυχρὸν πολέμιον ὀστέοισιν, ὀδοῦσι, νεύροις, ἐγκεφάλῳ, νωτιαίῳ μυελῷ, τὸ δὲ θερμὸν ὠφέλιμον.

(92) *Ὁκόσα κατέψυκται, ἐκθερμαίνει, πλὴν ὁκόσα αἱμοῤῥαγέειν μέλλει.*

Ἕλκεσι τὸ μὲν ψυχρὸν δακνῶδες, δέρμα περισκληρύνει, ὀδύνην ἀνεκπύητον ποιέει, μελαίνει; ῥίγεα πυρετώδεα ποιεῖ, σπασμοὺς καὶ τετάνους.

Ἔστι δὲ ὅκου ἐπὶ τετάνου ἄνευ ἕλκεος νέῳ εὐσάρκῳ, θέρεος μέσου, ψυχροῦ πολλοῦ κατάχυσις, ἐπανάκλησιν θέρμης ποιέεται, θέρμη δὲ ταῦτα ῥύεται.

2. [207] *Τὸ θερμὸν ἐκπυητικὸν, οὐκ ἐπὶ παντὶ ἕλκει, μέγιστον σημεῖον ἐς ἀσφαλείην, δέρμα μαλάσσει, ἰσχναίνει, ἀνώδυνον, ῥιγέων, σπασμῶν, τετάνων, παρηγορικὸν, τὴν δὲ ἐν τῇ κεφαλῇ καρηβαρείην λύει, πλεῖστον δὲ διαφέρει ὀστέων κατήγμασι, μάλιστα δὲ τοῖσιν ἐψιλωμένοισι, τουτέων δὲ μά-*

Frigidum vero convulſiones, nervorum diſtentiones, denigrationes et rigores febriles.

Frigidum oſſibus adverſum, dentibus, nervis, cerebro, dorſali medullae, calidum vero utile.

Perfrigerata excalefacere oportet, praeter ea quae ſanguinem effundunt aut brevi effundent.

Frigidum ulcera mordet, cutem obdurat, dolorem inſuppurabilem facit, denigrationes, rigores febriles, convulſiones, nervorum diſtentiones.

Quandoque tamen in nervorum diſtentione absque ulcere in juvene quadrati corporis, aeſtate media, frigidae copioſa perfuſio caloris revocationem efficit, calor autem haec ſanat.

Calidum ſuppurationem movens, non in omni ulcere, maximum ſecuritatis judicium exhibet, cutem emollit, extenuat, dolorem tollit, rigores, convulſiones, nervorum distentiones mitigat, capitis gravitatem ſolvit, oſſium vero fracturis plurimum confert, ſed praecipue his quae carne

Ed. Chart. IX. 2. [207.] Foes. II. 1253. 1254. Ed. Lind. I. (92. 93.)

λιστα τοῖσιν ἐν κεφαλῇ ἕλκεα ἔχουσι, καὶ ὁκόσα ὑπὸ ψύξιος θνήσκει ἢ ἑλκοῦται, καὶ ἕρποισιν ἐσθιομένοισιν, ἕδρῃ, αἰδοίῳ, ὑστέρῃ, κύστει, τουτέοισι τὸ μὲν θερμὸν φίλιον καὶ κρῖνον, τὸ δὲ ψυχρὸν πολέμιον καὶ κτεῖνον.

Ἐν τουτέοισι δεῖ τῷ ψυχρῷ χρέεσθαι, ὁκόθεν αἱμοῤῥαγέειν μέλλει μὴ ἐπ' αὐτὰ, ἀλλὰ περὶ αὐτὰ ὁκόθεν ἐπιῤῥεῖ, καὶ ὁκόσαι φλεγμοναὶ ἢ ἐπιφλογίσματα ἐς τὸ ἐρυθρὸν καὶ ὕφαιμον ῥέποντα αἵματι νεαρῷ ἐπὶ ταῦτα, ἐπεὶ τά γε παλαιὰ μελαίνει, καὶ ἐρυσίπελας τὸ μὴ ἑλκούμενον, ἐπεὶ τό γε ἑλκούμενον βλάπτει.

|| *Τὰ ψυχρὰ, οἷον χιὼν, κρύσταλλος, τῷ στήθει πολέμια,*
(93) *βηχέων κινητικὰ, αἱμοῤῥοϊκὰ, καταῤῥοϊκά.*

Τὰ δὲ ἐν ἄρθροισιν οἰδήματα καὶ ἀλγήματα, ἄτερ ἕλκεος καὶ ποδαγρικὰ καὶ σπάσματα, τουτέων τὰ πλεῖστα ψυχρὸν πολλὸν καταχεόμενον ῥηΐζει τε καὶ ἰσχναίνει καὶ ὀδύνην λύει, νάρκη δὲ μετρίη ὀδύνης λυτική.

nudata ſunt, iisque maxime qui in capite ulcera habent. His etiam quae a frigore emoriuntur aut exulcerantur et herpetibus exedentibus, ſedi, pudendo, utero, veſicae, iis omnibus calidum gratum et judicationem faciens, frigidum vero inimicum et interimens.

At frigido in his utendum unde ſanguis profluit, aut paulo poſt fluxurus eſt, non ſupra ipſas partes, ſed circa eas unde profluit adhibito. Et ſi quae inflammationes, aut incendioſa quaedam ad rubrum et ſubcruentum ex recenti ſanguine vergunt, ad ea admoto. Inveterata namque denigrat. Eryſipelas etiam non ulceratum juvat, ſiquidem exulceratum laedit.

Frigida, veluti nix et glacies, pectori ſunt adverſa, tusſes movent, ſanguinis eruptiones et deſtillationes efficiunt.

Articulorum tumores et dolores absque ulcere et podagricas affectiones et convulſa, haec magna ex parte frigida large effuſa levat et minuit, doloremque ſolvit. Moderatus namque torpor dolorem ſolvendi facultatem habet.

Ed. Chart. IX. 2. [207 213.] Foëſ. II. 1254. Ed. Lind. I. (94.)

Ὕδωρ τὸ ταχέως θερμαινόμενον καὶ ταχέως ψυχόμενον κουφότατον.

Ὁκόσοισι δὲ πιεῖν ὀρέξιες νύκτωρ τοῖσι πάνυ διψῶσιν, ἢν ἐπικοιμηθῶσιν, ἀγαθόν.

Γυναικείων ἀγωγὸν ἡ ἐν ἀρώμασι πυρίη, πολλαχῇ δὲ καὶ εἰς ἄλλα χρησίμη ἂν ἦν, εἰ μὴ καρηβαρίας ἐποίει.

Τὰς κυούσας φαρμακεύειν, ἢν ὀργᾷ τετράμηνα καὶ ἄχρι ἑπτὰ μηνῶν ἧσσον, τὰ δὲ νήπια καὶ πρεσβύτερα εὐλαβέεσθαι.

2. [213] Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ὑπό τινος τῶν ὀξέων νουσημάτων ληφθῆναι θανατῶδες.

Γυνὴν ἐν γαστρὶ ἔχουσα φλεβοτομηθεῖσα ἐκτιτρώσκει καὶ μᾶλλον εἰ μεῖζον εἴη τὸ ἔμβρυον.

Γυναικὶ αἷμα ἐμεούσῃ τῶν καταμηνίων ῥαγέντων λύσις.

Γυναικὶ τῶν καταμηνίων ἐκλειπόντων αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥυῆναι ἀγαθόν.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, ἢν ἡ κοιλίη πουλλὰ ῥυῇ, κίνδυνος ἐκτρῶσαι.

Aqua quae cito calefcit et cito refrigeratur leviſſima.

Quibus bibendi de nocte appetentia eſt, iis admodum ſitientibus, ſi obdormierint, bono eſt.

Odoramentorum ſuffitus muliebria educit et ad alia plerumque utilis eſſet, niſi capitis gravitatem inferret.

Uterum gerentibus purgantia medicamenta exhibenda ſunt, ſi humor impetu feratur ad excretionem, quarto menſe et ad ſeptimum usque, ſed his minus. In majoribus autem et grandioribus foetibus ſubtimide ſe gerere oportet.

Mulierem utero gerentem morbo quopiam acuto corripi lethale.

Mulieri uterum gerenti vena ſecta abortionem facit, idque potiſſimum ſi foetus grandior fuerit.

Mulieri ſanguinem vomitione rejicienti menſtruis erumpentibus ſolutio contingit.

Mulieri menſtruis deficientibus ſanguis ex naribus profluens bono eſt.

Mulieri utero gerenti, ſi alvus multum profluat, abortionis periculum eſt.

Ed. Chart. IX. 2. [213. 218.] Foës. II. 1254. Ed. Lind. I. (93. 94.)

Γυναικὶ ὑπὸ ὑστερικῶν ἐνοχλουμένῃ ἢ δυστοκούσῃ πταρμὸς ἐπιγινόμενος ἀγαθόν.

Γυναικὶ τὰ καταμήνια (94) *ἄχροα καὶ μὴ κατὰ τὰ αὐτὰ αἰεὶ γινόμενα καθάρσιος δεῖσθαι σημαίνει.*

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, ἢν οἱ μασθοὶ ἐξαίφνης ἰσχνοὶ γένωνται, ἐκτιτρώσκει.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, ἢν ὁ ἕτερος μασθὸς ἰσχνὸς γένηται, δίδυμα ἐχούσῃ, θάτερον ἐκτιτρώσκει, καὶ ἢν μὲν ὁ δεξιὸς ἰσχνὸς γένηται, τὸ ἄρσεν, ἢν δὲ ὁ ἀριστερὸς, τὸ θῆλυ.

2. [218] *Ἢν γυνὴ μὴ κύουσα, μηδὲ τετοκυῖα γάλα ἔχῃ, ταύτῃ τὰ καταμήνια ἐκλέλοιπε.*

Γυναιξὶν ὁκόσοισιν ἐς τοὺς τιτθοὺς αἷμα συστρέφεται μανίην σημαίνει.

Γυναῖκα ἢν θέλῃς εἰδέναι εἰ κύει, ἐπὴν καθεύδειν μέλλῃ, ἀδείπνῳ ἐούσῃ μελίκρατον διδόναι πιεῖν, κἢν περ στρόφος αὐτὴν ἔχῃ, περὶ τὴν γαστέρα κύει, ἢν δὲ μὴ, οὐ κύει.

Γυνὴ ἔγκυος εἰ μὲν ἄῤῥεν κύει, εὔχρους ἐστὶν, ἢν δὲ θῆλυ, δύσχρους.

Mulieri uteri ſtrangulatu vexatae aut difficultate partus laboranti ſternutatio ſuccedens bono eſt.

Mulieri menſes decolores, neque ſemper eadem periodo procedentes, purgationem indicant eſſe neceſſariam.

Mulieri utero gerenti ſi mammae derepente gracileſcant, abortionis periculum eſt.

Mulieri utero gemellos gerenti, ſi altera mamma gracilis evadat, alterum abortu edit, et ſi quidem dextra mamma gracileſcat, marem, ſi vero ſiniſtra, foeminam.

Si mulier quae neque gravida eſt neque peperit, lac habet, ei menſtrua defecerunt.

Mulieribus quibus ad mammas ſanguis in tumorem colligitur, furor ſignificatur.

Si noſſe velis num mulier conceperit, ei dormiturae aquam mulſam propinato, et ſi ventris tormina eam corripuerint, concepit, ſin minus, non concepit.

Mulier praegnans, ſi marem geſtat, coloratior eſt, ſi foeminam, minus colorata.

Ἢν γυναικὶ κυούσῃ ἐρυσίπελας ἐν τῇ ὑστέρῃ γένηται, θανατῶδες.

Ὁκόσαι παρὰ φύσιν λεπταὶ ἐοῦσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσιν, ἐκτιτρώσκουσιν δίμηνα πρὶν ἢ παχυνθῆναι.

Ὁκόσαι δὲ μετρίως τὸ σῶμα ἔχουσαι ἐκτιτρώσκουσι δίμηνα καὶ τρίμηνα ἄτερ προφάσιος φανερῆς, ταύτῃσιν αἱ κοτυληδόνες μύξης μεσταί εἰσιν, καὶ οὐ δύνανται κρατεῖν ὑπὸ τοῦ βάρους τὸ ἔμβρυον, ἀλλ' ἀποῤῥήγνυνται.

Ὁκόσαι παρὰ φύσιν παχεῖαι ἐοῦσαι μὴ ξυλλαμβάνουσιν ἐν γαστρὶ, ταύτῃσι τὸ ἐπίπλοον (95) *τὸ στόμα τῶν ὑστερέων ἀποπιέζει, καὶ πρὶν ἢ λεπτυνθῆναι οὐ κύουσιν.*

Ἢν ὑστέρη ἐν τῷ ἰσχίῳ ἐγκειμένη διαπνήσῃ, ἀνάγκη ἔμμοτον γενέσθαι.

|| *Ἔμβρυα τὰ μὲν ἄρσενα ἐν τοῖσι δεξιοῖσι, τὰ δὲ θήλεια ἐν τοῖσιν ἀριστεροῖσι μᾶλλον.*

Ὑστέρων ἐκπτώσιας πταρμικὸν προστιθεὶς ἐπιλαμβάνειν τοὺς μυκτῆρας καὶ τὸ στόμα.

Mulieri praegnanti eryſipelas in utero lethale.

Quae praeter naturam tenues utero gerunt, abortiunt donec pleniores evadant.

Quae mediocri corporis habitu praeditae, foetus bimeſtres aut trimeſtres absque occaſione manifeſta abortione excludunt, iis uteri acetabula, Graeci *κοτυληδόνας* vocant, mucoris plena ſunt, neque prae pondere ſoetum continere poſſunt, ſed abrumpuntur.

Quae praeter naturam craſſae non concipiunt, iis omentum os uteri comprimit, neque prius quam extenuentur, praegnantes efficiuntur.

Si uterus qua parte ad coxam incumbit, ſuppuratus fuerit, eum per linimenta medicamento convenienti illita curari neceſſe eſt.

Mares uteri dextra parte, ſoeminae ſiniſtra magis geſtantur.

Ut ſecundae excidant, ſternutatorio naribus appoſitas eas et os comprimito.

Ed. Chart. IX. 2. [218. 225.] Foës. II. 1255. Ed. Lind. I. (95.)

Γυναικὶ τὰ καταμήνια ἢν βούλῃ ἐπισχεῖν, σικύην ὡς μεγίστην πρὸς τοὺς τιτθοὺς πρόσβαλλε.

Ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσι, τουτέων τὸ στόμα τῶν ὑστερέων συμμέμυκεν.

2. [225] *Ἢν γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ γάλα πουλὺ ἐκ τῶν μαζῶν ῥυῇ, ἀσθενὲς τὸ ἔμβρυον σημαίνει· ἢν δὲ στερεοὶ οἱ μαστοὶ ἔωσιν, ὑγιεινότερον τὸ ἔμβρυον σημαίνει.*

Ὁκόσαι διαφθείρειν μέλλουσι τὰ ἔμβρυα, ταύτῃσιν οἱ τιτθοὶ ἰσχνοὶ γίνονται. ἢν δὲ πάλιν σκληροὶ γένωνται, ὀδύνη ἔσται ἢ ἐν τοῖσι τιτθοῖσιν ἢ ἐν τοῖσιν ἰσχίοισιν ἢ ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ἢ ἐν τοῖσι γούνασι, καὶ οὐ διαφθείρουσιν.

Ὁκόσῃσι τὸ στόμα τῶν ὑστερέων σκληρόν ἐστι, ταύτῃσιν ἀνάγκη τὸ στόμα τῶν ὑστερέων ξυμμύειν.

Ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσαι ὑπὸ πυρετῶν λαμβάνονται καὶ ἰσχυρῶς ἰσχναίνονται ἄνευ προφάσιος φανερῆς, τίκτουσι χαλεπῶς καὶ ἐπικινδύνως, ἢ ἐκτιτρώσκουσαι κινδυνεύουσιν.

Ἐπὶ ῥόῳ γυναικείῳ σπασμὸς καὶ λειποθυμίη ἢν ἐπιγένηται, κακόν.

Mulieri ſi voles menſtrua ſiſtere, cucurbitulam quam maximam ad nares appone.

Quae utero gerunt, iis uteri os connivet.

Mulieri uterum gerenti, ſi lac copioſum e mammis effluat, foetum imbecillum indicat. Quod ſi ſolidae mammae fuerint, valentiorem foetum ſignificant.

Quae foetus corrupturae ſunt, iis mammae extenuantur. Quod ſi contra durae evadant, dolor erit vel in mammis vel in coxis vel in oculis vel in genibus, neque foetum corrumpunt.

Quibus os uteri durum eſt, iis connivere os uteri neceſſe eſt.

Quaecunque utero gerentes febribus detinentur et vehementer extenuantur citra manifeſtam cauſam, eae difficulter et cum periculo pariunt aut in abortionis periculum incidunt.

In fluore muliebri ſi convulſio accedat et animi defectio, malo eſt.

(96) Καταμηνίων γινομένων πλειόνων νοῦσοι ξυμβαίνουσι, καὶ μὴ γινομένων ἀπὸ τῆς ὑστέρης γίνονται νοῦσοι.

Ἐπὶ ἀρχῷ φλεγμαίνοντι καὶ ὑστέρῃ φλεγμαινούσῃ στραγγουρίη ἐπιγίνεται, καὶ ἐπὶ νεφροῖσιν ἐμπύοισι στραγγουρίη ἐπιγίνεται, ἐπὶ δὲ ἥπατι φλεγμαίνοντι λὺγξ ἐπιγίνεται.

2. [231] Γυνὴ ἢν μὴ λαμβάνῃ ἐν γαστρὶ, βούλῃ δὲ εἰδέναι εἰ λήψεται, περικαλύψας ἱματίοισι, θυμία κάτω. κἢν μὲν πορεύεσθαί σοι δοκέῃ ἡ ὀδμὴ διὰ τοῦ σώματος ἐς τὰς ῥῖνας καὶ ἐς τὸ στόμα, γίνωσκε ὅτι αὐτὴ οὐ δι᾽ ἑωυτὴν ἄγονός ἐστιν.

Ἢν γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ καθάρσιες πορεύωνται, ἀδύνατον τὸ ἔμβρυον ὑγιαίνειν.

Ἢν γυναικὶ καθάρσιες μὴ πορεύωνται μήτε φρίκης μήτε πυρετοῦ ἐπιγινομένου, ἄσαι δὲ αὐτῇ προσπίπτωσι, λογίζου ταύτην ἐν γαστρὶ ἔχειν.

Ὁκόσοι ψυχρὰς καὶ πυκνὰς τὰς μήτρας ἔχουσι, οὐ κυΐσκουσι, καὶ ὁκόσαι καθύγρους ἔχουσι τὰς μήτρας, οὐ κυΐσκουσι, ἀποσβέννυται γὰρ αὐταῖς ὁ γόνος. καὶ ὁκόσαι ξηρὰς

Menſibus copioſioribus profluentibus morbi contingunt et non prodeuntibus ab utero morbi eveniunt.

Ad recti inteſtini et uteri inflammationem, renesque purulentos ſtranguria ſuccedit. At jecore inflammatione laborante ſuccedit ſingultus.

Si mulier non concipiat, ſcire autem expetit num conceptura ſit, veſtibus undique obvolutae per inferna ſuffitum apponito et ſi odor quidem ad nares et os usque per corpus tibi pervadere videatur, ipſam non ex ſeſe infoecundam eſſe ſcito.

Si mulieri utero gerenti purgationes eant, foetus ut bene valeat fieri non poteſt.

Si mulieri purgationes non prodeant, neque horrore neque febre ſuccedente, ciborum vero faſtidia ei accidant, gravidam eſſe exiſtimato.

Quae frigidos et denſos habent uteros non concipiunt, neque quae praehumidos habent, ſiquidem in ipſis genitura extinguitur. Et quae plus aequo ſiccas et adurentes, ali-

μᾶλλον καὶ περικαεῖς, ἐνδείῃ γὰρ τῆς τροφῆς φθείρεται τὸ σπέρμα, ὁκόσαι δὲ ἐξ ἀμφοτέρων τὴν κρᾶσιν ἔχουσι σύμμετρον, αἱ τοιαῦται ἐπίτεκνοι γίνονται.

Παραπλησίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων. ἢ γὰρ δι' ἀραιότητα τοῦ σώματος τὸ πνεῦμα ἔξω φέρεται πρὸς τὸ μὴ παραπέμπειν τὸ σπέρμα, ἢ διὰ τὴν πυκνότητα τὸ ὑγρὸν οὐ διαχωρέει ἔξω, ἢ διὰ τὴν ψυχρότητα οὐκ ἐκπυριῆται ὥστε ἀθροίζεσθαι πρὸς τὸν (97) τόπον τοῦτον, ἢ διὰ τὴν θερμασίην τὸ αὐτὸ τοῦτο γίνεται.

2. [237] *Γάλα διδόναι κεφαλαλγέουσι κακὸν, κακὸν δὲ καὶ πυρεταίνουσι, καὶ οἷσιν ὑποχόνδρια μετέωρα διαβορβορίζοντα, καὶ τοῖσι διψώδεσι, κακὸν δὲ καὶ οἷσι χολώδεες αἱ ὑποχωρήσιες ἐν ὀξέσι πυρετοῖσιν ἐοῦσι, καὶ οἷσιν αἵματος πολλοῦ διαχώρησις γέγονεν. ἁρμόζει δὲ τοῖσι φθινώδεσι μὴ λίην πολλῷ πυρέσσουσι, διδόναι δὲ καὶ ἐν πυρετοῖσι μακροῖσι βληχροῖσι μηδενὸς τῶν προειρημένων σημείων παρεόντος, παρὰ λόγον δὲ ἐκτετακόσι.*

|| *Ὁκόσοισιν οἰδήματα ἐφ' ἕλκεσι φαίνονται, οὐ μάλα*

menti namque inopia semen corrumpitur. At quae ex utrisque moderatam nactae sunt temperiem, eae foecundae evadunt.

Eadem vero ratio est in maribus; aut enim propter corporis raritatem spiritus foras dissipatur, ita ut ne semen transmittat, aut propter densitatem humor foras non excernitur aut ob frigiditatem non accenditur, ut ad eum locum cogatur, aut ob caliditatem hoc idem contingit.

Lac exhibere capite dolentibus malum. Malum item et febricitantibus et quibus praecordia sublata murmurant et siticulosis. Malum quoque et quibus biliosae sunt dejectiones, quique febre acuta laborant et quibus copiosa sanguinis dejectio facta est. At tabidis lac dare convenit, non valde admodum febricitantibus et in febribus longis et languidis, dum nullum ex supra commemoratis signis adsuerit et praeter rationem extenuatis.

Quibus cum ulceribus tumores conspiciuntur, ii fere

σπῶνται οὐδὲ μαίνονται. τουτέων δὲ ἀφανισθέντων, ἐξαίφνης τοῖσι μὲν ὄπισθεν σπασμοὶ, τέτανοι, τοῖσι δὲ ἔμπροσθεν μανίαι, ὀδύναι πλευροῦ ὀξεῖαι ἢ ἐμπύησις ἢ δυσεντερία, ἢν ἐρυθρὰ μᾶλλον ᾖ τὰ οἰδήματα.

Ἢν τραυμάτων ἰσχυρῶν ἐόντων καὶ πονηρῶν οἴδημα μὴ φαίνεται, κακόν.

Τὰ χαῦνα χρηστὰ, τὰ ἔνωμα κακά.

Τῷ τὰ ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς ὀδυνωμένῳ ἡ ἐν μετώπῳ ὀρθίη φλὲψ τμηθεῖσα ὠφελέει.

Ῥίγεα ἄρχεται γυναιξὶ μὲν ἐξ ὀσφύος μᾶλλον καὶ διὰ νώτου ἐς κεφαλὴν, ἀνδράσι δὲ μᾶλλον ὄπισθεν ἢ ἔμπροσθεν τοῦ σώματος, οἷον ἀπό τε πηχέων καὶ μηρῶν. ἀτὰρ καὶ τὸ δέρμα ἀραιὸν ἔχουσι, δηλοῖ δὲ τοῦτο ἡ θρίξ.

Οἱ ὑπὸ τεταρταίων ἁλισκόμενοι ὑπὸ σπασμοῦ οὐ (98) *πάνυ τι ἁλίσκονται, ἢν δὲ ἁλίσκωνται πρότερον, εἶτα ἐπιγένηται τεταρταῖος, παύονται.*

Ὁκόσοισι δέρματα περιτείνεται καρφαλέα καὶ σκληρὰ,

neque convelluntur, neque in furorem aguntur. At iis derepente evaneſcentibus, quibus quidem id a tergo incidit, convulſiones et nervorum diſtentiones fiunt. Quibus vero a fronte, furores aut lateris dolores acuti aut puris collectio aut inteſtinorum difficultas, ſi rubri tumores fuerint.

Si magnis et pravis exiſtentibus vulneribus tumor non conſpiciatur, ingens malum.

Molles boni, at crudi mali.

Ei, qui parte capitis poſteriore dolet, recta in fronte inciſa vena prodeſt.

Rigores mulieribus quidem initium ducunt ex lumbis magis et per dorſum] ad caput perveniunt. Quin etiam viris parte corporis poſteriore magis quam anteriore, veluti ex cubitis et femoribus. Quod et indicat cutis raritas, quam etiam pilus oſtendit.

Qui quartanis corripiuntur, fere convulſione non tentantur. Quod ſi prius corripiantur, deinde quartana ſuccedat, liberantur.

Quibus cutis obtenditur arida et dura, ii ſine ſudore

Ed. Chart. IX. 2. [237. 245.] Foës. II. 1256. Ed. Lind. I. (98.)

ἄνευ ἱδρώτων τελευτῶσιν, ὁκόσοισι δὲ χαλαρὰ καὶ ἀραιὰ, σὺν ἱδρῶτι τελευτῶσιν.

Οἱ ἰκτεριώδεες οὐ πάνυ τι πνευματώδεές εἰσιν.

2. [245] [Τμῆμα ἕκτον.] Ἐν τῇσι χρονίῃσι λειεντερίῃσιν ὀξυρευγμίη ἐπιγινομένη μὴ γινομένη πρότερον σημεῖον ἀγαθόν.

Οἷσι ῥῖνες ὑγρότεραι φύσει καὶ ἡ γονὴ ὑγροτέρη, ὑγιαίνουσι νοσηρότερον, οἷσι δὲ τἀναντία, ὑγεινότερον.

Ἐν τῇσι μακρῇσι δυσεντερίῃσιν αἱ ἀποσιτίαι κακὸν, καὶ σὺν πυρετῷ κάκιον.

Τὰ περιμάδηρα ἕλκεα κακοήθεα.

Τῶν ὀδυνέων ἐν πλευροῖσι καὶ ἐν στήθεσι καὶ ἐν τοῖσιν ἄλλοισιν μέρεσιν, ἢν μέγα διαφέρωσι καταμαθητέον.

Τὰ νεφριτικὰ καὶ ὁκόσα κατὰ τὴν κύστιν ἐργωδῶς ὑγιάζεται τοῖσι πρεσβύτῃσι.

Τὰ ἀλγήματα τὰ κατὰ τὴν κοιλίην γινόμενα τὰ μὲν μετέωρα κοῦφα, τὰ δὲ μὴ μετέωρα ἰσχυρότερα.

moriuntur. At quibus laxa et rara cum ſudore vitam finiunt.

Qui morbo regio laborat, non multum flatulenti ſunt.

[*Sectio ſexta.*] In diuturnis inteſtinorum laevitatibus, ſi ructus acidus, qui antea non extitit, ſuccedat, bonum eſt ſignum.

Quibus nares natura ſunt humidiores et genitura humidior, ii morboſiore ſunt valetudine, at quibus contraria ſunt, ſalubriore.

In longis inteſtinorum difficultatibus cibi faſtidia malum denunciant et cum febre pejus.

Ulcera undiquaque glabra maligna.

Dolores et in lateribus et in pectore et in caeteris partibus, num multum differant perdiſcendum.

Renum et veſicae vitia in ſenibus aegre curantur.

Dolores qui ad ventrem fiunt, ſublimes quidem leviores, non ſublimes vero vehementiores.

Τοῖσιν ὑδρωπικοῖσι τὰ γινόμενα ἕλκεα ἐν τῷ σώματι οὐ ῥᾳδίως ὑγιάζεται.

Τὰ πλατέα ἐξανθήματα οὐ πάνυ τι κνησμώδεα.

Κεφαλὴν πονέοντι καὶ (99) *περιωδυνέοντι πῦον ἢ ὕδωρ ἢ αἷμα ῥυὲν κατὰ τὰς ῥῖνας ἢ κατὰ τὸ στόμα ἢ κατὰ τὰ ὦτα, λύει τὸ νούσημα.*

2. [254] *Τοῖσι μελαγχολικοῖσι καὶ τοῖσι νεφριτικοῖσι αἱμοῤῥοΐδες ἐπιγινόμεναι ἀγαθόν.*

Τῷ ἰηθέντι χρονίας αἱμοῤῥοΐδας, εἰ μὲν μία φυλαχθῇ, κίνδυνος ὕδρωπα ἐπιγενέσθαι ἢ φθίσιν.

Ὑπὸ λυγμοῦ ἐχομένῳ πταρμοὶ ἐπιγενόμενοι λύουσι τὸν λυγμόν.

Ὑπὸ ὕδρωπος ἐχομένῳ τοῦ κατὰ τὰς φλέβας ἐς τὴν κοιλίην ὕδατος ῥυέντος λύσις.

Ὑπὸ διαῤῥοίης ἐχομένῳ μακρῆς ἀπὸ ταὐτομάτου ἔμετος ἐπιγινόμενος λύει τὴν διάῤῥοιαν.

Aqua inter cutem laborantibus orta in corpore ulcera non facile ſanantur.

Puſtulae latae raro pruriginoſae.

Capite dolenti ac vehementer laboranti pus aut aqua aut ſanguis per nares vel os vel aures effluens morbum tollit.

Melancholicis affectibus et renum vitiis ſuccedentes haemorrhoides, hoc eſt ſanguinis profluvium per ora venarum in ano ſanguinem ſundere ſolita, bono ſunt.

Diuturnum ſanguinis profluvium per ora venarum quae in ano ſunt, haemorrhoidas dicunt, curanti, niſi una ſervetur, periculum eſt ne aqua inter cutem aut tabes ſuccedat.

Singultu detento, ſi ſternutamenta accedant, ſingultum tollunt.

Aqua inter cutem detento, ubi aqua ex venis in ventrem confluxerit, morbus ſolvitur.

Longo alvi profluvio detento, ſpontanea accedens vomitio alvi profluvium ſolvit.

Ed. Chart. IX. 2. [254.] Foës. II. 1257. Ed. Lind. I. (99. 100.)

|| Ὑπὸ πλευρίτιδος ἢ ὑπὸ περιπλευμονίης ἐχομένῳ διάῤῥοια ἐπιγενομένη κακόν.

Ὀφθαλμιῶντι ὑπὸ διαῤῥοίης ληφθῆναι ἀγαθόν.

Κύστιν διακοπέντι ἢ ἐγκέφαλον ἢ καρδίην ἢ φρένας ἢ τῶν ἐντέρων τι τῶν λεπτῶν ἢ κοιλίην ἢ ἧπαρ, θανατῶδες.

Ἐπὴν διακοπῇ ὀστέον ἢ χονδρὸς ἢ νεῦρον ἢ γνάθου τὸ λεπτὸν ἢ ἀκροποσθίη, οὔτε αὔξεται οὔτε ξυμφύεται.

Ἢν ἐς τὴν κοιλίην αἷμα χυθῇ παρὰ φύσιν, ἀνάγκη ἐκπυηθῆναι.

Τοῖσι μαινομένοισι κιρσῶν ἢ αἱμοῤῥοΐδων ἐπιγινομένων μανίης λύσις.

Ὁκόσα ῥήγματα ἐκ νώτου ἐς τοὺς ἀγκῶνας καταβαίνει, φλεβοτομίη λύει.

(100) Ἢν φόβος ἢ δυσθυμίη πουλὺν χρόνον διατελέῃ, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον.

Ἐντέρων ἢν διακοπῇ τῶν λεπτῶν τι, οὐ ξυμφύεται.

Morbo laterali aut pulmonum inflammatione conflictató succedens alvi profluvium malum.

Lippitudine laborantem alvi profluvio corripi bonum.

Cui vesica persecta fuerit aut cerebrum aut cor aut septum transversum aut tenue quoddam intestinum aut ventriculus aut jecur, lethale est.

Os cum persectum fuerit aut cartilago aut nervus aus genae tenuis particula aut praeputium, neque augetur neque coalescit.

Si sanguis in ventrem praeter naturam effusus fuerit, ut in pus vertatur necesse est.

Insanientibus si varices aut sanguinis profluvium per ora venarum quae in ano sunt, haemorrhoides dicuntur, accesserint, insaniae solutio.

Rupta quae ex dorso ad cubiti articulos descendunt, venae sectio soluit.

Metus et tristitia si diu perseverent, melancholiae istud indicium est.

Ex tenuioribus intestinis si quod persectum fuerit, minime coalescit.

Ed. Chart. IX. 2. [254. 262.] Foës. II. 1257. Ed. Lind. I. (100.)

Ἐρυσίπελας ἔξωθεν καταχεόμενον, εἴσω τρέπεσθαι οὐκ ἀγαθόν. ἔσωθεν δὲ ἔξω ἀγαθόν.

2. [262] Ὁκόσοισιν ἂν ἐν τοῖσι καύσοισι τρόμοι γένωνται, παρακοπὴ λύει.

Ὁκόσοι ἔμπυοι ἢ ὑδρωπικοὶ τέμνονται ἢ καίονται ἐκρυέντος τοῦ πύου καὶ τοῦ ὕδατος ἀθρόου, πάντως ἀπόλλυνται.

Εὐνοῦχοι οὐ ποδαγριῶσιν, οὐδὲ φαλακροὶ γίνονται.

Γυνὴ οὐ ποδαγριᾷ, ἢν μὴ τὰ καταμήνια αὐτέῃ ἐκλίπῃ.

Παῖς οὐ ποδαγριᾷ πρὸ τοῦ ἀφροδισιασμοῦ.

Ὀδύνας ὀφθαλμῶν ἀκρητοποσίη, ἢ λουτρὸν, ἢ πυρίη, ἢ φλεβοτομίη, ἢ φαρμακοποσίη λύει.

Τραυλοὶ ὑπὸ διαῤῥοίης μάλιστα ἁλίσκονται μακρῆς.

Οἱ ὀξυρεγμιώδεες οὐ πάνυ τι πλευριτικοὶ γίνονται.

Ὁκόσοι φαλακροὶ ἔωσι, τουτέοισι κιρσοὶ μεγάλοι οὐκ

Erysipelas foras effusum intro verti, minime bonum, at ab interioribus foras, bonum.

Quibus in febribus ardentibus tremores contingunt, delirium solvit.

Qui pus thorace colligunt, aut aqua inter cutem laborant, si uruntur aut secantur et pus aut aqua confertim effluxerit, omnino intereunt.

Eunuchi neque podagra laborant, neque calvescunt.

Mulier podagra non laborat, nisi cum menstrua defecerint.

Puer podagra non tentatur ante venereorum usum.

Oculorum dolores meri potio, aut balneum aut fomentum, aut venae sectio aut medicamentum purgans exhibitum solvit.

Balbi longo alvi profluvio maxime corripiuntur.

Qui acidum eructant, non admodum morbo laterali tentantur.

Qui calvi sunt, iis varices magni non fiunt. At quibus

ἐγγίνονται. ὁκόσοισι δ᾽ ἂν φαλακροῖσι κιρσοὶ γίνονται, πάλιν οὗτοι γίνονται δασέες.

Τοῖσιν ὑδρωπικοῖσι βὴξ ἐπιγενομένη κακόν.

Δυσουρίην φλεβοτομίη λύει, τάμνειν δὲ τὰς εἴσω.

Ὑπὸ κυνάγχης ἐχομένῳ οἰδήματα γενέσθαι ἐν τῷ βρόγχῳ ἔξω ἀγαθόν.

(101) Ὁκόσοισι κρυπτοὶ καρκίνοι γίνονται, μὴ θεραπεύειν βέλτιον. θεραπευόμενοι γὰρ ἀπόλλυνται ταχέως, μὴ θεραπευόμενοι δὲ πουλὺν χρόνον διατελοῦσι.

Σπασμοὶ γίνονται ἢ ὑπὸ πληρώσιος ἢ κενώσιος· οὕτω δὲ καὶ λυγμός.

2. [274] Ὁκόσοισι περὶ τὸ ὑποχόνδριον πόνοι γίνονται ἄτερ φλεγμονῆς, τουτέοισι πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει τὸν πόνον.

Ὁκόσοισι διάπυόν τι ἐὸν ἐν τῷ σώματι μὴ διασημαίνει, τουτέοισι διὰ παχύτητα τοῦ πύου ἢ τοῦ τόπου, οὐκ ἀποσημαίνει.

calvis exiſtentibus varices ſuccedunt, iis rurſus capillitium gignitur.

Aqua inter cutem laborantibus tuſſis accedens malo eſt.

Urinae difficultatem venae ſectio ſolvit. Secandae autem ſunt interiores.

In angina detento, ſi tumor in cervice oriatur, bonum, foras enim morbus vertitur.

Quibus cancri occulti oriuntur, eos non curare praeſtat. Curati namque cito pereunt, non curati vero diutius perdurant.

Convulſio ex repletione aut vacuatione oritur, ita vero etiam ſingultus.

Quibus ad praecordia dolores citra inflammationem oriuntur, iis febris ſuccedens dolorem ſolvit.

Quibus ſuppuratum aliquod in corpore exiſtit, neque de ſe ſignificationem edit, iis ob puris aut loci craſſitudinem ſui indicium non exhibet.

Ἐν τοῖσιν ἰκτερικοῖσι τὸ ἧπαρ σκληρὸν γενέσθαι πονηρόν.

Ὁκόσοι σπληνώδεες ὑπὸ δυσεντερίης ἁλίσκονται, τουτέοισιν ἐπιγενομένης μακρῆς τῆς δυσεντερίης, ὕδρωψ ἐπιγίνεται ἢ λειεντερίη καὶ ἀππόλλυνται.

|| Ὁκόσοισιν ἐκ στραγγουρίης εἰλεοὶ γίνονται, ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται, ἢν μὴ πυρετοῦ ἐπιγενομένου ἅλις τὸ ὕδωρ ῥυῇ.

Ἕλκεα ὁκόσα ἐνιαύσια γίνεται ἢ μακρότερον χρόνον ἴσχουσιν, ἀνάγκη ὀστέον ἀφίστασθαι καὶ τὰς οὐλὰς κοίλας γίνεσθαι.

Ὁκόσοι ὕβοι ἐξ ἄσθματος ἢ βηχὸς γίνονται, πρὸ τῆς ἥβης ἀπόλλυνται.

Ὁκόσοισι φλεβοτομίη ξυμφέρει, τουτέους προσῆκον τοῦ ἦρος φλεβοτομεῖν ἢ φαρμακεύειν.

2. [281] Τοῖσι σπληνώδεσι δυσεντερίη ἐπιγενομένη ἀγαθόν.

Ὁκόσα ποδαγρικὰ νουσήματα γίνονται, ταῦτα ἀπο (102) φλεγμήναντα ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν ἀποκαθίστανται.

Morbo regio laborantibus jecur durum fieri malum.

Lienofi qui difficultate inteftinorum corripiuntur, iis poft longam fuccedentem inteftinorum difficultatem, aqua inter cutem aut laevitas inteftinorum accidit, et moriuntur.

Quibus ex ftranguria volvulus fuccedit, intra diem feptimum moriuntur, nifi febre accedente copiofa urina effluat.

Ulcera annua quaecunque fuerint, aut longius tompus habuerint, os abscedere eft neceffe et cicatrices cavas fieri.

Qui gibbofi ex anhelatione et tuffi fiunt, ante pubertatem moriuntur.

Quibus venae fectio et medicamentum purgans confert, iis vere venam fecare aut medicamentum purgans exhibere convenit.

Lienofis accedens inteftinorum difficultas bono eft.

Podagrici morbi intra diem quadragefimum depofita inflammatione fubfiftunt.

῾Οκόσοισιν ἂν ὁ ἐγκέφαλος διακοπῇ, τουτέοισιν ἀνάγκη πυρετὸν καὶ χολῆς ἔμετον ἐπιγίνεσθαι.

῾Οκόσοισιν ὑγιαίνουσιν ὀδύναι γίνονται ἐξαίφνης ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ παραχρῆμα ἄφωνοι κεῖνται καὶ ῥέγκουσιν, ἀπόλλυνται ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν, ἢν μὴ πυρετὸς ἐπιλάβῃ.

Σκοπεῖν δὲ χρὴ καὶ τὰς ὑποφάσιας τῶν ὀφθαλμῶν ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν. ἢν γάρ τι ὑποφαίνηται ξυμβαλλομένων τῶν βλεφάρων τοῦ λευκοῦ μὴ ἐκ διαῤῥοίης ἐόντι ἢ ἐκ φαρμακοποσίης, φλαῦρον τὸ σημεῖον καὶ θανατῶδες σφόδρα.

Αἱ παραφροσύναι αἱ μὲν μετὰ γέλωτος γινόμεναι ἀσφαλέστεραι, αἱ δὲ μετὰ σπουδῆς ἐπισφαλέστεραι.

Ἐν τῇσιν ὀξέσι πάθεσι τοῖσι μετὰ πυρετοῦ αἱ κλαυθμώδεες ἀναπνοαὶ κακαί.

Τὰ ποδαγρικὰ τοῦ ἦρος καὶ τοῦ φθινοπώρου κινέεται ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

Τοῖσι μελαγχολικοῖσι νουσήμασιν, ἐς τάδε ἐπικίνδυνοι αἱ ἀποσκήψιες ἢ ἀπόπληξιν τοῦ σώματος ἢ σπασμὸν, ἢ μανίην ἢ τύφλωσιν σημαίνουσι.

Quibus perfectum fuerit cerebrum, iis febrem et bilis vomitionem ſuccedere neceſſe eſt.

Quibus bene valentibus capitis dolores derepente contingunt, ſtatimque voce deficiunt et ſtertunt, intra dies ſeptem pereunt, niſi febris eos prehenderit.

Spectare vero oportet quae etiam ex oculis per ſomnum ſubapparent. Etenim ſi quid ex albo non commiſſis palpebris ſubappareat, neque id ex alvi profluvio, aut medicamenti potione contingat, pravum ſignum eſt et letale admodum.

Deliria quae cum riſu fiunt tutiora. At quae ſtudio adhibito, periculoſiora.

In morbis acutis cum febre gemebundae ſpirationes malae.

Podagrae vitia vere et autumno fere moventur.

Morborum melancholicorum periculoſi decubitus, aut corporis ſiderationem aut convulſionem, aut furorem aut caecitatem denunciant.

Ἀπόπληκτοι δὲ μάλιστα γίνονται ἡλικίῃ τῇ ἀπὸ τεσσαράκοντα ἐτέων ἄχρις ἑξήκοντα.

Ἢν ἐπίπλους ἐκπέσῃ, ἀνάγκη ἀποσαπῆναι.

Ὁκόσοισιν ὑπὸ ἰσχιάδος ἐνοχλουμένοισιν ἐξίσταται τὸ ἰσχίον, καὶ πάλιν ἐμπίπτει, τουτέοισι μύξαι ἐπιγίνονται.

(103) Ὁκόσοισιν ὑπὸ ἰσχιάδος ἐνοχλουμένοισι χρονίης τὸ ἰσχίον ἐξίσταται, τουτέοισι τήκεται τὸ σκέλος καὶ χωλοῦνται ἢν μὴ καυθῶσιν.

2. [291] [Τμῆμα ἕβδομον.] Ἐν τοῖσιν ὀξέσι νουσήμασι ψύξις ἀκρωτηρίων κακόν.

Ἐπὶ ὀστέῳ νοσοῦντι σὰρξ πελιδνὴ κακόν.

Ἐπὶ ἐμέτῳ λὺγξ καὶ ὀφθαλμοὶ ἐρυθροὶ κακόν.

Ἐπὶ ἱδρῶτι φρίκη οὐ χρηστόν.

Ἐπὶ μανίῃ δυσεντερίη ἢ ὕδρωψ ἢ ἔκστασις ἀγαθόν.

Ἐπὶ νούσῳ πολυχρονίῃ ἀσιτίη καὶ χολώδεις ὑποχωρήσιες κακόν.

Ἐκ πολυποσίης ῥῖγος καὶ παραφροσύνη κακόν.

At corporis ſiderationes contingunt ea aetate maxime quae eſt a quadrageſimo ad ſexageſimum.

Ubi omentum exciderit, computreſcere neceſſe eſt.

Quibus coxendicis dolore conflictatis coxendicis articulus ſuo loco excidit, ac rurſus recipitur, iis mucores innaſcuntur.

Quibus diuturno coxendicis dolore conflictatis femoris caput ſuo loco excidit, iis crus tabeſcit et claudicant, niſi urantur.

[*Sectio ſeptima.*] In acutis morbis extremorum refrigeratio mala.

Caro livida ex oſſe aegrotante malum denunciat.

Ex vomitione ſingultus et oculi rubentes malo ſunt.

Ex ſudore horror minime bonus.

Ex furore inteſtinorum difficultas, aut hydrops, aut vehemens mentis emotio, *ἔκστασις* dicitur, bono eſt.

In morbo diuturno ciborum faſtidium et ſincerae dejectiones malum denunciant.

Ex multo potu rigor et delirium malum.

Ed Chart. IX. 2. [291. 299.] Foëſ. II. 1258. 1259. Ed. Lind. I. (103. 104.)

Ἐπὶ φύματος εἴσω ῥήξιος ἔκλυσις, ἔμετος καὶ λειποψυχίη γίνεται.

Ἐπὶ αἵματος ῥύσει παραφροσύνη ἢ καὶ σπασμὸς κακόν.

Ἐπὶ εἰλεῷ ἔμετος ἢ λὺγξ ἢ σπασμὸς ἢ παραφροσύνη κακόν.

|| *Ἐπὶ πλευρίτιδι περιπλευμονίη ἐπιγινομένη κακόν.*

Ἐπὶ περιπλευμονίῃ φρενῖτις κακόν.

Ἐπὶ καύμασιν ἰσχυροῖσι σπασμὸς ἢ τέτανος κακόν.

Ἐπὶ πληγῇ ἐς τὴν κεφαλὴν ἔκπληξις ἢ παραφροσύνη κακόν.

2. [299] *Ἐπὶ αἵματος πτύσει πύου πτύσις κακόν.*

Ἐπὶ πύου πτύσει φθίσις καὶ ῥύσις κακόν.

Ἐπὴν δὲ τὸ σίελον ἴσχηται, ἀποθνήσκουσιν.

(104) *Ἐπὶ φλεγμονῇ τοῦ ἥπατος λὺγξ κακόν.*

Ἐπὶ ἀγρυπνίῃ σπασμὸς καὶ παραφροσύνη, κακόν.

Ἐπὶ ὀστέου ψιλώσει ἐρυσίπελας.

Ἐπὶ ἐρυσιπέλατι σηπεδὼν ἢ ἐκπύησις.

Ex rupto intro tuberculo exolutio, vomitio et animi defectio contingit.

Ex ſanguinis profluvio deliratio aut etiam convulſio malo eſt.

Ex morbo tenuioris ieteſtini, ileum dicunt, vomitio aut ſingultus aut convulſio aut delirium malum.

Ex morbo laterali pulmonis inflammatio malo eſt.

Ex pulmonis inflammatione phrenitis malum denunciat.

Ex vehementibus ardoribus convulſio, aut nervorum diſtentio, malo eſt.

Ex ictu in capite accepto ſtupor aut deſipientia malo eſt.

Ex ſanguinis ſputo puris ſputum malum.

Ex puris ſputo tabes et fluxus, ubi vero ſputum ſiſtitur, moriuntur.

Ex jecoris inflammatione ſingultus malo eſt.

Ex vigilia convulſio vel delirium malum.

Ex oſſis nudatione eryſipelas.

Ex eryſipelate putredo aut ſuppuratio.

Ed. Chart. IX. 2. [299. 306.] Foës. II. 1259. Ed. Lind. I. (103.)

Ἐπὶ ἰσχυρῷ σφυγμῷ ἐν τοῖσιν ἕλκεσιν αἱμοῤῥαγίη.

Ἐπὶ ὀδύνῃ πολυχρονίῃ τῶν περὶ τὴν κοιλίην ἐκπύησις.

Ἐπὶ ἀκρήτῳ ὑποχωρήσει δυσεντερίη.

Ἐπὶ ὀστέου διακοπῇ παραφροσύνη, ἢν κενεὸν λάβῃ.

Ἐκ φαρμακοποσίης σπασμὸς θανατῶδες.

Ἐπὶ ὀδύνῃ ἰσχυρῇ τῶν περὶ τὴν κοιλίην ἀκρωτηρίων ψύξις κακόν.

Ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ τεινεσμὸς ἐπιγενόμενος ἐκτρῶσαι ποιέει.

Ὅ τι ἂν ὀστέον ἢ χόνδρος ἢ νεῦρον ἀποκοπῇ ἐν τῷ σώματι, οὔτε αὔξεται οὔτε συμφύεται.

Ἢν ὑπὸ λευκοῦ φλέγματος ἐχομένῳ διάῤῥοια ἐπιγένηται ἰσχυρὴ, λύει τὴν νοῦσον.

2. [306] *Ὁκόσοισιν ἀφρώδεα τὰ διαχωρήματα ἐν τῇσι διαῤῥοίῃσι, τουτέοισιν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ταῦτα καταῤῥεῖ.*

Ex vehementi et conſpicuo in ulceribus arteriarum percuſſu ſanguinis eruptio.

Ex diuturno partium quae ad ventrem attinent dolore ſuppuratio.

Ex ſincera alvi egeſtione inteſtinorum difficultas.

Ex oſſe perfecto delirium, ſi ad vacuum usque penetravit.

Ex medicamenti purgantis potione convulſio letalis.

Ex vehementi partium quae ad ventrem attinent dolore, extremorum refrigeratio mala.

Mulieri utero gerenti ſi crebra et inanis deſidendi voluntas, tinesmum dicunt, acceſſerit, abortum facit.

Os quodcunque vel cartilago vel nervus in corpore praeciſus fuerit, neque augetur neque coaleſcit.

Alba pituita vexato, ſi vehemens alvi profluvium ſuccedat, morbum ſolvit.

Quibus per alvi profluvia ſpumoſa ſunt alvi excrementa, iis ea ex capite defluunt.

Ὁκόσοισι πυρέττουσιν ἐν τοῖσι οὔροισι κριμνώδεες αἱ ὑποστάσιες γίνονται, μακρὴν τὴν ἀῤῥωστίην σημαίνουσιν.

Ὁκόσοισι δὲ χολώδεες αἱ ὑποστάσιες, ἄνωθεν δὲ λεπταὶ, ὀξείην ἀῤῥωστίην σημαίνει.

(105) Ὁκόσοισι δὲ διεστηκότα τὰ οὖρα γίνεται, τουτέοισι ταραχὴ ἰσχυρὴ ἐν τῷ σώματι ἐστίν.

Ὁκόσοισι δὲ ἐπὶ τοῖσι οὔροισιν ἐφίστανται πομφόλυγες, νεφριτικὰ σημαίνουσι καὶ μακρὴν ἀῤῥωστίην ἔσεσθαι.

Ὁκόσοισι δὲ λιπαρὴ ἡ ὑπόστασις καὶ ἀθρόη, τουτέοισι νεφριτικὰ καὶ ὀξέα σημαίνει.

Ὁκόσοισι δὲ νεφριτικοῖς ἐοῦσι τὰ προειρημένα συμβαίνει σημήϊα, πόνοι τε περὶ τοὺς μύας τοὺς ῥαχιαίους γίνονται. κῆν μὲν περὶ τοὺς ἔξω τόπους γένωνται, ἀπόστημα προσδέχου ἐσόμενον ἔξω. ἢν δὲ μᾶλλον οἱ πόνοι πρὸς τοὺς εἴσω τόπους γίνονται καὶ τὸ ἀπόστημα προσδέχου ἐσόμενον μᾶλλον εἴσω.

Ὁκόσοι αἷμα ἐμέουσιν, ἢν μὲν ἄνευ πυρετοῦ, σωτήριον.

Quibus per febres sedimenta hordei tosti non exacte moliti crassioribus frustulis similia in urinis contingunt, longam fore aegritudinem denunciant.

At quibus biliosa sedimenta, supra vero tenuia fuerint, acutum morbum significant.

Quibus disparatae sunt urinae, iis vehemens est in corpore turbatio.

Quibus in urinarum summo bullae consistunt, renum morbum eumque longum fore significant.

At quibus summa urina pinguis est et conserta, iis renum morbum eumque acutum significat.

Quibus vero renum vitio affectis praedicta signa contingunt, doloresque circa spinae musculos fiunt, si quidem ad loca exteriora ferantur, abscessum extra fore expecta. Quod si dolores ad loca interna magis vergant, abscessum quoque interius potius futurum sperandum.

Qui sanguinem vomitione refundunt, si quidem citra

Ed.Chart.IX. 2.[306.312.] Foës.II.1259.1260. Ed.Lind.I.(105.106.)

εἰ δὲ ξὺν πυρετῷ κακόν, θεραπεύειν δὲ τοῖσι ψυκτικοῖσι καὶ τοῖσι στυπτικοῖσι.

Κατάῤῥοι ἐς τὴν ἄνω κοιλίην ἐκπυοῦνται ἐν ἡμέραις εἴκοσιν.

2. [312] Ἢν οὐρέῃ αἷμα καὶ θρόμβους καὶ στραγγουρίη ἔχῃ καὶ ὀδύνη ἐμπίπτῃ ἐς περίναιον καὶ τὸν κτένα, τὰ περὶ τὴν κύστιν νοσέειν σημαίνει.

Ἢν ἡ γλῶσσα ἐξαίφνης ἀκρατὴς γένηται ἢ ἀπόπληκτόν τι τοῦ σώματος, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτο γίνεται.

|| Ἢν ὑπερκαθαιρομένων τῶν πρεσβυτέρων λὺγξ ἐπιγένηται, οὐκ ἀγαθόν.

Ἢν πυρετὸς μὴ ἀπὸ χολῆς ἔχῃ, ὕδατος πολλοῦ καὶ θερμοῦ καταχεομένου κατὰ τῆς κεφαλῆς λύσις τοῦ πυρετοῦ γίνεται.

(106) Γυνὴ ἀμφιδέξιος οὐ γίνεται.

Ὁκόσοι ἔμπυοι καίονται, ἢν μὲν τὸ πῦον καθαρὸν ῥυῇ καὶ λευκὸν, περιγίνονται· ἢν δὲ ὕφαιμον καὶ βορβορῶδες καὶ δυσῶδες, ἀπόλλυνται.

febrem contingat, ſalutare, cum febre vero malum. Curandum vero refrigerandi et adſtringendi vim habentibus.

Deſtillationes in ſuperiorem ventrem intra vigeſimum diem in pus vertuntur.

Si quis ſanguinem et grumos meiat et ſtranguria laboret, dolorque ad interſoemineum, imum ventrem et pectinem pertingat, partes ad veſicam pertinentes male affici ſignificat.

Si lingua derepente incontinens, aut aliqua corporis pars ſiderata evadat, id atram bilem indicat.

Si ſenioribus ſupra modum purgatis ſingultus accidat, non bonum.

Si febris non ex bile orta prehenderit, aqua calida et copioſa capiti affuſa, fit febris ſolutio.

Mulier ambidextra non fit.

Suppurati cum uruntur aut ſecantur, ſi pus purum et album effluat, evadunt. Quod ſi ſubcruentum et coenoſum et graveolens fuerit, pereunt.

Ed. Chart. IX. 2. [312. 318.] Foës. II. 1260. Ed. Lind. I. (106.)

Ὁκόσοι τὸ ἧπαρ διάπυον καίονται, ἢν τὸ μὲν πῦον καθαρὸν ῥυῇ καὶ λευκὸν, περιγίγνονται. ἐν χιτῶνι γὰρ τὸ πῦον τουτέοισιν ἐστίν. ἐὰν δὲ οἷον ἀμόργη ῥυῇ, ἀπόλλυνται.

Ὀδύνας ὀφθαλμῶν ἄκρητον ποτίσας καὶ λούσας πολλῷ θερμῷ φλεβοτόμει.

Ὑδρωπιῶντα ἐὰν βὴξ ἔχῃ, ἀνέλπιστός ἐστιν.

2. [318] Στραγγουρίην καὶ δυσουρίην θώρηξις καὶ φλεβοτομίη λύει. τάμνειν δὲ τὰς εἴσω.

Ὑπὸ κυνάγχης ἐχομένῳ οἴδημα καὶ ἐρύθημα ἐν τῷ στήθει ἐπιγενόμενον, ἀγαθὸν, ἔξω γὰρ τρέπεται τὸ νούσημα.

Ὁκόσοισι σφακελισθῇ ὁ ἐγκέφαλος, ἐν τρισὶν ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται. ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσιν, ὑγιέες γίνονται.

Πταρμὸς γίνεται ἐκ τῆς κεφαλῆς διαθερμαινομένου τοῦ ἐγκεφάλου ἢ διυγραινομένου τοῦ ἐν τῇ κεφαλῇ κενοῦ. ὑπερχεῖται οὖν ὁ ἀὴρ ὁ ἐνεὼν ἔξω. ψοφεῖ δὲ ὅτι διὰ στενοῦ ἡ διέξοδος αὐτοῦ ἐστίν.

Qui ex purulento jecore aduruntur, ii ubi pus purum fluxerit et album, superſunt, quod pus in tunica ipſis concluſum ſit. Sin vero qualis amurca fluat, pereunt.

Oculorum dolores exhibita meri potione et copioſae aquae calentis balneo venae ſectione curato.

Aqua inter cutem laborantem ſi tuſſis detineat, deſperatus eſt.

Urinae ſtillicidium, ſtranguriam vocant, et meiendi diſſicultatem, vini meri potio et venae ſectio ſolvit. At ſecandae ſunt interiores.

In angina detento, ſi tumor et rubor in pectore contingat, bonum, foras ſi quidem morbus vertitur.

Quibus cerebrum ſideratione tentatum eſt, intra tres dies intereunt. Quod ſi hos effugerint, ſani evadunt.

Sternutatio ex capite fit concalefacto cerebro, aut perhumectata capitis inanitate. Aër enim intus contentus extra effunditur. Strepitum autem edit, quod ei per anguſtum ſit transitus.

Ὁκόσοισιν ἧπαρ περιωδυνᾶται τουτέοισι πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει τὴν ὀδύνην.

Ὁκόσοισι συμφέραι αἷμα ἀφαιρέειν ἀπὸ τῶν φλεβῶν, τουτέοισι ξυμφέρει ἔαρι φλεβοτομεῖσθαι.

Ὁκόσοισι μεταξὺ τῶν φρενῶν καὶ τῆς γαστρὸς φλέγμα (107) *ἀποκλείεται καὶ ὀδύνην παρέχει οὐκ ἔχον διέξοδον οὐδὲ εἰς ἑτέρην τῶν κοιλιῶν, τουτέοισι κατὰ τὰς φλέβας ἐς τὴν κύστιν τραπέντος τοῦ φλέγματος λύσις γίνεται τῆς νόσου.*

Ὁκόσοισι δὲ τὸ ἧπαρ ὕδατος πλησθὲν εἰς τὸν ἐπίπλουν ῥαγῇ, τουτέοισιν ἡ κοιλίη ὕδατος ἐμπιπλᾶται καὶ ἀποθνήσκουσιν.

Ἀλύκην, χάσμην, φρίκην, οἶνος ἴσος ἴσῳ πινόμενος λύει.

2. [325] *Ὁκόσοισιν ἐν τῇ οὐρήθρῃ φύματα γίνονται, τουτέοισι διαπυήσαντος καὶ ἐκραγέντος λυεται ὁ πόνος.*

Ὁκόσοις δ᾽ ἂν ὁ ἐγκέφαλος σεισθῇ ὑπό τινος προφάσιος, ἀνάγκη ἀφώνους γενέσθαι παραχρῆμα.

Quibus jecur vehementer dolet, iis ſuccedens febris dolorem ſolvit.

Quibus ſanguinem ex venis detrahere convenit, iis vere vena ſecanda eſt.

Quibus inter ſeptum transverſum et ventriculum pituita concluditur et dolorem exhibet, neque in alterutrum ventrem viam habet, iis per venas in veſicam pituita verſa, morbi fit ſolutio.

Quibus jecur aqua plenum in omentum eruperit, iis venter aqua impletur et moriuntur.

παρὰ Δημοκρίτεῳ μένει, ἡ δὲ τοῦ νοσέειν αὐτὸν δόξα παρὰ Ἀβδηρίταις ὄντως κατῴκηκε. ταῦτα πιστεύω ἀληθέα εἶναι, Φιλοποίμην, καὶ ἔστιν, καὶ οὐκ ἀπογινώσκω τὰ ὀνείρατα, μάλιστα δὲ ὁκόταν καὶ τάξιν διαφυλάττει. ἰητρικὴ δὲ καὶ μαντικὴ καὶ πάνυ ξυγγενεῖς εἰσιν, ἐπειδὴ καὶ τῶν δύο τεχνέων πατὴρ εἷς Ἀπόλλων, ὁ καὶ πρόγονος ἡμέων, ἐούσας καὶ ἐσομένας νούσους προαγορεύων καὶ νοσέοντας καὶ νοσήσοντας ἰώμενος. ἔῤῥωσο.

[18] (928) [Ἱπποκράτης Κρατεύᾳ χαίρειν.] Ἐπίσταμαί σε ῥιζοτόμον ἄριστον, ὦ ἑταῖρε, καὶ διὰ τεὴν ἄσκησιν καὶ διὰ προγόνων κλέος, ὡς μηδὲν ἀποδεῖν σε δυνάμει τοῦ προπάτορος Κρατεύα. νῦν οὖν εἰ καί (929) ποτε ἄλλοτε βοτανολόγησον ὁκόσα τε καὶ ὁκοῖα δύνασαι. ἀναγκαίη γὰρ ἐπείγει, καὶ διάπεμψαί μοι ταῦτα, ἐπ᾽ ἄνδρα ὅλῃ πόλει ἰσοστάσιον, Ἀβδηρίτην μὲν, ἀλλὰ Δημόκριτον. νοσέειν γάρ φασιν αὐτὸν καὶ καθάρσιος μάλα χρήζειν ἐντὸς μανίης ἐόντα. μὴ χρησαίμεθα μὲν οὖν τοῖς φαρμάκοις, ὥσπερ καὶ πέπεισμαι, ἀλλ᾽ ὅμως εὐτρεπεῖσθαι χρὴ πανταχόθεν. τὸ δὲ χρῆμα τῶν βοτα-

Democritum manet, opinio vero quod aegrotet re vera apud Abderitanos habitat. Haec vera esse, ut sunt, credo, Philopoemen, neque somnia rejicio, praesertim quae ordinem conservant. Medicina autem et divinatio magnam inter se cognationem habent, quandoquidem duarum artium pater est unus Apollo, progenitor noster, qui et praesentes et futuros morbos praedicebat et aegrotantes et aegrotaturos curabat. Vale.

[*Hippocrates Crateuae S.*] Scio te, o amice, praestantissimum esse herbarium, teque propter studium et majorum gloriam nihil facultate Crateuae proavo tuo cedere. Nunc igitur si unquam alias quantas et quaselcunque poteris herbas lege, cum necessitas urgeat, easque ad nos transmitte, ad virum curandum, Abderitam quidem, verum Democritum, toti civitati aequi parandum. Eum enim aegrotare ajunt, et insania detentum purgatione valde indigere. Ac ut ue medicamentis quidem, ut spero, utamur, sed tamen undiquaque instructum esse oportet. Rem autem

νῶν παρὰ σοὶ πολλάκις ἐθαύμασα, ὡς καὶ τὴν τῶν ὅλων γε φύσιν τε καὶ διάταξιν καὶ τὸ ἱερώτατον γῆς ἵδρυμα, ἐξ ἧς ζῶα καὶ φυτὰ καὶ τροφαὶ καὶ φάρμακα καὶ τύχη καὶ ὁ πλοῦτος αὐτὸς ἀναφύεται. οὐδὲ γὰρ ἂν εἶχεν οἷ ἐπιβῇ ἡ φιλαργυρίη, οὐδ᾽ ἂν Ἀβδηρῖταί με νῦν δέκα ταλάντοις ἐδελέαζον, ἀντὶ ἰητροῦ μισθωτὸν ἐλέγχοντες. εἰ δ᾽ ἐδύνασο, Κράτευα, τῆς φιλαργυρίης τὴν πικρὰν ῥίζαν ἐκκόψαι, ὡς μηδὲν λείψανον αὐτῆς ἀφεῖναι, εὖ ἴσθι ὡς ἐκαθήραμεν ἂν τῶν ἀνθρώπων μετὰ τῶν σωμάτων καὶ τὰς ψυχὰς νοσεούσας. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εὐχαὶ, σὺ δ᾽ ἡμῖν τὸ παρεὸν μάλιστα τὰς ὀρεινὰς καὶ ὑψηλόφους βοτάνας ῥιζοτόμει. στερεώτεραι γὰρ τῶν ὑδρηλοτέρων εἰσὶν καὶ δριμύτεραι μᾶλλον διὰ τὴν τῆς γῆς πυκνότητα καὶ τὴν λεπτότητα τοῦ ἠέρος. ὅ τι γὰρ ἕλκουσιν ἐμψυχότερόν ἐστι. πειρήθητι δ᾽ ὅμως καὶ τὰς παρὰ λίμναις ἑλίους πεφυκυίας ἀνθολογῆσαι, καὶ τὰς ποταμίους ἢ κρηνίτιδας ἢ πιδακίτιδας παρ᾽ ἡμῖν καλεομένας, ἃς δὴ ἀσθενέας καὶ ἀτόνους καὶ γλυκυχύλους εἶναι πέπεισμαι.

herbariam apud te ſemper miratus ſum, ut et rerum univerſarum naturam et ordinem, ſanctiſſimumque terrae ſolum, ex qua animantia, plantae, alimenta, medicamenta, fortuna, divitiaeque ipſae promanant. Neque enim alioqui pecuniae cupiditas haberet ubi conſiſteret, neque me nunc Abderitae decem talentis illectaſſent, et pro medico mercede conductum deprehendiſſent. Quod ſi, Crateua, amaram pecuniae cupiditatis radicem excindere poſſis, ut ne ullae ejus reliquiae reſtent, hoc probe teneto, quod una cum hominum corporibus etiam male affectos purgaremus. Sed haec quidem in votis habenda. Tu vero nobis, quod praeſens eſt, montanas et ex ſummis collibus herbas legito. Nam ob ſoli denſitatem et aeris tenuitatem aquoſioribus ſunt ſolidiores et vehementiores. Quod enim attrahunt, magis eſt animatum. Tenta tamen ut etiam ex his quae circa ſtagna aut paludes naſcuntur flores colligas, et eas quae apud nos fluviales aut fontanae aut ex aquis ſalientibus ſcatentes vocantur, quas ſane imbecillas et remiſſas ac dulcis ſucci eſſe

πάντα δὲ ὁκόσα (930) χυλοί τε καὶ ὀποὶ ῥέοντες ἐν ὑαλίνοισιν ἀγγείοισιν φερέσθωσαν. ὁκόσα δ' αὖ φύλλα ἢ ἄνθεα ἢ ῥίζαι ἐν κώθωσι καινοῖσι περιεσφηκωμένοις. ὅκως μὴ διαυγαζόμενα τῇσι πνοῇσι ἐκλείπῃ τὸν τόνον τῆς φαρμακείης, ὥσπερ λειποψυχήσαντα, ἀλλ' εὐθὺς ἡμῖν ταῦτα πέμψον. καὶ γὰρ ἡ ὥρη τοῦ ἔτεος ἁρμόδιος, καὶ ἡ ἀνάγκη τῆς λεγομένης μανίης ἐπείγει. τέχνης μὲν γὰρ πάσης ἀλλότριον ἀναβολὴ, ἰητρικῆς δὲ καὶ πάνυ, ἐν ᾗ ψυχῆς κίνδυνος ἡ ὑπέρθεσις. ψυχαὶ δὲ τῶν θεραπειῶν οἱ καιροὶ, ὧν ἡ παραφυλακὴ τὸ τέλος. ἔλπομαι μὲν οὖν ὑγιέα εἶναι τὸν Δημόκριτον καὶ δίχα ἰήσιος. εἰ δ' ἄρα τι σφάλμα φύσεως ἢ καιροῦ ἢ ἄλλης τινὸς αἰτίης γένοιτο, πολλὰ γὰρ ἡμέας θνητοὺς ἐόντας λάθοι, || ἅτε μὴ πάγχυ δι' ἀτρεκίης εὐτονέοντας, ἐπὶ τὸ ἄδηλον πᾶσαν χρέος δύναμιν ἠθροῖσθαι. οὐ γὰρ ἀρκέεται ὁ κινδυνεύων οἷς δυνάμεθα, ἀλλ' ἐπιθυμεῖ καὶ ἃ μὴ δυνάμεθα, καὶ σχεδὸν πρὸς δύο στρατευόμεθα τέλεα, τὸ μὲν ἀνθρώπου, τὸ δὲ τέχνης, ὧν τὸ μὲν ἄδηλον, τὸ δὲ τῇ ἐπιστήμῃ ὥρισται.

mihi persuadeo. Succi autem omnes et fluidi liquores in vitreis vasis adferantur, ac rursus folia, flores et radices in fictilibus novis probe obturatis, ut ne ventis difflata vim medicam tanquam animo deficientes deserant, verum haec ad nos confestim mitte. Anni enim tempestas commoda est, et dictae insaniae necessitas urget. Cum enim ab omni arte aliena sit procrastinatio, tum vero maxime in medicina, in qua dilatio vitae periculum adfert. Temporum autem opportunitates curationum sunt animi, earumque observatio finis. Democritum sane quidem etiam citra medelam convaliturum spero. Si vero aliquod naturae aut occasionis aut alterius alicujus causae erratum contingat, multa namque nos mortales latent, cum non admodum veritate praestemus, ad id quod obscurum est facultatem omnem congregatam esse opus est. Neque enim ei, qui periculo constitutus est, satis sunt quae possumus, verum etiam quae non possumus expetit, fereque ad duos fines bellum inferimus, unum quidem hominis, alterum vero artis. Horum alter quidem obscurus est, alter vero arte circumscriptus est et in his ambobus

Ed. Chart. I. [18. 19.] Foës. II. 1279. Ed. Lind. II. (930. 931. 913.)

δεῖ δὲ ἐν ἀμφοτέροισι τουτέοισι καὶ τύχης. τὸ γὰρ ἀτέκμαρτον ἐν ταῖς καθάρσεσι δι᾽ εὐλαβείης ἰόντων, καὶ γὰρ καὶ στομάχου κάκωσιν ὑφορώμεθα, καὶ ξυμμετρίην φαρμακείης πρὸς ἀγνοουμένην φύσιν στομαζόμεθα. οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ καὶ μία φύσις ἁπάντων. [19] ἕτερον δ᾽ αἰεὶ καὶ πρὸς ἑωυτὴν ὁρίζουσα οἰκεῖ. ἐνίοτε δὲ τὸ πᾶν ἀπώλε(931)σε καὶ ταῖς βοτάναις πολλὰ τῶν ἑρπετῶν ἐνιοβόλησε καὶ περιχανόντα τῇ ἐντὸς αὔρῃ κάκωσιν ἀντ᾽ ἀλεξήσιος αὐτοῖς προσέπνευσεν, καὶ τούτου ἄγνοια ἔσται, εἰ μή τις ἄρα κηλὶς ἢ σπίλος ἢ ὀδμὴ θηριώδης καὶ ἀπηνὴς τοῦ γενομένου ξύμβολον φανείη. εἶθ᾽ ἡ τέχνη διὰ τὸ ξύμπτωμα τῆς τύχης τῆς κατορθώσιος ἀφήμαρτε. βεβαιότεραι δ᾽ ἂν ἀεὶ αἱ δι᾽ ἐλλεβόρων καθάρσιες εἰσὶ, αἷς καὶ Μελάμπους ἐπὶ τῶν Προίτου θυγατέρων καὶ Ἀντικυρεὺς ἐφ᾽ Ἡρακλέους ἱστορέονται κεχρῆσθαι. μὴ χρησαίμεθα δὲ ἡμεῖς ἐπὶ Δημοκρίτεω μηδενὶ τούτων, ἀλλὰ γένοιτο ἐκείνῳ τῶν δραστικωτάτων καὶ ἰητρικωτάτων φαρμάκων σοφίη τέλος. ἔῤῥωσο.

(913) [Ἱπποκράτης Δαμαγήτῳ χαίρειν.] Τοῦτ᾽ ἐκεῖνο,

fortuna opus est. Nulla enim conjectura eorum quae ad purgationem cum cautione feruntur. Nam et stomachum male affectum suspectamus, et medicationis convenientem modum ex ignota natura conjicimus. Neque enim eadem et una est omnium natura, alterum autem semper etiam sibi circumscribens assimilat, interdum vero totum perdit. Quin etiam reptilia multa herbas suo veneno inficiunt, et suo circum hiatu cum interiore aura malignitatem pro auxilio ipsis inspirant. Idque ignorabitur, nisi certe macula quaedam aut inquinamentum aut ferinus et injucundus odor ejus rei quae accidit notam dederit. Deinde ars ipsa propter fortunae lapsum a via recta aberrat. Certiores autem sunt per veratrum purgationes, quibus etiam Melampus ad Proeti filias et Anticyreus in Hercule usi fuisse traduntur. Ac optandum nobis ut nullum ex his in Democrito usurpemus, sed sapientia efficacissimum et praestantissimum medicamentum illi contingat, et finem imponat. Vale.

[*Hippocrates Damageto S.*] Hoc ipsum conjiciebamus,

Ed. Chart. I. [19.] Foës. II. 1279. Ed. Lind. II. (913. 914.)

Δαμάγητε, ὅπερ εἰκάζομεν, οὐ παρέκοπτε Δημόκριτος, ἀλλὰ πάντα ὑπερεφρόνεε καὶ ἡμᾶς ἐσωφρόνιζε καὶ δι' ἡμέων πάντας ἀνθρώπους. ἐξέπεμψα δέ σοι, φιλότης, ὡς ἀληθέως τὴν Ἀσκληπιάδα νῆα, ᾗ πρόσθες μετὰ τοῦ ἁλίου ἐπίσημον καὶ ὑγιείην, ἐπεὶ κατὰ δαίμονα τῷ ὄντι ἱστιοδρόμηκε, καὶ ἐκείνῃ τῇ ἡμέρῃ κατέπλευσεν εἰς Ἄβδηρα, ᾗπερ αὐτέοις ἐπεστάλκειν ἀφίξεσθαι. πάντας οὖν ἀολλέας πρὸ τῶν πυλῶν εὕρομεν, ὡς εἰκὸς, ἡμέας περιμένοντας, οὐκ ἄνδρας μόνους, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας, ἔτι δὲ καὶ πρεσβύτας καὶ παιδία νὴ θεοὺς κατηφέα καὶ τὰ νήπια. οὗτοι μέντοι ὧδε εἶχον, ὡς ἐπὶ μαινομένῳ τῷ Δημοκρίτῳ, ὁ δὲ μετ' ἀκριβείης τότε ὑπερεφιλοσόφεεν. ἐπεὶ δέ με εἶδον, ἔνδοξάν που σμικρὸν ἐφ' ἑωυτῶν γεγονέναι καὶ χρηστὰς ἐλπίδας ἐποιοῦντο. ὁ δὲ Φιλοποίμην ἄγειν ἐπὶ τὴν ξείνην με ὥρμητο, κἀκείνοις ξυνεδόκεε τοῦτο. ἐγὼ δὲ, ὦ ἄνδρες, ἔφην, Ἀβδηρῖται, οὐδὲν ἔστι μοι προὔργου ἢ Δημόκριτον θεήσασθαι. οἱ δ' ἐπῄνουν ἀκούσαντες καὶ ἥσθησαν, ἦγόν τέ με ξυντόμως διὰ τῆς ἀγορῆς, οἱ μὲν ἑπόμενοι, οἱ δὲ προθέοντες ἑτέρωθεν ἕτεροι, σῶζε λέγον(914)τες, βοήθει, θε-

Damagete, non delirat Democritus, ſed in omnibus ſapit nosque et per nos omnes homines ſapientiores reddit. Remiſi autem ad te, amice, revera Aeſculapii navem, cui cum ſolis ſigno etiam ſanitatem apponito, cum revera proſpero numine vela fecerit, eoque die Abderam navigarit, quo me perventurum ſcripſeram. Omnes igitur pro portis congregatos offendimus, nos, ut eſt veriſimile, expectantes, non viros ſolum, verum etiam mulieres, atque etiam ſenes et pueros, per deos, triſtes itemque infantes. Hi ſane ſic affecti erant, quod Democritus inſaniret, at ille tunc exacta quadam diligentia philoſophiae incumbebat. Ubi autem me viderunt, paulum ad ſe rediiſſe et bene ſperare viſi ſunt. Philopoemen vero me ad hoſpitium ducere properabat, quod et communiter illis placebat. At ego, viri Abderitae, inquam, nihil mihi prius faciendum exiſtimo, quam ut Democritum videam. Quo audito collaudarunt et laetati ſunt, meque continuo per forum deduxerunt, alii quidem ſequentes, alii praecurrentes, aliaque ex parte alii clamantes ut ſer-

Ed. Chart. I. [19. 20.] Foës. II. 1279. 1280. Ed. Lind. II. (914.)

ράπευσον. κἀγὼ παρῄνεον θαῤῥεῖν, ὡς τάχα μὲν οὐδενὸς ἐόντος κακοῦ πίσυνος ἐτησίαις ὥραις, εἰ δ᾽ ἄρα καί τινος βραχέος, εὐδιορθώτου, καὶ ἅμα ταῦτα λέγων ᾔειν, οὐδὲ γὰρ πόῤῥω ἦν ἡ οἰκίη, μᾶλλον δ᾽ οὐδ᾽ ἡ πόλις ὅλη. παρήειμεν οὖν, πλησίον γὰρ τοῦ τείχους ἐτύγχανεν, καὶ ἀνάγουσί με ἡσυχῇ, ἔπειτα κατόπιν τοῦ πύργου βουνὸς ἦν τις ὑψηλὸς, μακρῇσι καὶ δασείῃσιν αἰγείροισιν ἐπίσκιος, ἔνθεν τε ἐθεωρεῖτο τὰ τοῦ Δημοκρίτου καταγώγια, καὶ αὐτὸς ὁ Δημόκριτος καθῆστο ὑπό τινι ἀμφιλαφεῖ καὶ χθαμαλωτάτῃ πλατανίστῳ, ἐν ἐξωμίδι παχείῃ μοῦνος ἀνήνυτος ἐπὶ λιθίνῳ θώκῳ, ὠχριηκὼς πάνυ καὶ λιπόσαρκος, κουρεῶν τὰ γένεια, παρ᾽ αὐτὸν δ᾽ ἐπὶ δεξιῆς λεπτόῤῥυτον ὕδωρ κατὰ πρηνοῦς τοῦ λόφου θέον ἠρεμέως ἐκελάρυζεν. || ἦν δέ τι τέμενος ὑπὲρ ἐκεῖνον τὸν λόφον, ὡς ἐν ὑπονοίῃ κατεικάζοντι, Νυμφέων ἱδρυμένον, αὐτοφύτοις ἐπιῤῥεφὲς ἀμπέλοις. ὁ δ᾽ εἶχεν ἐν εὐκοσμίῃ πολλῇ ἐπὶ τοῖν γουνάτοιν βιβλίον, καὶ ἕτερα δέ τινα ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν αὐτέῳ παρεβέβλητο, σεσώρευντο δὲ καὶ ζῶα συχνὰ ἀνατετμημένα δι᾽ ὅλων. [20] ὁ δὲ ὁτὲ μὲν

varem, adjuvarem, medelam adhiberem. At ego bono animo esse jubebam, quod etesiarum tempestate fretus, nullum quidem malum aut certe brevi et facile corrigi posse sperarem. Simulque haec dicens pergebam, neque enim procul domus erat, imo neque tota civitas. Audivimus igitur, cum juxta moenia esset, illucque me placide deducunt. Deinde post turrim collis erat altus, longis et densis populis nigris opacus, unde Democriti domicilium conspiciebatur. Ipseque Democritus sub umbrosa et humillima platano sedebat, in brevi et substricta tunica crassa citra humeros desinente, exomide dicta, solus, squalidus, in lapidea sella, pallidus admodum et macilentus, barba promissa. Juxta eum ad dextram tenuis aquula per declivem tumulum decurrens placide resonabat. Erat autem delubrum quoddam super tumulum illum, Nymphis quidem, quantum conjicere licet, dedicatum, sponte enatis vitibus circumdatum. Hic vero composite admodum librum super genua habebat, et alii quidam utraque ex parte ei adjacebant, crebra autem

Ed. Chart. I. [20.] Foës. II. 1280. Ed. Lind. II. (914. 915.)

ξυντόνως ἔγραφεν ἐγκείμενος, ὅτε δὲ ἠρέμει πάμπολύ τι ἐπέχων καὶ ἐν ἑωυτῷ μερμηρίζων, εἶτα μετ᾽ οὐ πολὺ τουτέων ἑρδομένων ἐξαναστὰς περιεπάτει, καὶ τὰ σπλάγχνα τῶν ζώων ἐπεσκόπει, καὶ καταθεὶς αὐτὰ μετελθὼν πάλιν ἐκαθέζετο, οἱ δὲ Ἀβδηρῖται περιεστῶτές με κατηφέες καὶ οὐ πόῤῥω τὰς ὄψεις δακρυόντων ἔχοντες φασὶν, (915) ὁρῇς μέντοι τὸν Δημοκρίτου βίον, ὦ Ἱππόκρατες, ὡς μέμηνεν καὶ οὔτε ὅ τι θέλει οἶδεν οὔτε ὅ τι ἔρδει. καί τις αὐτέων ἔτι μᾶλλον ἐνδείξασθαι βουλόμενος τὴν μανίην αὐτοῦ, ὀξὺ ἀνεκώκυσεν εἴκελον γυναικὶ ἐπὶ θανάτῳ τέκνου ὀδυρομένῃ, εἶτ᾽ ἀνῴμωξεν πάλιν ὑποκρινόμενος παροδίτην ἀπολέσαντά τι ὧν διεκόμιζεν, καὶ ὁ Δημόκριτος ὑπακούων τὰ μὲν ἐμειδία, τὰ δὲ ἐξεγέλα, καὶ οὐκ ἔτι οὐδὲν ἔγραφεν, τὴν δὲ κεφαλὴν θαμινὰ ἐπέσεισεν. ἐγὼ δὲ, ὑμεῖς μὲν, ἔφην, ὦ Ἀβδηρῖται, αὐτόθι μίμνετε, ἐγγυτέρω δ᾽ αὐτὸς καὶ λόγων καὶ σώματος τἀνδρὸς γενηθεὶς, ἰδών τε καὶ ἀκούσας εἴσομαι τοῦ πάθεος τὴν ἀλήθειαν, καὶ ταῦτ᾽ εἰπὼν κατέβαινον ἡσυχῇ. ἦν δὲ ὀξὺ

animalium cadavera, per totum dissecta, accumulata erant. Hic autem interdum contento studio scriptioni incumbebat, interdum multum subsistens et apud se anxie cogitans quiescebat. Deinde non multo post his peractis, exurgens deambulabat et animalium viscera attente inspiciebat, hisque depositis reversus rursus desidebat. At vero Abderitae mihi tristes, nec procul a lacrimantibus oculis assistentes. Vides certe, inquiunt, Hippocrates, Democriti vitam, quam insaniat neque quid velit aut quid faciat novit. Et ex his aliquis cum adhuc ejus insaniam mihi magis demonstrare vellet, altos ejulatus ad instar mulieris liberorum mortem lamentantis edidit, deinde rursus ingemuit, viatoris personam gerens, qui quod ferebat perdidit. Quibus auditis Democritus partim risit, partim subsannavit nihilque amplius scribebat, caput vero crebro concutiebat. At ego, vos quidem, inquam, viri Abderitae, hic manete, ubi autem ipse propius accessero et viri verba audiero, corpusque videro, affectus veritatem cognoscam, hisque dictis placide descendi. Erat autem praeceps locus ille et pronus, vix igitur gressum re-

καὶ ἐπίφορον ἐκεῖνο τὸ χωρίον, μόλις δ' οὖν διαστηριζόμενος διῆλθον. ἐπεὶ δὲ ἐπλησίαζον, ἔτυχεν, ὅτε ἐπῆλθον αὐτέῳ, ὅ τι δή ποτε γράφων ἐνθουσιωδῶς καὶ μεθ' ὁρμῆς. εἱστήκειν οὖν αὐτόθι περιμένων αὐτέου τὸν καιρὸν τῆς ἀναπαύσιος, ὁ δὲ μετὰ μικρὸν τῆς φορῆς λήξας τοῦ γραφίου ἀνέβλεψέ τε εἰς ἐμὲ προσιόντα καὶ φησὶ, χαῖρε ξένε. κἀγὼ, πολλά γε καὶ σὺ, Δημόκριτε, ἀνδρῶν σοφώτατε. ὁ δὲ αἰδεσθεὶς, οἶμαι, ὅτι οὐκ ὀνομαστὶ προσεῖπέ με, σὲ δὲ, ἔφη, τί καλέομεν, ἄγνοια γὰρ τοῦ σοῦ ὀνόματος ἦν πρόφασις τῆς τοῦ ξένου προσηγορίας. Ἱπποκράτης, ἔφην, ἔμοιγε τοὔνομα ὁ ἰητρός. ὁ δὲ εἶπεν, ἡ τῶν Ἀσκληπιαδῶν εὐγένεια πολύ τέ σου τὸ κλέος τῆς ἐν ἰητρικῇ σοφίης πεφοίτη(916)κεν καὶ ἐς ἡμέας ἀφῖκται. τί δὲ χρέος, ἑταῖρε, δεῦρό σε ἤγαγε; μᾶλλον δὲ πρὸ πάντων κάθησο. ὁρῇς δὲ ὡς ἔστιν οὗτος οὐκ ἀηδὴς φύλλων θῶκος, ἔτι χλωρὸς καὶ μαλθακὸς ἐγκαθίσαι προσηνέστερος τῶν τῆς τύχης ἐπιφθόνων θώκων. καθίσαντος δέ μου πάλιν φησὶν, ἴδιον οὖν ἢ ἐπιδήμιον πρᾶγμα διζήμενος δεῦρο

permeavi. Ubi vero propius acceſſi, forte in eum incidi cum ſane quid divino furore actus et concitatus ſcriberet. Iſthic igitur conſtiti, tempus opportunum dum ipſe ceſſaret expectans. At ille non multo poſt, depoſito impetu et ſtilo ſcriptorio, me accedentem aſpexit et, ſalve, inquit, hoſpes. Et ego, tu quoque plurimum, inquam, Democrite, hominum ſapientiſſime. Ille vero pudore ſuffuſus, opinor, quod me nomine non compellaſſet, te vero, inquit, quonam nomine vocavero? Tui enim nominis ignoratio occaſio fuit cur te hoſpitem appellarem. Hippocrates, inquam, medicus vocor. At ille, Aſclepiadarum, inquit, nobilitas, tuaeque in arte medica ſapientiae gloria crebris admodum hominum ſermonibus ad nos pervenit. Quodnam vero te negotium, o amice, huc adduxit? Quin potius omiſſis omnibus conſideto. Cernis enim quam non ſit injucunda haec foliis inſtrata ſedes, viridis ad haec et mollis, et ad inſidendum blandior invidia obnoxiis fortunae ſellis. Cum vero conſediſſem, rurſus inquit, privatum igitur an publicum animo agitans negotium

ἀφῖξαι, φράζεο σαφῶς. καὶ γὰρ ἡμεῖς ὅ τι δυναίμεθα συνεργοῖμεν ἄν. κἀγὼ τὸ μὲν κατ᾽ ἀλήθειαν, ἔφην, αἴτιον, δεῦρο σέο χάριν ἥκω ξυντυχεῖν σοφῷ ἀνδρί. ἔχει δὲ πρόφασιν ἡ πατρὶς ἧς πρεσβείην τελῶ. ὁ δὲ, ξενίῃ τοίνυν, φησὶ, τὰ πρῶτα κέχρησο ἡμετέρῃ. πειρεύμενος δὲ κἀγὼ κατὰ πάντα τἀνδρὸς, καίπερ ἤδη μοι καταδήλου μὴ παρακόπτειν ἐόντος, Φιλοποίμενα οἶσθα, ἔφην, πολίτην ἐόντα ὑμέτερον; ὁ δὲ, καὶ μάλα, εἶπεν, τὸν Δάμωνος λέγεις υἱὸν, τὸν οἰκοῦντα παρὰ τὴν Ἑρμαΐδα κρήνην. τοῦτον εἶπον, οὗ καὶ τυγχάνω ἐκ πατέρων ἴδιος ξένος. ἀλλὰ σὺ, Δημόκριτε, τῇ κρείσσονί με ξενίῃ δέχου, καὶ πρῶτόν γε τί τοῦτο τυγχάνεις γράφων φράζε. ὁ δ᾽ ἐπισχὼν ὀλίγον, περὶ μανίης, ἔφη. κἀγὼ, ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, φημὶ, εὐκαίρως γε ἀντιγράφεις πρὸς τὴν πόλιν. ὁ δὲ, ποίην, φησὶ, πόλιν Ἱππόκρατες; ἐγὼ δὲ, οὐδὲν, ἔφην, ὦ Δημόκριτε, ἀλλ᾽ οὐκ οἶδ᾽ ὅπως προσέπεσεν. ἀλλὰ τί περὶ μανίης γράφεις; τί γὰρ, εἶπεν, ἄλλο, πλὴν ἥτις τε εἴη, ὅκως ἀνθρώποις ἐγγίνεται, καὶ τίνα τρόπον ἀπολοφέοιτο. || τά τε γὰρ ζῶα

huc venisti? eloquere aperte. Ad id enim te pro viribus adjuvabimus. Ego vero, ista sane vera causa est, huc tui gratia venio, ut te virum sapientem conveniam. Occasionem autem patria dedit, cujus legationem obeo. At ille, hospitio igitur primum nostro utere. Ego vero pertentato per omnia viro, etsi eum minime delirare jam mihi constaret, Philopoemenem, inquam, nosti, civem vestrum? Ille vero, maxime, inquit, Damonis filium dicis, cujus aedes sunt juxta fontem Hermaida? Illum ipsum, inquam, cujus antiquus sum et peculiaris hospes. Tu vero, Democrite, potiore me hospitio excipito, imprimisque quidnam scribas eloquere. Ille vero paulum moratus, de insania, inquit. Tum ego, Iuppiter rex, inquam, peropportune sane contra civitatem scribis. At ille, quam civitatem Hippocrates? Nihil inquam, o Democrite, sed nescio quo modo mihi excidit. Sed quid de insania scribis? Quidnam vero, inquit, aliud quam quid sit, et quomodo hominibus innascatur, et quanam ratione allevetur. Haec

Ed. Chart. I. [20. 21.] Foëſ. II. 1281. Ed. Lind. II. (916. 917.)

ταῦτα ὁκόσα, ἔφη, (917) ὁρῇς, τουτέου μέντοι γε ἀνατέμνω εἵνεκα, οὐ μισέων θεοῦ ἔργα, χολῆς δὲ διζήμενος φύσιν καὶ θέσιν. οἶσθα γὰρ ἀνθρώπων παρακοπῆς ὡς αἰτίη ἐπιτοπολὺ αὕτη πλεονάσασα [21] ἐπὶ πάσῃ μὲν φύσει ἐνυπάρχει, ἀλλὰ παρ᾽ οἷς μὲν ἔλαττον, παρ᾽ οἷς δέ τι πλέον. ἡ δ᾽ ἀμετρίη αὐτέης νοῦσοι τυγχάνουσιν, ὡς ὕλης ὁτὲ μὲν ἀγαθῆς, ὁτὲ δὲ φαύλης ὑποκειμένης. κἀγὼ, νὴ Δία, ἔφην, ὦ Δημόκριτε, ἀληθέως γε καὶ φρονίμως λέγεις, ὅθεν εὐδαίμονά σε κρίνω τοσαύτης ἀπολαύοντα ἡσυχίης, ἡμῖν δὲ μετέχειν ταύτης οὐκ ἐπιτέτραπται. ἐρεομένου δὲ διὰ τί, ὦ Ἱππόκρατες, οὐκ ἐπιτέτραπται; ὅτι, ἔφην, ἢ ἀγροὶ ἢ οἰκίη ἢ τέκνα ἢ δάνεια ἢ νοῦσοι ἢ θάνατοι ἢ δμῶες ἢ γάμος ἢ τοιαῦτά τινα τὴν εὐκαιρίην ἡμῶν ὑποτέμνεται. ἐνταῦθα δὴ ὁ ἀνὴρ εἰς τὸ εἰωθὸς πάθος κατηνέχθη, καὶ μάλα ἀθρόον τι ἀνεκάγχασε, καὶ ἐπετώθασε, καὶ τὸ λοιπὸν ἡσυχίην ἦγε. κἀγὼ, τί μέντοι, Δημόκριτε, ἔφην, γελᾷς; πότερον τὰ ἀγαθὰ ὧν εἶπον ἢ τὰ κακά; ὁ δὲ ἔτι μᾶλλον ἐγέλα, καὶ ἄποθεν ὁρεῦντες οἱ Ἀβδηρῖται, οἱ μὲν

enim, inquit, quae vides animantia hujus certe rei gratia reſeco, minime dei opera odio proſequens, ſed bilis naturam et ſedem inquirens. Noſti enim quod haec, ubi redundarit, ut plurimum hominum inſaniae cauſa eſt. In omni quidem natura ineſt, ſed in aliis quidem minus, in aliis vero copioſius. Hujus autem immoderantia morbi exiſtunt, velut materia, partim quidem bona, partim vero mala ſubjecta. Tum ego, per Jovem, inquam, o Democrite, vere et ſapienter ais. Perinde te beatum judico, qui tanta quiete frueris, cujus participes eſſe nobis non liceat. At eo interrogante, cur Hippocrates non liceat? Quod, inquam, aut agri aut res familiaris aut liberi aut aes alienum aut morbi aut mortes aut ſervi aut nuptiae aut ejusmodi quaedam hujus opportunitatem nobis reſcindant. Tum ſane vir ille in ſolitam affectionem delapſus et abunde in riſum effuſus eſt et vehementius irriſit, ac de caetero quievit. At ego, quid ſane Democrite, inquam, rides? num de bonis aut malis quae dixi? Ille vero adhuc magis ridebat. Quod

τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ἔπαιον, οἱ δὲ τὰ μέτωπα, οἱ δὲ τὰς τρίχας ἔτιλλον. καὶ γὰρ, ὡς ὕστερον ἔφησαν, πλεονάζοντι παρὰ τὸ εἰωθὸς τῷ γέλωτι ἐχρήσατο. ὑποτυχὼν δ' ἐγὼ, ἀλλὰ μὲν, ἔφην, σοφῶν ἄριστε Δημόκριτε, ποθέω γὰρ αἰτίην τοῦ περὶ σὲ πάθεος καταλαβέσθαι, τίνος ἄξιος ἐφάνην ἐγὼ γέλωτος ἢ τὰ λεχθέντα, ὅκως μαθὼν παύσωμαι τῆς αἰτίης ἢ σὺ ἐλεγχθεὶς (918) *διακρούσῃ τοὺς ἀκαίρους γέλωτας. ὁ δὲ, Ἡράκλεις, ἔφη, εἰ γὰρ δυνήσῃ με ἐλέγξαι, θεραπείην θεραπεύσεις, οἵην οὐδένα οὐδεπώποτε, ὦ Ἱππόκρατες, καὶ πῶς οὐκ ἐλεγχθείης, ἔφην, ὦ ἄριστε; ἢ οὐκ οἴῃ ἄτοπός γε εἶναι γελῶν ἀνθρώπου θάνατον ἢ νοῦσον ἢ παρακοπὴν ἢ μανίην ἢ μελαγχολίην ἢ σφαγὴν ἢ ἄλλο τι χεῖρον; ἢ τοὔμπαλιν γάμους ἢ πανηγύρεις ἢ τεκνογονίην ἢ μυστήρια ἢ ἀρχὰς ἢ καὶ τιμὰς ἢ ἄλλο τι ὅλως ἀγαθόν; καὶ γὰρ ἃ δέον οἰκτείρειν γελᾷς, καὶ ἐφ' οἷς ἥδεσθαι χρὴ, καταγελᾷς τουτέων, ὥστε μήτε ἀγαθὸν μήτε κακὸν παρὰ σοὶ διακεκρίσθαι. ὁ δὲ*

procul videntes Abderitae partim quidem capita, partim vero frontem caedebant, quidam etiam capillos evellebant. Nam quemadmodum postea narrarunt, copiosiore quam solitus esset risu usus fuerat. Tum ego, At vero sapientum optime Democrite, hujus enim tui affectus causam deprehendere cupio, quonam tibi risu dignus visus sum, aut ea quae dicta sunt, ut hoc cognito, causa desistam, vel tu reprehensus importunos hos risus summoveas. Tum ille, si, me hercule, inquit, redarguere me poteris, curationem Hippocrates qualem nullus unquam feceris. Et quomodo, inquam, optime, reprehensione dignus non videaris, aut te absurdum non esse putas, si hominum mortem rides aut morbum aut dementiam aut insaniam aut melancholiam aut caedem aut quid pejus? aut contra nuptias aut conventuum celebritates aut liberorum natales aut mysteria aut magistratus aut honores aut aliud quid prorsus bonum? Quae enim commiseratione digna sunt rides, et de quibus laetari oporteat, ea etiam derides, adeo uti apud te neque boni neque mali ullum sit discrimen. At ille, recte

Ed. Chart. I. [21.] Foës. II. 1281. Ed. Lind. II. (918. 919.)

ταῦτα μὲν ἔφη, εὖ λέγεις, ὦ Ἱππόκρατες, ἀλλ᾽ οὐκ οἶσθά πω τοῦ ἡμετέρου γέλωτος αἰτίην, μαθὼν δ᾽ εὖ οἶδ᾽ ὅτι κρέσσονα τῆς πρεσβείης ἀντιφορτισάμενος ἀποίσεις θεραπείην τὸν ἐμὸν γέλωτα τῇ πατρίδι καὶ ἑωυτέῳ καὶ τοὺς ἄλλους δυνήσῃ σωφρονίζειν. ἀνθ᾽ ὧν ἴσως κἀμὲ διδάξεις ἰατρικὴν ἀμοιβηδὸν, γνοὺς ὅσῃ σπουδῇ περὶ τὰ ἀσπούδαστα φιλοτιμεύμενοι πρήσσειν τὰ μηδενὸς ἄξια πάντες ἄνθρωποι τὸν βίον ἀναλίσκουσι γελώτων ἄξια διοικεῦντες. ἐγὼ δέ φημι, λέγε πρὸς θεῶν, μήποτε γὰρ διαλανθάνει ἅπας ὁ κόσμος νοσέων, καὶ οὐκ ἔχει ὅκου διαπέμψηται πρεσβείην πρὸς θεραπείην. τί γὰρ ἂν εἴη ἔξω αὐτέου; ὁ δ᾽ ὑπολαβὼν, πολλαί γε, φησὶν, ἀπειρίαι κόσμων εἰσὶν, Ἱππόκρατες, καὶ μηδαμῶς ἑταῖρε κατασμικρολόγει πλουσίην τὴν φύ(919)σιν ἐοῦσαν. ἀλλὰ ταῦτα, ἔφην, Δημόκριτε, διδάξεις ἐν ἰδίῳ καιρῷ, εὐλαβοῦμαι γὰρ μή πως καὶ τὴν ἀπειρίην διεξιὼν γελᾷν ἄρξῃ. ἴσθι δὲ νῦν περὶ τοῦ σέο γέλωτος τῷ βίῳ λόγον δώσων. ὁ δὲ μάλα τρανὸν ἀπιδών με, δύο, φησὶ, τοῦ ἐμοῦ γέλωτος αἰτίας δοκέεις, ἀγαθὰ καὶ φαῦλα.

quidem dicis, Hippocrates, verum risus nostri causam nondum nosti, quam cum didiceris, certus sum quod meum risum meliorem curationem pro tua legatione patriae tibique ipsi vicissim reportabis, qua etiam alios prudentiores reddere poteris. Pro quibus fortasse me etiam medicinam mutuo docueris, ubi cognoveris quanto studio omnes homines ad ea, quae negligenda sunt et nullius pretii facienda, contendunt, et in his, quae risu digna sunt, consectandis vitam consumunt. Tum ego, dic per deos, inquam, nunquid omnis mundus se aegrotare ignorat, neque habet unde sui curationem legatione accersat? Quid enim extra eum esse potest? Quo audito, multae, inquit, sunt Hippocrates mundorum infinitates, nolique, amice, naturam divitem ut parvam existimare. Sed haec, Democrite, inquam, suo tempore docebis. Vereor enim, ne si quando infinitatem percensueris, ridere incipias. Nunc vero de tuo risu in vita reddendam esse tibi rationem puta. At ille admodum perspicue in me intuens, duas, inquit, mei risus causas existimas,

Ed. Chart. I. [21. 22.] Foës. II. 1281. 1282. Ed. Lind. II. (919. 920.)

ἐγὼ δὲ ἕνα γελῶ τὸν ἄνθρωπον, ἀνοίης μὲν γέμοντα, κενεὸν δὲ πρηγμάτων ὀρθῶν πάσαις ἐπιβουλαῖς νηπιάζοντα, καὶ μηδεμιῆς ἕνεκεν ὠφελείας ἀλγέοντα τοὺς ἀνηνύτους μόχθους, πείρατα γῆς καὶ ἀορίστους μυχοὺς ἀμέτροισιν ἐπιθυμίῃσιν ὁδεύοντα. || ἄργυρον κτίζοντα καὶ χρυσὸν, καὶ μὴ παυόμενον τῆς κτήσεως ταύτης, αἰεὶ δὲ θορυβεύμενον περὶ τὸ πλέον, ὅκως αὐτὸς ἐλάσσων μὴ γένηται, καὶ οὐδὲ αἰσχύνεται μὴ λεγόμενος εὐδαίμων. ὅτι χάσμα τῆς γῆς ὀρύσσει διζήμενος χερσὶν, [22] ὧν οἱ μὲν ὑπὸ σομφῆς ἐπιπιπτούσης τῆς γῆς ἐφθάρησαν, οἱ δὲ πολυχρονίως ταύτην ἔχοντες τὴν ἀνάγκην ὡς ἐν πατρίδι τῇ κολάσει παραμένουσιν, ἀργύριον καὶ χρυσίον μαστεύοντες, ἴχνη κόνεως καὶ ψήγματα ἐρευνῶντες, ψάμμον ἄλλην ἀλλαχόθεν ἐγείροντες καὶ τῆς γῆς φλέβας ἐκτέμνοντες, ἐς περιουσίην αἰεὶ βωλοποιέοντες ἐκ γῆς τῆς μητρὸς πολεμίην γῆν καὶ τὴν αὐτὴν ἐοῦσαν καὶ θαυμάζοντες πατοῦσιν. ὅσος γέλως ἐπὶ μόχθου καὶ κρυφίης γῆς ἐρῶσι τὴν φανερὴν ὑβρί(920)ζοντες. κύνας ὠνεῦνται, οἱ δ᾽ ἵππους, οἱ

bona et mala. At ego unum hominem rideo, amentia quidem refertum, recte factis vacuum, in omnibus consiliis pueriliter agentem, nullius utilitatis gratia immensos labores tolerantem, terrae fines et infinitos recessus argenti et auri comparandi gratia immoderatis cupiditatibus peragrantem et nunquam ab his comparandis cessantem, semper vero ad copiam tumultuantem, ne si ea destituatur pudore suffundatur, quod felix non dicatur. Quod in terrae hiatus inquirens, eorum manibus effodiat, qui partim quidem a terra inani intereunt, partim vero diutius hac necessitate detenti in supplicio tanquam in patria permanent, aurum et argentum perquirentes, pulveris vestigia et ramenta pervestigantes, arenam aliam aliunde excitantes, et terrae venas excindentes, ad opulentiam semper terram matrem tanquam hostilem in glebas proscindunt, quam eandem etiam cum admiratione calcant. Quantum vero rideri debet, quod terram latentem cum labore amant, apertam contumelia afficiunt. Canes emunt, quidam etiam equos, quidam vero

δὲ χώρην πολλὴν περιορίζοντες ἰδίην ἐπιγράφουσιν, καὶ πολλῆς ἐθέλοντες δεσπόζειν οὐδὲ αὐτέων δύνανται. γαμεῖν σπεύδουσιν, ἃς μετ' ὀλίγον ἐκβάλλουσιν, ἐρῶσιν, εἶτα μισοῦσι, μετ' ἐπιθυμίης γεννῶσιν, εἶτ' ἐκβάλλουσι τελείους. τίς ἡ κενὴ σπουδὴ καὶ ἀλόγιστος, μηδὲν μανίης διαφέρουσα; πολεμοῦσιν ἔμφιλον, ἠρεμίην οὐχ αἱρετίζοντες. ἀντενεδρεύουσι βασιλέας, ἀνδροφονοῦσι, γῆν ὀρύσσοντες ἀργύριον ζητοῦσιν, ἀργύριον εὑρόντες γῆν ἐθέλουσι πρίασθαι, ὠνησάμενοι γῆν καρποὺς πιπράσκουσι, καρποὺς ἀποδόμενοι πάλιν ἀργύριον λαμβάνουσιν. ἐν ὅσαις μεταβολαῖς εἰσὶν, ἐν ὅσῃ κακίῃ. οὐσίην μὴ ἔχοντες οὐσίην ποθέουσιν, ἔχοντες κρύπτουσιν, ἀφανίζουσιν. καταγελῶ ἐφ' οἷς κακοπραγέουσιν, ἐπιτείνω τὸν γέλωτα ἐφ οἷς δυστυχέουσι, θεσμοὺς γὰρ ἀληθείας παραβεβήκασι, φιλονεικέοντες ἔχθρην πρὸς ἀλλήλους δῆριν ἔχουσι. μετὰ δὲ ἀδλφῶν καὶ τοκήων καὶ πολιτῶν, καὶ ταῦτα ὑπὲρ τοιούτων κτημάτων ὧν οὐδεὶς θανὼν δεσπότης ἐστὶν, ἀλληλοκτονεύουσιν, ἀθεσμόβια φρονεῦντες φίλων καὶ πατρίδων

multa circumſcripta regione eam ſibi adſcribunt, et cum multis domnari velint, ſibi ipſis imperare nequeunt. Uxores ducere cupunt, quas paulo poſt repudiant, amant, deinde odio proſequuntur, cum cupiditate liberos ſuſcipiunt, deinde eos adultos abdicant. Quodnam hoc inane ſtudium et rationis expers nihilque ab inſania diſcrepans? Bellum inteſtinum gerunt, quietem optabilem non ducunt, regibus viciſſim inſidias tendunt, homines necant, defoſſa terra argentum inveſtigant, argento reperto terram emere cupiunt, terra empta fructum divendunt, fructibus diſtributis rurſus argentum capiunt. Quibus mutationibus et quantis vitiis obnoxii? Cum opes non habeant, eas expetunt, ſi habent, abſcondunt, diſſipant. Eorem res adverſas derideo, eorum infortunia intento riſu excipio. Veritatis enim inſtituta violant, contentionis ſtudio hoſtiles inter ſe rixas habent. Cum fratribus vero, parentibus et civibus mutuas caedes exercent, idque pro iis poſſeſſionibus quarum nemo poſt mortem dominus eſſe poteſt. Injuſtam vitam conſectantes, amicorum

ἀπορίην ὑπερορῶσι, πλουτίζουσι τὰ ἀνάξια καὶ τὰ ἄψυχα, ὅλης τῆς οὐσίης ἀνδριάντα ὠνέονται, ὅτι δοκέει λαλεῖν τι ἄγαλμα. τοὺς δὲ ἀληθέως λαλέοντας μισεῦσι· τῶν γὰρ μὴ ῥηϊδίων ἐφίενται. καὶ γὰρ ἤπει(921)ρον οἰκεῦντες θάλασσαν ποθέουσι, καὶ πάλιν ἐν νήσοις ἐόντες ἤπειρον γλίχονται, καὶ πάντα διαστρέφουσιν ἐς ἰδίην ἐπιθυμίην. καὶ δοκέουσι μὲν ἐν πολέμῳ ἀνδρείην ἐπαινεῖσθαι, νικῶνται δὲ καθ᾽ ἡμέρην ὑπὸ τῆς ἀσελγίης, ὑπὸ φιλαργυρίης, ὑπὸ τῶν παθέων πάντων νοσέουσι. Θερσῖται δ᾽ εἰσὶ τοῦ βίου πάντες. τί δὲ τὸν ἐμὸν, Ἱππόκρατες, ἐμέμψω γέλωτα; οὐ γὰρ αὐτὸς τῆς ἰδίης ἀνοίης, ἀλλὰ ἄλλος ἄλλου καταγελῆται, οἱ μὲν τῶν μεθυόντων, ὅταν αὐτοὶ δοκέουσι νήφειν, οἱ δὲ τῶν ἐρώντων, χαλεπωτέρην νόσον νοσεῦντες αὐτοὶ, οἱ δὲ τῶν πλεόντων, ἄλλοι δὲ τῶν περὶ γεωργίην ἀσχοληθέντων. οὐ συμφωνέουσι γὰρ οὔτε ταῖς τέχναις οὔτε τοῖς ἔργοις. ἐγὼ δὲ ταῦτα μὲν, ἔφην, κρήγυα, Δημόκριτε, οὐδ᾽ ἄλλος τις ἂν εἴη λόγος ἁρμοδιώτερος ἐξαγγέλλων ταλαιπωρίην θνητῶν. ἀλλ᾽ αἱ πρή-

et patriae inopiam despiciunt, indigna et inanimata divitiarum loco habent, pro universis facultatibus statuam mercantur, quod simulacrum loqui videatur, eos vero, qui vere loquuntur, odio habent. Res non faciles amore prosequuntur, in continente habitantes maritima expetunt, rursusque insulas tenentes continentem affectant, cunctaque in suam cupiditatem pervertunt. Et in bello quidem fortitudinem laudare videntur, at in dies a libidinum indulgentia et avaritia vincuntur et affectibus omnibus tenentur. Thersitis autem vitam omnes referunt. Qua vero in re risum meum Hippocrates reprehendisti? Neque enim quisquam suam, sed alter alterius amentiam deridet, hi quidem ebrios, cum ipsi sibi sobrii videantur, alii amantes, cum ipsi graviore morbo laborent, hi vero navigantes, alii agriculturae deditos. Neque enim artibus, neque operibus inter se consentiunt. Tum ego, haec quidem, inquam, vera sunt, Democrite, neque alia quaepiam oratio ad convincendam mortalium miseriam commodior esse possit, verum ipsae

ξιες νομοθετοῦσι τὴν ἀναγκαίην, οἰκονομίης τε εἵνεκα καὶ ναυπηγίης καὶ τῆς ἑτέρης πολιτείης, ἐν ᾗ χρεὼν εἶναι τὸν ἄνθρωπον. οὐ γὰρ εἰς ἀργίην αὐτὸν ἡ φύσις ἐγέννα. ἐκ τουτέων δὲ πάλιν φιλοδοξίη χυθεῖσα ἔσφηλε πολλῶν ὀρθογνώμονα ψυχὴν, σπουδαζόντων μὲν ἅπαντα ὡς ἐπὶ ἀδιαπτωσίῃ, μὴ κατ' εὐτονούντων δὲ τὴν ἀδηλότητα προορῆσθαι. εἴ που γάρ τις, ὦ Δημόκριτε, γαμέων ἢ χωρισμὸν ἢ θάνατον προσεδόκησεν. || τίς δ' ὁμοίως παιδοτροφέων ἀπώλειαν; ἀλλ' οὐδ' ἐν γεωργίῃ καὶ πλοίῳ καὶ βασιλείῃ καὶ (922) ἡγεμονίῃ καὶ πάνθ' ὅσ' ὑπάρχει κατὰ τὸν αἰῶνα· οὐδεὶς γὰρ προὔλαβεν πταῖσαι, ἀλλ' ἀγαθοῖσιν ἕκαστος τουτέων ἐλπίσι φέρβεται, τῶν δὲ χερειόνων οὐδὲ μέμνηται. μή ποτ' οὖν ὁ σὸς γέλως τουτέοις ἀνάρμοστος. ὁ δὲ Δημόκριτος, μάλα, ἔφη, νωθὴς τὸν νόον ὑπάρχεις καὶ μακράν γε τῆς ἐμῆς γνώμης ἀπόδημος, Ἱππόκρατες, [23] ἀταραξίης καὶ ταραχῆς μέτρα μὴ ἐπισκοπέων, δι' ἄγνοιαν. ταῦτα γὰρ αὐτὰ διανοίῃ φρενήρει διοικέοντες, αὐτοί τε ῥηϊδίως ἀπήλλασσον καὶ τὸν ἐμὸν

actiones hanc necessitatem veluti decreto quodam imponunt, ad rei domesticae dispensationem, navium fabricationem et reliquam reipublicae administrationem, in qua versari hominem oportet. Neque enim ad inertiam eum natura procreavit. Ex his rursus late sparsa ambitio multorum recte sentientem animum aberrare coegit, qui ad omnia velut sine lapsu summo studio contendunt, non tamen obscuritatem praevidere possunt. Quis enim, o Democrite, uxorem ducens divortium aut mortem cogitat? aut liberos educans, interitum? sed neque in agricultura et navigatione, regno, imperio et omnibus, quae sunt in vita. Nemo enim se aberraturum animo ante percepit, sed quisque horum bona spe pascitur, deteriora vero ne meminit quidem. Num igitur tuus hic risus his minime convenit? Tum Democritus, tardo, inquit, es admodum ingenio proculque a mea sententia peregrinaris, Hippocrates, neque tranquillitatis et perturbationis modum propter ignorantiam prospicis. Qui enim haec ipsa prudenti cogitatione disponunt, ii et facile liberantur et meum risum sublevant. Nunc

Ed. Chart. I. [23.] Foës. II. 1283. Ed. Lind. II. (922. 923.)

ἐλώφεον γέλωτα. νῦν δ' ὡς ἐπ' ἀρηρόσι τοῖς ἐν τῷ βίῳ φρενοβλαβέες τετύφλωνται ἀσυλλογίστῳ διανοίῃ τῆς ἀτάκτου φορῆς δυσδίδακτοι. νουθεσίη γὰρ αὐτάρκης ὑπῆρχεν ἡ τῶν ξυμπάντων μεταβολὴ, ὀξείῃσι τροπῇσιν ἐμπίπτουσα, ἀφνίδιον τροχηλασίην παντοίην ἐννοέουσα. οἱ δ' ὡς ἐπ' ἀρηρυίῃ καὶ βεβαίῃ ἐκλελησμένοι παθέων κατὰ τὸ ξυνεχὲς ἐμπιπτόντων, ἄλλοτε ἄλλος ποθεῦντες τὰ λυπέοντα, διζήμενοι τὰ μὴ ξυμφέροντα, ἐγκαλινδεῦνται πολλῇσι ξυμφορῇσιν. εἰ δέ τις ἐμερμήριζεν κατὰ δύναμιν ἰδίην τὰ ξύμπαντα ἔρδειν, ἀδιάπτωτον ἐφρούρεε ζωὴν, ἑωυτὸν ἐξεπιστάμενος, καὶ ξύγκρισιν ἰδίην σαφῶς κατανοήσας καὶ μὴ τῆς ἐπιθυμίης τὴν σπουδὴν, ἀόριστον ἐκτείνων, τὴν δὲ πλουσίην φύσιν καὶ πάντων τιθηνὸν, δι' αὐταρκείης ὁδοιπορέων. καθάπερ δὲ τῶν παθέων εὐεξίῃ κίνδυνος πρόδηλος, οὕτω τὸ μέγεθος τῶν εὐτυχημάτων σφαλερόν ἐστιν. ἀρίσημοι (923) δ' ἐν τῇσι κακοδαιμονίῃσι ξυνθεωρεῦνται. ἄλλοι δὲ τὰ τῶν παλαιῶν μὴ ἱστορέοντες ὑπὸ τῆς ἰδίης κακοπραγίης ἀπώλοντο, τὰ δῆλα

vero velut in rebus vitae convenientibus mente capti caecutiunt, neque mente ratiocinationis experte inordinatum impetum facile addiſcunt. Satis enim ſuerit haec admonitio rerum omnium commutatio, quae ſubditis converſionibus incidens, repentinam et omnimodam rerum velut rotarum agitationem in mentis notione reponit. Illi vero tanquam haec adaptata ſit et firma, affectionum continenter incidentium obliti, aliter alius quae triſtitiam adferunt expetentes, quae ſunt in commoda inquirentes, in multis calamitatibus aſſidue verſantur. Quod ſi quis omnia quae facit pro virmus mente verſaret, vitiam ab omni caſu immunem ſervaret, ſeipſe probe noſcens et ſuam ipſius concretionem aperte intelligens, cupiditatis ſtudium in infinitum non extenderet, ſed naturam divitem et omnium alumnam per ea, quae abunde ſuppetunt, ſequeretur. Quemadmodum autem optimus corporis habitus affectionum periculum denunciat, ſic magnus rerum ſucceſſus lubricus eſt. Rebus autem in adverſis inſignes conſpiciuntur. Alii vero antiquorum res minime oculis ſubjicientes, pravis ſuis affectionibus pereunt,

καθάπερ ἄδηλα μὴ προθεωρεῦντες, ὑπόδειγμα τὸν μακρὸν βίον ἔχοντες, γενομένων καὶ μὴ γινομένων, ἐξ ὧν καὶ τὸ ἐσόμενον ἐχρῆν κατανοῆσαι. ταῦθ᾽ ὁ ἐμὸς γέλως, ἄφρονες ἄνθρωποι, πονηρίης δίκας ἐκτίνοντες, φιλαργυρίης, ἀπληστίης, ἔχθρης, ἐνεδρίης, ἐπιβουλίης, βασκανίης, ἀργαλέον ἐξειπεῖν πολυμηχανίην κακῶν. ἀπειρίη γάρ τις ἐστὶ κἀν τουτέοις δολοπλοκίῃσιν, ἀνθομιλεῦντες, σκολιόφρονες. ἀρετῆς δὲ παρ᾽ αὐτέοις τρόπος ἐστὶ τὸ χέρειον, φιλοψευδίην γὰρ ἀσκέουσι, φιληδονίην κοσμέουσι, νόμοις ἀπειθεῦντες. ὁ δὲ αὐτέων κατακρίνει τὴν ἀπροαιρεσίην, μήτε ὁρήσεως μήτε ἀκοῆς μετέχοντας, μούνη δ᾽ αἴσθησις ἀνθρώπου ἀτρεκείη διανοίη τηλαυγὴς, τό τε ὂν καὶ τὸ ἐσόμενον προορεομένη. δυσαρεστεῦνται πᾶσι καὶ πάλιν τοῖς αὐτέοις ἐμπελάζονται, ἀρνησάμενοι πλόον πλέουσι, γεωργίην ἀπωσάμενοι αὖθις γεωργοῦσιν, ἐκβάλλοντες γαμετὴν ἑτέρην εἰσάγονται, γεννήσαντες ἔθαψαν, θάψαντες ἐγέννησαν, πάλιν τρέφουσι, γῆρας ηὔξαντο,

manifesta velut obscura non providentes, cum tamen longam vitam exemplum habeant, eorum quae fiunt et non fiunt, ex quibus quod futurum est cognoscere oportebat. Haec est mei risus materia, homines imprudentes improbitatis suae poenas dantes, avaritiae, inexplebilis cupiditatis, inimicitiarum, insidiarum, subdolorum consiliorum, invidentiae. Difficile est multorum malorum machinatricem solertiam verbis exprimere, cum eorum sit infinitas quaedam et in his cum dolosis commentis prava mente inter se conversentur. Apud eos autem virtutis modus habetur, quod est deterius. Mendacia enim amant et in his se exercent, voluptatis studium extollunt, legibus minime parentes. Hic autem meus risus quae ab his nullo proposito consilio fiunt condemnat, cum neque visionis, neque auditionis participes sint. At solus hominis sensus recta intelligentia eminus splendescens, quod praesens et futurum est praevidet. Omnia detestantur ac rursus ad eadem se adjungunt, navigationem aversantes navigant, agricultura propulsata rursus agrum colunt, abdicata uxore aliam inducunt, susceptos liberos sepeliunt et his sepultis alios procreant et rursus educant,

Ed. Chart. I. [23.] Foës. II. 1283. 1284. Ed. Lind. II. (923. 924.)

ἐς αὐτὸ δ᾽ ἀφικόμενοι στενάζουσιν, ἐν οὐδεμιῇ καταστάσει βέβαιον ἔχοντες τὴν γνώμην, ἡγεμόνες καὶ βασιλέες μακαρίζουσι τὸν ἰδιώτην. ὁ δὲ ἰδιώτης ὀρέγεται βασιλείης. ὁ πολιτευόμενος τὸν χειροτεχνεῦν(924)τα ὡς ἀκίνδυνον, ὁ δὲ χειροτέχνης ἐκεῖνον ὡς εὐτονεῦντα κατὰ πάντων. τὴν γὰρ ὀρθὴν κέλευθον τῆς ἀρετῆς οὐ θεωροῦσι καθαρὴν καὶ λείην καὶ ἀπρόσπταιστον, εἰς ἣν οὐδεὶς τετόλμηκεν ἐμβαίνειν. φέρονται δὲ ἐπὶ τὴν ἀπειθῆ καὶ σκολίην τρηχυβατέοντες καταφερόμενοι καὶ προσκόπτοντες, οἱ δὲ πλεῖστοι ἐκπίπτοντες, ἀσθμαίνοντες ὡς διωκόμενοι, ἐρίζοντες, ὑστερέοντες, προηγεύμενοι. || καὶ οὓς μὲν αὐτέων ἔρωτες ἀτάσθαλοι ὑποπεπρήκασιν ἀλλοτρίης εὐνῆς φθορῇ, ἀναιδείης πισύνους, οὓς δὲ τήκει φιλαργυρίης νοῦσος ἀόριστος, οἱ δ᾽ ἀλλήλοις ἀντεπιτίθενται. οἱ δ᾽ ὑπὸ φιλοδοξίης εἰς ἠέρα ἀνενεχθέντες βρίθει κακίης εἰς βυθὸν ἀπωλείας καταφέρονται, κατασκάπτουσιν, εἶτα ἐποικοδομοῦσι, χαρίζονται, εἶτα μετανοοῦσιν καὶ ἀφαιρεῦνται τὰ φιλίης δίκαια, κακοπραγεῦντες εἰς ἔχθρην τὰ

senectutem exoptant cumque eo pervenerint gemunt, nulloque in statu firma mente persistunt. Principes ac reges privatum beatum praedicant, privatus regium imperium affectat. Qui rempublicam regit, artificem tanquam periculi expertem laudat, artifex vero illum velut in omnia potentiam exercentem. Rectam enim virtutis viam puram minimeque asperam ac inoffensam non cernunt, per quam nullus incedere sustinet. Per inaccessam autem et tortuosam feruntur et per aspera delati incedunt et offendunt, plerique etiam decidunt, velut si quis persequatur anhelantes, partim sequentes partim praecedentes contendunt. Et eorum quosdam impudentia fretos nefandi alieni cubilis corrumpendi amores succendunt, quosdam etiam inordinatus avaritiae morbus tabefacit, alii mutuas insidias struunt. Alii vero ambitionis studio in aëra subvecti sceleris gravitate in exitii profundum praecipites deferuntur, diruunt, deinde aedificant, beneficium conferendo gratiam demerentur, deinde poenitentia ducti amicitiae jura violant maleque afficiendo

Ed. Chart. I. [23. 24.] Foes. II. 1284. Ed. Lind. II. (924. 925.)

ξυγγενίης πολεμοποιεῦντες, καὶ τουτέων πάντων αἰτίη φιλαργυρίη. τί νηπίων ἀθυρόντων διαφέρουσι; παρ᾽ οἷς ἄκριτος μὲν ἡ γνώμη, τὸ δὲ προσπεσὸν τερπνὸν, ἐν δὲ τοῖς θυμοῖς τί περισσὸν ζώοις ἀλόγοις παραλελοίπασιν; [24] πλὴν ὅτι ἐν αὐταρκείῃ μένουσιν οἱ θῆρες. τίς γὰρ λέων ἐς γῆν κατέκρυψε χρυσόν; τίς ταῦρος πλεονεξίην ἐκορύξατο; τίς πάρδαλις ἀπληστίην κεχώρηκε; διψῇ μὲν ἄγριος σῦς, ὅσον ὕδατος ὀρεχθῇ. λύ(925)κος δὲ δαρδάψας τὸ προσπεσὸν τῆς ἀναγκαίας τροφῆς ἀναπέπαυται, ἡμέρῃσι δὲ καὶ νυξὶ ξυναπτομένῃσιν οὐκ ἔχει θοίνης κόρον ἄνθρωπος, καὶ χρόνων μὲν ἐνιαυσίων τάξις ὀχείης ἀλόγων τέρμα ἐστὶν, ὁ δὲ τὸ διηνεκὲς οἰστρομανίην ἔχει τῆς ἀσελγείης. Ἱππόκρατες, μὴ γελάσω τὸν κλαίοντα δι᾽ ἔρωτα ὅτι ξυμφερόντως ἀποκέκλεισται, μάλιστα δ᾽ ἢν ῥιψοκίνδυνος ῇ, καὶ φέρηται κατὰ κρημνῶν ἢ βυθῶν πελάγους, ἐπιτενῶ τὸν γέλωτα; μὴ γελάσω τὸν τὴν νῆα πολλοῖσι φορτίοισι βαπτίσαντα, εἶτα μεμφόμε-

ad inimicitias deveniunt et cognationis jura bello appetunt, horumque omnium avaritia causa est. Quanam in re ab infantibus ludibundis discrepant? quos, cum mens judicio careat, quicquid sese forte obtulit delectat. Quod ad cupiditates attinet, non multum a brutis animantibus differunt, nisi quod ferae in eo quod satis est se continent. Quinam enim leo aurum defossum in terram abdidit? Quinam taurus alienum usurpandi cupiditate ad proelium impetu quodam delatus est? Quae pardalis inexplebilem aviditatem admisit? Sitit quidem aper, sed quantum aquae appetit. Lupus vero dilaniato, quod sese obtulit, necessario alimento quiescit. At si dies jungantur noctibus, hominem non capit comessandi satietas. Et anniversariorum temporum ordo, brutis quidem animantibus coitus finem adfert, hic vero insano libidinis stimulo continenter agitatur. Quomodo, Hippocrates, ejulantem ob amorem quod suo commodo privetur non derideam? praecipueque si quis nullo habito periculorum delectu per praecipitia et alta maria feratur, intenso risu non excipiam? Non ridebo eum, qui navem multis mercibus onustam demersit, deinde mare incusantem,

νον τῇ θαλάττῃ ὅτι κατεβύθισεν αὐτὴν πλήρη; ἐγὼ μὲν οὐδαμῶς δοκέω γελῆν, ἐξευρεῖν δὲ κατ' αὐτέων ἤθελόν τι λυπηρόν. ἀλλ' οὐδὲ ἰητρικὴν ὑπὲρ τουτέων ἐχρῆν εἶναι, μήτε τεχνώμενον παιήονα φάρμακα. ὁ σὸς πρόγονος Ἀσκληπιὸς νουθεσίη σοι γενέσθω, σώζων ἀνθρώπους κεραυνοῖς ἠχαρίστηται. οὐχ ὁρῇς ὅτι κἀγὼ τῆς κακίης μοῖρα εἰμὶ, μανίης διζήμενος αἰτίην, ζῶα κατακτείνω καὶ ἀνατέμνω. ἐχρῆν δὲ ἐξ ἀνθρώπου τὴν αἰτίην ἐρευνῆσαι. οὐχ ὁρῇς ὅτι καὶ ὁ κόσμος μισανθρωπίης πεπλήρωται; ἄπειρα κατ' αὐτέου πάθεα ξυνήθροικεν, ὅλος ἄνθρωπος ἐκ γενετῆς νοῦσος ἐστὶν, τρεφόμενος ἄχρηστος ἱκέτης βοηθείης, αὐξανόμενος, ἀτάσθαλος, ἄφρων, ἐνδεὴς παιδαγωγίης, θρασὺς, ἀκμάζων, (926) παρακμάζων, οἰκτρὸς, τοὺς ἰδίους πόνους ἀλογιστίῃ γεωργήσας. ἐκ μητρῴων γὰρ λύθρων ἐξέθορε τοιοῦτος, διὰ τοῦτο οἱ μὲν θυμικοὶ καὶ ὀργῆς ἀμέτρου γέμοντες, ἐν ξυμφορῇσι καὶ μάχῃσι, οἱ δ' ἐν φθορῇσι καὶ μοιχείῃσι διὰ παντὸς, οἱ δ'

quod eam plenam submerserit? Equidem haec minime ridicula duco, verum in eos aliquid molesti excogitare cuperem. Sed neque pro his medicinam esse oportuit, neque aliquem qui Paeonia medicamenta conficeret. Cujus rei te admonere debeat tuus ille progenitor Aesculapius, qui pro servatis hominibus gratam beneficii recordationem fulminis ictus reportavit. Non vides me quoque hujus vitii participem esse, dum in insaniae causam inquirens animantia macto ac reseco, quam in hominibus perscrutari oportuit? Nonne vides mundum ipsum inhumanitate redundare et infinitas adversus hominem affectiones cumulare? Totus homo ab ipso ortu morbus est. Dum educatur inutilis, auxilium supplex implorat, dum increscit, improbus et demens est, institutione puerili indigens, in aetatis vigore constitutus, audax, aetate marcescens miserabilis, suos labores per imprudentiam excolens. Talis enim ex materno cruore sanie permixto promicuit. Proptereaque hi quidem indignabundi et immodica ira referti in calamitatibus et pugnis, alii in adulteriis et stupris perpetuo versantur, alii in ebrietatibus, alii

ἐν μέθῃσιν, οἱ δ᾽ ἐν ἐπιθυμίῃσι τῶν ἀλλοτρίων, οἱ δ᾽ ἐν ἀπολείῃσι τῶν σφετέρων. ὄφελον δύναμις ὑπῆρχε τὰς ἁπάντων οἰκήσεις ἀνακαλύψαντα μηδὲν ἀφεῖναι τῶν ἐντὸς παρακάλυμμα, εἶθ᾽ οὕτως ὁρῆν τὰ πρησσόμενα ἔνδον. εἴδωμεν ἂν οὓς μὲν ἐσθίοντας, οὓς δὲ ἐμέοντας, ἑτέρους δ᾽ αἰκίῃσι στρεβλέοντας, τοὺς δὲ φάρμακα κυκῶντας, τοὺς δὲ ξυννοέοντας ἐπιβουλίην, τοὺς δὲ ψηφίζοντας, ἄλλους χαίροντας, τοὺς δὲ κλαίοντας, τοὺς δὲ ἐπὶ κατηγορίην φίλων ξυγγράφοντας, τοὺς δὲ διὰ φιλοδοξίην ἔκφρονας. καί γε τινὲς βαθύτεραι πρήξιες τῶν κατὰ ψυχὴν κευθομένων, καὶ τουτέων ὁκόσοι μὲν νέοι, ὁκόσοι δὲ πρεσβῦται, αἰτεῦντες, ἀρνεόμενοι, πενόμενοι, περιουσιάζοντες, λιμῷ θλιβόμενοι, οἱ δὲ ἀσωτίῃ βεβαρυμένοι, ῥυπῶντες, δέσμιοι, οἱ δὲ τρυφῇσι γαυριῶντες, τρέφοντες, ἄλλοι σφάζοντες, ἄλλοι θάπτοντες, ὑπορέοντες ἃ ἔχουσι, || πρὸς τὰς ἐλπιζομένας κτήσιας ὡρμημένοι, οἱ μὲν ἀναίσχυντοι, οἱ δὲ φειδωλοὶ, οἱ δὲ ἄπληστοι, οἱ μὲν φονεῦντες, οἱ δὲ τυπτόμενοι, οἱ δὲ ὑπερηφανεῦντες, οἱ δὲ ἐπτοημένοι κενοδοξίῃ. καὶ οἱ μὲν ἵπποισι παρεστῶτες, οἱ

in rerum alienarum cupiditatibus, alii in ſuis perdendis. Quod ſi poſſemus nullo intus relicto velamento omnium habitationes detegere, deinde ita quae intus aguntur inſpicere, hos quidem edere videremus, illos vero vomere, alios indignis verberibus torquere, alios venena miſcere, alios inſidias ſtruere, alios rationibus ſtudere, hos gaudere, illos plorare, hos amicorum accuſationem meditari, illos vero nimia ambitione deſipere. Et certe quaedam ſunt in animis altius reconditae actiones. Et in his partim quidem juvenes, partim vero ſenes, petentes, denegantes, pauperes, rebus affluentes, fame oppreſſi. Hi luxu gravati, ſordidi, vincti, illi vero deliciis geſtientes, multos alentes. Alii jugulantes, alii ſepelientes, ea quae habent pro nihilo habentes, ſperatas poſſeſſiones captantes, alii quidem impudentes, alii parci, alii inexplebiles, alii quidem interficientes, alii verberibus afflicti, alii ſuperbe ſe jactantes, alii inani gloria attoniti. Et hi quidem equis addicti ſunt, alii hominibus,

Ed. Chart. I. [24. 25.] Foës. II. 1285. Ed. Lind. II. (926. 927.)

δὲ ἀνδράσιν, οἱ δὲ κυσὶν, οἱ δὲ λίθοις ἢ ξύλοις, οἱ δὲ χαλκῷ, οἱ δὲ γραφῇσι. καὶ οἱ μὲν (927) πρεσβείαις, οἱ δὲ στρατηγίαις, οἱ δὲ ἱερωσύνῃσιν, οἱ δὲ στεφανοφορέοντες, οἱ δὲ ἔνοπλοι, οἱ δ᾽ ἀποκτεινόμενοι. φέρονται δὲ τουτέων ἕκαστοι, οἱ μὲν ἐπὶ ναυμαχίην, οἱ δὲ ἐπὶ στρατείην, οἱ δὲ ὑπ᾽ ἀγροικίην, ἕτεροι δὲ ἐπὶ φορτίδας ναῦς, οἱ δὲ εἰς ἀγορὴν, ἕτεροι δ᾽ ἐπ᾽ ἐκκλησίην, οἱ δὲ ἐπὶ θέητρον, οἱ δὲ ἐς φυγὴν, ἄλλοι δὲ ἀλλαχόσε. καὶ οἱ μὲν ἐς φιληδονίην καὶ ἡδυπαθείην καὶ ἀκρασίην, οἱ δὲ ἐς ἀργίην καὶ ῥαθυμίην. τὰς ἀναξίους οὖν καὶ δυστήνους ψυχὰς ὁρεῦντες καὶ τοσαύτας, πῶς μὴ χλευάσωμεν τὸν τοιήνδε ἀκρασίην ἔχοντα βίον αὐτέων; [25] κάρτα γὰρ ἔλπομαι μηδὲ τὴν σὴν ἰητρικὴν ἁνδάνειν αὐτέοισιν, δυσαρεστέονται γὰρ ὑπ᾽ ἀκρασίης ἅπασι, καὶ μανίην τὴν σοφίην νομίζουσιν. ἤπου γὰρ ὑπονοέω ὡς σαφῶς λωβᾶσθαί σου τὰ πολλὰ τῆς ἐπιστήμης ἢ διὰ φθόνον ἢ δι᾽ ἀχαριστίην. οἵ τε γὰρ νοσέοντες ἅμα τῷ σώζεσθαι τὴν αἰτίην θεοῖς ἢ τύχῃ προσνέμουσι. πολλοὶ δὲ τῇ ἰδίᾳ φύσει προσά-

alii navibus, alii lapidibus aut lignis, alii ſtatuis ex aere, alii picturis. Et alii quidem legationibus, alii rei militaris adminiſtrationibus, alii rebus ſacris. Alii coronas geſtant, alii armati ſunt, alii interficiuntur. Et horum ſinguli partim quidem in pugna navali verſantur, partim in militari officio, partim vero in agricultura. Alii vero in navibus onerariis, alii in foro, alii in concionibus, alii in theatro, alii in fuga, alii vero aliis quibusdam rebus. Et alii quidem ad voluptatis ſtudium, mollitiem et intemperantiam feruntur, alii ad otium ac deſidiam. Cum igitur tot indigenas et miſeras animas videamus, quomodo eorum vitam ejusmodi intemperantiae debitam ludibrio non habeamus? Valde quoque metuo, ne artem tuam medicam ipſi non probent. Propter intemperantiam enim implacide ſe habent ad omnia et ſapientiam inſaniam exiſtimant. Et certe ſuſpicor pleraque in arte tua aut per invidiam aut per ingratitudinem palam contumelia affici. Aegrotantes enim ſimul ac ſervati ſunt, cauſam diis vel fortunae attribuunt. Plerique vero hoc ſuae naturae aſſignantes bene meren-

ſimus, ei nomen erat Nebrus, qui dixit oraculum praecipere ut ad ſe venirent. Siquidem deus vobis conſuluit ut Co profecti cervi filium in ſubſidium adduceretis. Haec equidem eſt Cos, cervorum foetus Nebri appellantur, Nebrus autem mihi nomen eſt. Quodnam vero ſubſidium male habenti exercitui potius fuerit quam medicus? Et certe recte conſentaneum non exiſtimo ut eos qui in tantum Graecos divitiis ſuperant, deus Co venire juſſerit, uti aureos nummos peterent. Verum oraculum iſtud in familiam meam venit. Chryſus enim mihi vocatur filiorum meorum natu minimus. Hic autem omnino et ſpecie et animi virtute, ſi patri dicere licet, omnibus civibus praecellit. Ego igitur, niſi quid aliud vobis videatur, navi actuaria quinquaginta remorum, meis ſumptibus auxiliis medicis et bellicis inſtructa, et ipſe veniam et filium meum deducam, ut utroque modo vobis auxilium feramus. Quae cum dixiſſet, his qui miſſi fuerant placuerunt. Hic vero Nebrus Calydonium apud ſe educatum, cujus ſtatim, cum res tulerit, mentio fiet, ſe-

γος δηλώσει, ὅταν ἡ χρῆσις ἔλθῃ. ὅτε δ᾽ οὖν ἀφίκοντο οὗτοι οἱ ἄνδρες οὗ τὸ στρατόπεδον ἐπετελεῖτο, ὁ θεὸς ἔχαιρεν, οἵ τε γὰρ θάνατοι τῶν στρατιωτῶν ἔληξαν, καὶ θείῃ τύχῃ ἵππου τοῦ Εὐρυλόχου, ὃς ἡγεῖτο τοῦ πολέμου Θεσσαλὸς ἐὼν καὶ ἄνωθεν ἐξ Ἡρακλειδῶν, κρούσαντος τὸν σωλῆνα τῇ ὁπλῇ δι᾽ οὗ τὸ ὕδωρ ἤγετο ἐς τὸ τεῖχος, ὁκότε διακονίεσθαι ἤθελεν, Νεβρὸς φαρμάκοισιν ἐμίηνε τὸ ὕδωρ, ἔνθεν αἱ κοιλίαι τῶν Κρισαίων ἐφθάρησαν, καὶ μεγάλα δή τι ξυνεβάλετο πρὸς τὸ ἁλῶναι τὴν πόλιν, καὶ ἐντεῦθεν αἱ γνῶμαι ἐπήρθησαν τῶν πολιορκεόντων, ὡς τοῦ θεοῦ ἐπικουρέοντος ἤδη σαφῶς. προσβολὰς δὲ ποιευμένων καὶ ἆθλα προτιθέντων τοῖς πρώτοις ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀναβήσασιν, ὁ ἀγὼν ἦν ὁ καρτερώτατος, καὶ ἡ πόλις ᾑρεῖτο. ἀνέβη γὰρ πρῶτος ἐπὶ τὸ τεῖχος Χρυσὸς καὶ κατέλαβε τὸν πύργον, ξυνείπετο δὲ αὐτέῳ ἐκ ποδὸς ξυνασπίζων ὁ ἀνὴρ ὁ Καλυδώνιος, περὶ οὗ προέλεξα. ὁ μὲν Χρυσὸς δόρατι πληγεὶς ἔπεσε κατ᾽ ἄκρα ἐκ τοῦ πύργου ὑπὸ Μερμοδέω, τοῦ (942) Λύκου δὲ ἀδελφεοῦ, ὃς ἀπέθανεν λευσθεὶς, ὅτε ἦλθεν εἰς τὸ ἄδυτον τὸν τρίποδα

cum navem conſcendere juſſit. Cum igitur ad locum caſtrorum hi perveniſſent, deus laetatus eſt. Nam et militum mortes ceſſarunt, cumque divina quadam fortuna equus Eurylochi, qui belli dux et Theſſalus erat et originem ex Heraclide altius repetebat, in pulvere volutatus, canalem ex quo aqua in urbem deducebatur, ungula percuſſiſſet, Nebrus eam venenis refecit, ex quo Criſaeorum ventres in exitium adducti ſunt, idque multum certe ad capiendam urbem contulit. Indeque velut deo aperte auxilium ferente, obſidentium animi ſublati ſunt. Cum autem impetum in muros facerent et his qui in moenia conſcendiſſent praemia proponerent, validiſſimum certamen fuit, urbsque capta eſt. Chryſus enim primus in murum conſcendit et turrim occupavit. Eum autem e veſtigio ſequebatur ſimul dimicans vir ille Calydonius, de quo ante dixi. Chryſus quidem ex ſumma turri decidit, haſta percuſſus a Mermode Lyci fratre, qui cum tripodem direpturus in adytum veniſſet, la-

συλήσων. οἱ δ᾽ οὖν πόλιν οὕτως ἧλων, ἥ τε τοῦ Νεβροῦ ἐπικουρίη σὺν Χρυσῷ ὀρθῶς ἀπήντησεν καὶ κατὰ τὰ ἰατρικὰ καὶ κατὰ τὰ πολεμικὰ, ὅ τε θεὸς ἠλήθευσε, καὶ ἃ ὑπέσχετο ἐποίησεν. ἐφ᾽ οἷς οἱ Ἀμφικτύονες τῷ μὲν Ἀπόλλωνι νηὸν ἀνέθεσαν, τὸν νῦν ἐόντα ἐν Δελφοῖς. ἀγῶνά τε γυμνικὸν καὶ ἱππικὸν πρότερον οὐ τιθέντες νῦν τιθέασι, τήν τε τῶν Κρισαίων χώρην ἅπασαν καθιερώσαντο, δόντι ἃ δέδωκε διδόντες καθ᾽ ὅ τι ἔχρησε, τόν τε τοῦ Νεβροῦ παῖδα Χρύσον ἔθαψαν ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ, καὶ ξυνέταξαν δημοσίῃ Δελφοὺς ἐναγίζειν. Ἀσκληπιάδαις δὲ τοῖς ἐν Κῷ ἐδόθη Νεβροῦ χάριτι προμήθεια πρὸς μαντείην, καθάπερ τοῖσιν ἱερομνήμοσι, Καλυδωνίοις δὲ ἀπ᾽ ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς καὶ ἐκείνης τῆς ὑπουργίης καὶ νῦν ἐν Δελφοῖς προμαντείῃ καὶ διασιτίῃ δέδοται. ἀλλ᾽ ἐπάνειμι ἐπὶ τὰ ἡμέτερα. ὅτι γὰρ ἀληθέα λέγω τοῦ πατρὸς καὶ ἐμεῦ ἐπελθόντων Ἀμφικτύονες ἀνενεώσαντο ταῦτα καὶ ἀπέδοσαν καὶ ἐν στήλῃ ἀναγράψαντες ἐν Δελφοῖς ἀνέθεσαν. καὶ τούτου μέν μοι τοῦ λόγου τέλος. ἐνταῦθα καθα-

pidibus obrutus periit. Sic igitur urbem ceperunt, Nebrique auxilium cum Chryſo, tum in medicis, tum in bellicis rebus bene reſpondit, deusque verax fuit et quae promiſerat praeſtitit. Quibus de cauſis Amphictyones Apollini templum, quod nunc Delphis eſt, dicarunt, certamenque gymnicum et equeſtre, quod nunquam antea, nunc conſtituerunt, totamque Criſaeorum regionem conſecrarunt, ea quae dederat ob editum oraculum reddentes, Chryſumque Nebri filium in circo equeſtri ſepelierunt et ſtatuerunt ut ei Delphi publice parentarent. Aſclepiadis vero in Co in Nebri gratiam vaticinandi prudentia conceſſa eſt, quemadmodum iis qui ſacrorum rituum memoriae praefecti ſunt. Calydoniis autem ob illius viri et officii meritum etiam nunc apud Delphos primae vaticinandi partes et victus publicus conceduntur. Verum ad noſtra redeo, quodque vera refero inde patet, quod cum pater et ego acceſſiſſemus, Amphictyones haec renovarunt et confirmarunt, Delphisque colummnae inſcripta legenda propoſuerunt. Atque hujus quidem ora-

ρῶς δείκνυσιν τοὺς ἡμετέρους προγόνους ὑμέων εὐεργέτας. τοῦτον δὲ καθέμενος, ἄλλον αἱρήσομαί περὶ τῶν αὐτῶν, οὐ τὸν αὐτόν. ὅτε γὰρ βασιλεὺς ὁ μέγας ξὺν Πέρσαισι καὶ τοῖς ἄλλοις βαρβάροις ἐστράτευσεν ἐπὶ τοὺς μὴ διδόντας (943) ὕδωρ || καὶ γῆν Ἑλλήνων, ἡ πατρὶς ἡ ἡμετέρη εἵλετο μᾶλλον πανδημεὶ ἀπολέσθαι, ὡς μὴ καθ' ὑμέων τε καὶ τῶν ταὐτὰ ὑμῖν γινωσκόντων ὅπλα πολέμια λάβῃ καὶ ἐν νεῦσι στρατείην ἀποστείλῃ, ἀλλ' ἀνένευσε καλόν τι καὶ ἄξιον πατέρων μεγαλοφρονευμένη, οἳ λέγονται γηγενέες τε εἶναι καὶ Ἡρακλεῖδαι. ἔδοξεν οὖν σφιν τεσσάρων ἐόντων τειχέων ἐν τῇ νήσῳ, πάντ' ἐκλείπειν καὶ ἐς τὰ ὄρεα καταφυγοῦσιν ἀντέχεσθαι σωτηρίης. ὅθεν δὴ τί κακὸν οὐκ ἀπήντησε χώρης ληϊλατευομένης καὶ σωμάτων ἐλευθέρων ἀνδραποδιζομένων καὶ κτεινομένων ἐχθρῷ νόμῳ, τῆς δὲ πόλιος καὶ τῶν ἄλλων ἐρευμάτων καὶ ἱερῶν καταιθαλουμένων. [6] ἔτι δὲ καὶ τῇ θυγατρὶ τοῦ Λυγδάμιος Ἀρτεμισίῃ κατὰ πατέρων νῖκος δοθέντων ἐκσαγηνεῦσαι πάντα ὅσα λοιπὰ ἦν. ἀλλὰ γὰρ ὡς ἔοικε θεοῖς οὐκ ἠμελεύμεθα, χειμώνων δὲ γενομένων ἐξαισίων,

tionis exitus liquido ostendit majores nostros de vobis esse bene meritos. Ea vero dimissa, aliam de iisdem, non tamen eandem assumam. Cum enim magnus ille rex cum Persis et barbaris in Graecos, qui eum aqua et terra arcerent, exercitum duceret, patria nostra maluit cum toto populo perire, ut ne in vos et eos qui vobiscum sentirent arma sumeret et expeditionem navalem mitteret, sed excelso animo renuit honestum quid et majoribus suis dignum sentiens, qui terra editi et Heraclidae dicuntur. Ipsis igitur placuit, ut quatuor quae erant in insula omnibus relictis urbibus, in montes confugerent et salutem viribus omnibus retinerent. Ex quo sane quid non mali obtigit, regione devastata, liberis corporibus in servitutem abductis et hostili jure interfectis, urbeque et caeteris praesidiis ac templis in cinerem redactis. Quin etiam Artemisiae Lygdamis filiae pro patrum victoria permissum erat omnia quae reliqua erant asportare. At enim a diis, ut res docuit, derelicti

Ed. Chart. I. [6.] Foës. II. 1294. Ed. Lind. II. (943. 344.)

αἵ τε νῆες τῆς Ἀρτεμισίης ἐκινδύνευσαν ἅπασαι ἀπολέσθαι, πολλαὶ δὲ ἀπώλλοντο. ἔς τε τὸ στράτευμα αὐτέης πολλοὶ κεραυνοὶ ἐνέπεσον, σπάνιόν τι τῆς νήσου κεραινουμένης. λέγεται δὲ καὶ φάσματα ἡρώων τῇ γυναικὶ ὀφθῆναι, ἃ δὴ πάντα φοβηθεῖσα, ἀπέστη ἔργων ἀνηκέστων, ὁμολογίην πικρὴν ποιησαμένη, καὶ λίην πικρὴν λέγεσθαι, ὥστε ἀφείσθω. ἀποδώσω δὲ καὶ ἐνταῦθα προγόνοις τοῖς ἐμοῖς κυριώτατα οὐ ψευδέα, τοῦ μήτ' ἐφ' ὑμέας μήτ' ἐπὶ Λακεδαιμονίους μήθ' ἑτέρους ἄλλους Ἑλλήνων Κώους ἑκούσια ὅπλα λαβεῖν, καίπερ πολλῶν τῶν ὁμοῦ νήσους τε καὶ Ἀσίην οἰκεόντων συναψαμένων τοῖς βαρ(944)βάροις τοῦ πολέμου οὐ βίῃ. οἱ γὰρ προεστῶντες τότε τῆς πόλεως ἦσαν Κάδμος τε καὶ Ἱππόλοχος, ἐπ' ἀληθεῖ δὲ κεῖται προγόνους ἐμοὺς εἶναι τόν τε Κάδμον καὶ τὸν Ἱππόλοχον. ὁ μὲν γὰρ Κάδμος, ὃς καὶ τὴν βουλὴν αὐτὴν ἤρτυσεν, ἔστι τῆς ἐμῆς μητρὸς, ὁ δ' Ἱππόλοχος ἐξ Ἀσκληπιαδέων τέταρτος ἀπὸ Νέβρου τοῦ Κρισαίους συγκαθελόντος, ἡμεῖς δ' Ἀσκληπιάδαι κατ' ἀνδρογένειαν. ὥστε καὶ τοῦτο τὸ καλὸν τῶν ἡμετέρων προγόνων προελέσθαι. ἐπά-

non ſumus. Sed immanibus exortis tempeſtatibus naves omnes in periculum adductae ſunt, pleraeque etiam perierunt, et in ejus exercitum crebra fulmina deciderunt, inſula noſtra raro fulmine appetita. Feruntur etiam heroum ſpectra mulieri eſſe viſa, quibus omnibus perterrita, atrocibus coeptis poſt acerbam confeſſionem deſtitit, quae quod dictu acerba ſint, etiam a me dimittantur. Hoc vero loco majoribus etiam meis quae ſint illis valde propria neque falſa reddam, Coos nunquam adverſus vos neque Lacedaemonios neque alios Graecos ſponte arma ſumpſiſſe, quamvis multi qui ſimul inſulas et Aſiam incolunt, bello cum barbaris nulla vi coacti conjuncti eſſent. Tunc enim urbi praeerant Cadmus et Hippolochus, qui re vera ex noſtris ſunt majoribus. Nam Cadmus, qui ſenatum etiam regebat, ex matris meae majoribus eſt. Hippolochus vero ex Aſclepiadum familia a Nebro, qui Criſaeos ſimul evertit, quartus eſt. Nos autem Aſclepiadae ex virili ſtirpe ſumus. Proinde praeclarum hoc majorum noſtrorum facinus am-

Ed. Chart. I. [6.] Foës. II. 1294. Ed. Lind. II. (944. 945.)

νειμι δ' ἐπὶ τὸν Κάδμον. οὗτος γὰρ δὴ ὁ ἀνὴρ οὕτως ἔσπευδε τὰ τῶν Ἑλλήνων καλὰ, ὥστε ὁκότε ἔληξεν ἡ χώρη πολιορκεομένη ὑπὸ Ἀρτεμισίης, αὐτοῦ καταλιπὼν τὴν γυναῖκα καὶ γενεὴν, ᾤχετο ξὺν τοῖς τὰ αὐτὰ αἱρεομένοις ἐπὶ Σικελίης, ὅπως Γέλωνα καὶ τοὺς ἀδελφοὺς κωλύσει φιλίην ξυνθέσθαι κατὰ Ἑλλήνων πρὸς τοὺς βαρβάρους. διεπρήξατο δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ καλὰ ἔργα, ἃ μηκύνειν οὐ πρόσκαιρον. αἱ μὲν δὴ δημόσιαι καὶ ἡμέων προγόνων ὑπουργίαι ἐς ὑμέας καὶ ἐπὶ ἄλλους Ἕλληνας, αὗται καὶ τοιαῦται. καὶ γὰρ ἐκλείπει ἡ δύναμις τοῦ λόγου. ἔρχομαι δ' ἤδη οὐκ εἰδόσιν, εὐεργεσίην Ἱπποκράτους πατρὸς ἐμέο προσέχεσθαι· λέγων δ' ἂν ἀληθεύοιμι οὕτως. ὁκότε λοιμοῦ ῥέοντος διὰ τῆς βαρβάρου, ἣ ὑπέρκειται Ἰλλυρίων καὶ Παιόνων, ὁκότε δὲ ἐπὶ ταύτην τὴν χώρην ἧκεν τὸ κακὸν, οἱ τούτων τῶν ἐθνέων βασιλῆες κατὰ δόξαν ἰητρικὴν, ἣ ἀληθὴς ἐοῦσα πανταχόθεν ἴσχυεν ἔρχεσθαι καὶ κατὰ πατρὸς τοῦ ἐμέο πέμπουσιν ἐπὶ Θεσσαλίης. ἐκεῖ γὰρ δὴ ὁ ἐμὸς πατὴρ καὶ πρότερον καὶ νῦν οἴ(945)κησιν εἶχε, καλέοντες αὐτὸν ἐς ἐπικουρίην χρυσοῦ τε καὶ ἀρ-

plecti vos decet. Nunc autem ad Cadmum redeo. Hic certe ornamenti Graeciae adeo ſtudioſus fuit, ut cum regio Artemiſiae obſidione ſoluta eſſet, ut relicta iſthic uxore et familia, cum iis qui eadem ſentiebant, in Siciliam profectus ſit, uti Gelonem ejusque fratres ab amicitia cum barbaris contra Graecos contrahenda diverteret, multaque alia praeclara facinora perpetravit, quae verbis exaggerare tempeſtivum non eſt. Ac certe quidem haec et ejusmodi ſunt publica noſtrorum in vos et reliquos Graecos officia, ut me dicendi facultas deficiat. Jam vero eo devenio ut Hippocratis patris mei beneficium vobis in mentem reducam; quod cum recenſeo, verum me dicere ſic comperietis. Cum peſtis ex barbarorum regione, quae ſupra Illyrios et Paeonas ſita eſt, decurreret, cumque malum ad hanc regionem perveniſſet, iſtarum nationum reges, pro rei medicae fama, quae re vera vires ſuas quocumque extenderat, ad patrem meum in Theſſaliam mittunt, qui illic ſane, ut prius, etiam nunc domum habet, ipſum ut auxilium ferret accerſentes.

Ed. Chart. I. [6.] Foës. II. 1294. 1295. Ed. Lind. II. (945.)

γύρου καὶ ἄλλων κτεάνων οὐ μόνον ἔφασαν πέμψειν ἔχειν, ἀλλὰ καὶ ἀποίσασθαι ὁκόσα αὐτὸς ἐθέλει ἐπαμύναντα. ὁ δὲ ἐρώτησιν ποιησάμενος ὁκοῖαί τινες ἐν μέρει κινήσιες γίνονται, καὶ τά τε καύματα καὶ ἀνέμους καὶ ἀχλύας καὶ τἄλλα ἃ πέφυκε τὰς ἕξιας κινεῖν παρὰ τὸ καθεστηκός. ὁκότε δὴ πάντων μαθήσιας ἀνείλετο, || τοὺς μὲν χωρεῖν ἐκέλευσεν ὀπίσω, ἀποφηνάμενος μὴ οἷός τε εἶναι ἐς χώρην τὴν ἐκείνων ἰέναι. ὅκως δὲ εἶχε ταχέως, αὐτὸς μὲν Θεσσαλοῖς ᾑρεῖτο παραγγέλλειν ὁκοίοις χρὴ τρόποις κακοῦ τοῦ προσιόντος εὐλαβείην ποιέεσθαι, καὶ ξυγγράφων θεραπείην ἐξετίθει περὶ τὰς πόλιας. ἐμὲ δὲ ἐπὶ Μακεδονίης ἐξαπέστειλε, βασιλεῦσι γὰρ Ἡρακλειδέων, οἳ ἐκεῖ κατέχουσι, πατρικὴ ξενίη ὑπῆρχεν ἡμῖν. κἀγὼ μὲν ᾖειν ἵνα με ὁ πατὴρ ἐκέλευσεν, ἀπὸ Θεσσαλίας, ἀρήξων τοῖς ἐκεῖ. συνετέτακτο δέ μοι ξυμβαλεῖν ἐς πόλιν τὴν ὑμετέρην. ἀδελφεὸν δὲ τὸν ἐμὸν Δράκοντα ἐκ Παγασέων ὁρμηθέντα, πλοῦν ποιέεσθαι ἐφ᾽ Ἑλλησπόντου ἐκέλευσε, παραπλησίην δοὺς ὑποθήκην ᾗ αὐτὸς ἔπρησσεν. οὐ γὰρ πάντες τόποι τὰ αὐτὰ φέρουσι βοηθήματα, διὰ τὸ μὴ

Neque aurum ſolum et argentum reliquasque opes ſe miſſuros receperunt, verum etiam ſi ſuccurreret, quaecunque vellet reportaturum. Ille vero percontatus, quaenam apud eos peculiares agitationes contingerent et aeſtus, ventos et aëris perturbationes, reliquaque quae corporum habitus ex praeſenti ſtatu agitare queunt. Quae certe omnia edoctus, eos redire juſſit, reſponſo dato ſe non poſſe ad illorum regionem proficiſci. Quam citiſſime autem potuit, ipſos quidem Theſſalos admonere conſtituit, quibusnam modis ab ingruente malo ſibi caverent et conſcriptam medelam per urbes propoſuit. Me autem in Macedoniam miſit. Cum regibus enim Heraclidarum, qui illic regnum obtinent, nobis paterni officii familiaritas intercedit. Et ego quidem ex Theſſalia, quo me pater ire juſſit, diſceſſi auxilium illis laturus. Mihi vero conſtitutum erat, ut ad veſtram urbem accederem. Draconem autem fratem meum ex Pagaſis profectum, Helleſpontum navigare juſſit, conſimili praeceptione inſtructum quam ipſe dederat. Neque enim loca omnia eadem

πάντα τὰ περιέχοντα ἐξ ἀέρος ὅμοια εἶναι. Πολύβιον δὲ τὴν θυγατέρα ἔχοντα, ἐμὴν δὲ ἀδελφεὴν καὶ ἄλλους [7] τῶν μαθητέων, διέπεμπεν ἐς ἑτέρας ἑτέρων καὶ πρὸς ἀγορὰς καὶ ὁδοὺς πορευσομένους, ὅπως ὅτι πλείστοις ἐπαρῆξαι, ὡς δὲ δὴ τὰ κατὰ Θεσσαλίην ἠνύσατο, ἐπορεύετο τοῖς ἐχομένοις ἔθνεσι βοηθέων. ἐπὶ Πύλας δὲ ἐλθὼν, Δωριεῦσι καὶ (946) τοῖς ἄλλοις ὁμοῦ Φωκέων ἐπήρκεσε, καὶ ὁκότε δὴ ἐς Δελφοὺς ἀφίκετο, ὑπὲρ Ἑλλήνων ἱκεσίην ἔθετο τῷ θεῷ, καὶ θύσας ἤνυε τὴν ἐπὶ Βοιωτῶν, τοῖς δ' ἐκεῖ ἐπαμύνας ἀναλόγως, ἐν τῇ ὑμετέρῃ ἤει, καὶ ἱκανὰ ἃ νῦν ἐγὼ ἐπαγορεύω τὰ ὑμῖν σωτήρια ἐκ θυμοῦ πάντως εἶπε. δοκέω δ' ὑμῶν ὅτι ἀληθεύω πολλοὺς γινώσκειν. οὐ γὰρ πάλαι, ἀλλ' ἔτος ἐστὶ τοῦτο ἔνατον, ἐξ οὗ διελήλυθα καὶ ἐπὶ Πελοπόννησον ἐστελλόμην, καὶ τοῖς ἐκείνην οἰκέουσι βοηθήσων. πάντοθεν δ' ἡμῖν καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἀξίη τιμὴ ἀπήντα, ὥστε μὴ μεταμελέεσθαι ὅτι οὐκ ἠλλαξάμεθα χρηματισμοῦ τοῦ ἐξ Ἰλλυριῶν καὶ Παιόνων, παρὰ δὲ τὰς ἄλλας πόλιας τὰ παρ' ὑμέων δο-

ferunt auxilia, quod ex aëre ambiente ſimilia non ſint omnia. At Polybium, cui filiam ſuam ſororem meam locaverat, et reliquos diſcipulos ad diverſas urbes miſit, ut ad fora et compita profecti quam plurimis ſubvenirent. Rebus autem in Theſſalia confectis ad vicinas nationes, ut illis auxilio eſſet, ſe conferebat. In Pylas vero profectus, Dorienſibus et reliquis ſimul Phocenſibus auxilium ſuppeditavit. Cumque Delphos perveniſſet, pro Graecis deo ſupplicavit et ſacrificio peracto ad Boeotos ſe contulit, iisque ſimili modo ſuppetias ferens, ad vos profectus, plurima quae ad ſalutem ſatis eſſent, quaeque ego nunc adjicio, penitus ex animo dixit. Quae autem dico vera eſſe, multos ex vobis noſſe arbitror. Neque enim ita pridem id contigit, ſed nonus hic annus agitur, ex quo in Peloponneſum miſſus profectus ſum, iis qui eam incolunt auxilium allaturus. Nobis autem undique et verbis et re dignus honor obveniebat, adeo ut minime nos poeniteat cum Illyriorum aut Paeonum lucro non commutaſſe. At quae a vobis ſunt conceſſa, ad reliquas

θέντα μεγάλα ἦν. ἥ τε γὰρ πολιτείη ἡ ὑμετέρη ὑπερῆγε τὰς ἑτέρων. αἱ γὰρ Ἀθῆναι ὑψηλότερόν τι τῶν ἄλλων πόλεων ἐς δόξαν, καὶ ὁ ἐν τῷ ὑμετέρῳ θεάτρῳ χρύσεος στέφανος ἐπιτεθεὶς ζήλου πρὸς τὸ ἄκρον ἦγεν. ἀλλὰ καὶ τοῦτο τὸ καλὸν ὑπερβάλεσθε, μυήσαντες τὰ Δήμητρος καὶ κόρης μυστήρια καὶ ὄργια καὶ τὸν πατέρα καὶ ἐμὲ δημοσίᾳ. τρεῖς μὲν αὗται μοι οἷον ἀνύοντι ἐξέλκειν τε τοὺς λόγους καὶ σχοινίων προέχεσθαι πόλιός τε καὶ προγόνων καὶ πατρὸς τοῦ ἐμέο χάριτας ξὺν πολλοῖς Ἑλλήνων, τετάρτην δ' ἀναλήψομαι λέγειν ὑπουργίην, ἣν ὡς ὑπεθέμην εἰς ὑμᾶς ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ὁ ἐμὸς κατεθέμεθα. ὅτε γὰρ Ἀλκιβιάδην ἐξέπεμπεν ἐπὶ Σικελίης πολλῇ μὲν δυνάμει, οὐχ οὕτω δὲ πολλῇ ὡς θαυ(947)μαστῇ, εἰ γὰρ ὡς ἔργα λόγου, ἐν ἐκκλησίῃ ὑπὲρ ἰητροῦ προσπεσόντος ὃν δέοι ἀκολουθεῖν τῷ στρατεύματι, παρελθὼν ὁ πατὴρ ὑπέσχετο ἐμὲ ἐπὶ τὰ ὑμέτερα σώματα δώσειν, τοῖς ἰδίοις δαπανήμασι κατεσκευασμένον καὶ ἄτερ μισθῶν αἰτήσιος ἕως ἂν ὁ στόλος ἀποδημῇ, ἐν ἐλάσσονι τι-

urbes collata, magna ſunt. Veſtra enim respublica reliquis praeſtat. Athenae enim ad gloriam neſcio quid reliquis urbibus ſublimius habent. Quin etiam corona illa aurea in theatro veſtro impoſita ad ſummum gloriae culmen ipſum perduxit. Sed et bonum illud cumulaſtis, dum patrem meque publice Cereris et Proſerpinae myſteriis ac ſacris initiaſtis. Atque haec quidem tria ſunt tum urbis, tum majorum noſtrorum et patris mei in vos cum multis Graecis beneficia, quae quantum licuit verbis velut ſune evoluto extenſa, vobis obtendere tentavi. Quartum vero beneficium oratione mea repetam, quod, velut propoſui, in vos ego paterque meus collocavimus. Cum enim Alcibiadem urbs in Siciliam cum multis copiis mitteret, neque tamen tam multis quam admirandis, ſiquidem facta ſpectentur, cumque in concione ſermo de medico incidiſſet, quem exercitum ſequi oporteret, in medium progreſſus pater meus, me quoad claſſis abeſſet, ſuis ſumptibus inſtructum, citra ullam mercedem ad curanda veſtra corpora daturum rece-

θέμενος τὸ λυσιτελὲς ἀξιόχρεως ἐὼν τῆς ὑμῶν χρείης ἐσομένης. ἐγὼ γὰρ οὐχ ὅπως ἂν τὰ ὑπάρχοντα κατεδαπάνων, ὃ ἐποίεον ὑμῖν ὑπουργέων, ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοισι μεγάλοισιν ἔργοισιν ἐτετάγμην. καὶ τοῦτο ἐλάχιστον τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι, προείλετο γὰρ μᾶλλον ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ τῷ υἱεῖ καὶ ἐν γῇ ὀθνείᾳ σαλεύειν καὶ κατὰ θάλασσαν καὶ κατὰ κινδύνους πολεμικοὺς, καὶ κατὰ ἀῤῥωστίας, || αἳ τοῖς ἐν πλανώδεσι βίοις εἰθισμέναι εἰσὶ μᾶλλον προσκαθίζειν ἢ τοῖς ἐν τεταγμένῃ ζωῇ. ἠπίστατο γὰρ χάριτα χάριτι μετρεῖσθαι, καὶ μὴ οἷόν πέρ τι ὠνευμένοις, ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρας συναλλάξας ἅπαξ ἀπιέναι. ὁ μὲν δὴ τοιούτων ὑπῆρξεν. ἐγὼ δὲ ἅτε παῖς ἐὼν ἐκείνου, οὐδὲν ἐλλείπων φιλοτιμίης καὶ τέχνης βοηθέων καὶ κινδυνεύων σὺν ὑμῖν ὁκότε που καιρὸς εἴη, καὶ ἐς ταῦτά με ἀμφότερα οὔτε νοῦσος οὔτε κακοπαθείη οὔτε φόβος ἐν θαλάσσῃ καὶ ὁ ἐν χερσὶ πολεμίων εἴργει. μαρτυρίη δὲ οὐκ ἐν ἄλλοις τισὶν, ἐν δ᾽ ὑμῖν αὐτοῖς κεῖται. ὥστε εἴ τῳ ἀντιλεκτέον, ἀναστήτω μηδὲν ὀκνήσας, ἀλλ᾽ οὐ δοκέω ψεύδεσθαι. ταῦτα δὲ πρήξας ἐπὶ τρία ἔτεα, στεφανωθείς τε χρυσέῳ στε-

pit, parvi ſuam utilitatem exiſtimans, quod certo ſciret id vobis uſui fore. Ego enim non tantum dum vobis inſervio facultates meas inſumpſi, verum etiam aliis magnis operibus praefectus eram. Idque eorum quae dicturus ſum eſt minimum. Maluit enim pater in me filio et in terra aliena fluctuare et maritima ac bellica morborumque pericula experiri, quae iis qui errabundam vitam degunt magis incumbere ſolent quam iis qui certam vitae rationem ſequuntur. Noverat enim gratiam gratia remetiri et non veluti re aliqua empta et ex manu in manum ſemel tradita diſcedere. Et haec quidem praeſtitit. Ego autem cum illius ſim filius, ut vobis auxilium ferrem nihil diligentiae neque artis praetermiſi, meque ſi quando occaſio tuliſſet vobiscum periculis objeci, neque ad haec ambo praeſtanda aut morbus aut labor aut maris et hoſtilis manus metus deterruit. Cujus rei teſtimonium non ab aliis quibusdam, ſed a vobis ipſis petendum eſt. Quare ſi qui contradicere velit, confeſtim ſurgat, ſed me mentiri non exiſtimo. Haec autem per trien-

φάνῳ, καὶ ἔτι κάλλιον εὐφημεύμε(948)νος, ἐς τὴν ἰδίην ἀπῆλθον ἐπὶ γάμον, ὡς διαδόχους καταστήσαιμι καὶ τέχνης καὶ γενεῆς ἡμετέρης. ἃ μὲν δὴ παρὰ πόλιος προγόνων, πατρός τε καὶ ἐμέο ὑμῖν ὑπάρχει, ταῦτ' ἐστίν. εἴρηται δὲ καὶ ὧν ἡμεῖς παρ' ὑμέων ἐπαυράμεθα, δοκέω δὲ πολλοὺς ὑμέων θαυμάζειν, ὅτεων χάριν ταῦτα ἀναμεμέτρηται. ὡς οὖν καὶ ὑμέες εἰδῆτε καὶ ἐμοὶ γίνηται ἃ ἐγὼ ἐπιθυμέω, καιρὸς λέγειν. ὁ πατὴρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ἐγὼ αἰτεόμεθα ὑμέας. [8] οὕτω γὰρ εἰπεῖν ἐλευθέρους καὶ φίλους παρὰ φίλων τυχεῖν ἐλευθέρων, ἐκ πατρίδος τῆς ἡμετέρης ὅπλα πολέμια μὴ ἄρασθαι. εἰ δὲ δεῖ, ὥσπερ ἴσως δεῖ, τοὺς ὑπὲρ τῆς αὐτῶν προεληλυθότας καὶ δεόμεθα μὴ ἡμέας ἐόντας ἀξιωμάτων μεγάλων καὶ τοιουτέων προϋπάρξαντας, ἐν δούλων μοίρῃ τιθήσεσθαι. ἔτι δὲ, καὶ γὰρ οὕτως ἁρμόσει λέγειν, ἱκετεύομεν μὴ ποιήσεσθαι τὰ ἡμέτερα ὑμῖν αὐτοῖς δουρίκτητα, πολὺ μειόνων ἢν ἐπάνω γενήσεσθαι, ἀλλ' ὑπιδέσθαι καὶ τοῦτο ὅτι ἑτέρως ἕτερα ἡ τύχη ταχύνει, καὶ ποτὲ μικρῶν μεγάλοι προσεδεήθησαν, καὶ οἱ καρτεροὶ δι' ἀσθενέας σωτηρίης ἔτυχον.

nium praeſtiti, corona vero aurea donatus et longe honorificentius acceptus, domum ad nuptias redii, ut et artis et generis noſtri ſucceſſores relinquerem. Et haec quidem a civitate, majoribus noſtris et patre, a meque in vos profecta ſunt. Dictum etiam eſt quibus commodis affecti a vobis fuerimus. Multos autem ex vobis mirari arbitror, quorſum haec a me recenſeantur. Ut igitur et vos ſciatis et quae cupio mihi eveniant, dicendi tempus eſt. Pater meus et ego, viri Arthenienſes, a vobis petimus, hac enim oratione amici et liberi a vobis amicis et liberis impetrare debemus, ne contra patriam noſtram arma hoſtilia feratis. Quod ſi deceat, quemadmodum ſane eos decet, qui ſuae ſalutis cauſa in medium prodierunt, etiam rogamus, ne nos, quos talibus ac tantis honoribus antea dignos cenſuiſtis, ſervorum loco habeatis. Ad haec etiam, ſic enim dicere conveniet, ſupplicamus, ne res noſtras vobis belli jure ſubditas poſſideatis, ſi nobis longe inferioribus ſuperiores fueritis, ſed iſtud conſideretis, quod alia aliter fortuna cito prae-

δοκέω δὲ σύνδηλον ὡς μὴ ἐνδηλότερον εἴπω ὅτι ἐφ' ἑνὶ ἀνδρὶ οὐ πόλις, ἀλλὰ πολλὰ ἔθνεα ἤδη ποτὲ ὤφθη ὠφεληθέντα ἐν πολεμικοῖς, καὶ ἔνθα τέχνη ἰσχύει, μηδὲ ἡμέας ἀποβάλησθε. καὶ γὰρ οὐδὲ ἀπόβλητοι ἐσμὲν, ὡς ἐν ὑμῖν μαρτυρίῃ κεῖται, ἀλλ' ἀρχὴν μὲν οἱ θεοὶ, ἔνθεν γένος (949) εὐχόμεθ' εἶναι, Ἀσκληπιὸς καὶ Ἡρακλῆς, ἐπ' ὠφελείῃ ἀνθρώπων ἐγένοντο. καὶ τούτους δι' ἀρετῆς τῆς ἐνταῦθα ἐν θεῶν χώρῃ ἔχουσι πάντες. πόλις δὲ ἐμὴ καὶ ἐγὼ ὁ λέγων ἐς τοιούτους ἀνερχόμεθα, ὡς ἀνθρώπων λόγοι κατέχουσιν. ὅθεν δὴ καὶ ὑπὲρ Ἑλλήνων φανεύμεθα ἀμφότεροι ταύτῃ προϊστάμενοι καὶ ἐπὶ παντὶ καλλίστῳ. οὐ γὰρ μῦθος τὰ Τρωϊκὰ ἀλλ' ἔργα. ἐν οἷς ἡ Κῶς σὺν τοῖς ἑωυτοῖσιν νήσοισιν οὐ πολλοστὴ, μεγίστη δ' ἐς συμμαχίην ἐστίν. οὕτως δὲ καὶ Ἀσκληπιοῦ παῖδες οὐ τέχνῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅπλοις ἐπήρκεσαν Ἕλλησι. Μαχάων γέ τοι ψυχὴν κατέθετο ἐν τῇ Τρωάδι, ὅτε, ὡς οἱ ταῦτα γράφοντες λέγουσιν, ἐξ ἵππου ἐς πόλιν τὴν

cipitat et quandoque magni parvorum opem implorarunt, potentioresque per debiles ſalutem conſecuti ſunt. Manifeſtum vero arbitror, ut ne clarius quidem mihi demonſtrandum ſit, quod in rebus bellicis ab uno homine, nec civitas ſolum, verum etiam multae nationes jam aliquando utilitatem conſequi viſae fuerint et ubi ars valet, ne nos deſpiciatis. Neque enim deſpiciendi ſumus, velut hujus rei teſtimonium penes vos eſt. At principio quidem, dii illi a quibus nos oriundos gloriamur, Aeſculapius et Hercules, ad hominum utilitatem nati ſunt, eosque ob virtutem qua, cum iſthic agerent erant praediti, deorum loco omnes habent. Urbs autem mea et ego qui apud vos dico, velut hominum ſermones continent, ab ejusmodi originem repetimus. Ex quo ſane etiam pro Graecis utrosque hac in parte et in praeclariſſimo quoque facinore ſtetiſſe planum erit. Neque enim res Trojanae fabulis ſed factis continentur, in quibus Cos non una de multis, ſed maxima in auxilio ferendo fuit. Sic vero etiam Aeſculapii filii non arte ſolum, verum etiam armis Graecis auxilium ſuppeditarunt. Machaon certe animam in Troade reliquit, velut de his ſcribentes tradunt,

Ed. Chart. I. [8.] Foëſ. II. 1296. 1297. Ed. Lind. II. (949. 950.)

Πριάμου εἰσῆλθε. μὴ δὴ μήτε καθότι ἔμφυλοι μήτε καθότι ἐξ ἐπαρηγόντων ἐπαρήγοντες γεγόναμεν Ἕλλησιν, ἀδικήσητε ἡμέας. οὐ μιανέω δὲ οὐδὲ τὰ Κρισαῖα αὖθις οὔτε τὰ Περσικὰ λέγων, ὁκότε καὶ ἀκηκόατε καὶ ἐν χερσὶν μᾶλλον τῶν ἀρτίως εἰρημένων ἐστίν. ἐν θυμῷ δὲ λάβετε καὶ οὕτως εὐεργέτας μὴ ὅσιον ἀδικεῖν. || ἡμέας δὲ εὐεργέτας ὡς τὰ ἔργα φησί. τίνες φανεῖσθε εἰ πατέρων γεγονότες, οἵων οἱ μυθολόγοι εἶπον τὸ ἀδικεῖν ἀντὶ τοῦ χρηστοὶ εἶναι, αἱρεῖσθε; οὐ γὰρ ἐθέλω πικρότερον λέγειν, κεῖνοι γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Ἡρακλείδαις μὲν ἔτινον χάρι(950)τας, ἑτέροις δὲ πολλοῖς εὐεργετηθέντες ἐπήρκεσαν. ὑπολείποι δ᾽ ἄν με ἡ ἡμέρη μακρὰ λέγοντα, εἰ διεξίοιμι ὁκόσοις ὁκόσα ἀπήντηκεν ἀγαθὰ οὐδὲν ἐν χρείῃ ὑμῖν ἐγγεγονόσι. περιβλέψατε δὲ ἑωυτούς, καὶ μηδὲ ἐμεῦ εἰπόντος γνῶτε ὁκοῖα πρήσσεται. κακὸν ἐξουσίη, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐ γὰρ ἐπίσταται τὰ ἑωυτῆς μέτρῳ ταμιεύεσθαι, ἀλλὰ δή τινας καὶ πόλιας καὶ ἔθνεα ἐλυμή-

cum ex equo Priami urbem intraret. Ne nos ſane vel ex eo quod contribules ſumus, vel ex eo quod inter auxiliares Graecis auxilium tulimus, inique opprimatis. Non producam longius, neque Criſaeorum res, neque Perſarum repetam, quandoquidem ea audiviſtis, magisque ſunt in manibus quam nuper commemorata. Quin etiam ſic in animo reponite, impium eſſe de ſe bene meritos contumelia aſſicere. Nos autem de vobis bene meritos cum facta teſtentur, quales vos eſſe conſtabit, ſi ex majoribus orti, quales fabularum ſcriptoros ferunt, injuria laceſſere quam benefici eſſe malueritis? Neque enim quicquam atrocius dicere volo. Illi enim, viri Athenienſes, Heraclidis quidem gratias retulerunt, aliis autem multis, a quibus beneſicia acceperant, auxilio ſubvenerunt. Dies me ſane deficiat, ſi longa ennarratione enumerem, quanta bona iis obvenerint, qui nulla in re de vobis ſunt bene meriti. In vosmetipſos intueamini, meque vel tacente cognoſcite qualia perpetretis. Mala res eſt potentia, viri Athenienſes, neque enim novit quae ſua ſunt intra modum in aliud tempus aſſervare, verum et ur-

Ed. Chart. I. [8. 9.] Foëſ. II. 1297. Ed. Lind. II. (950. 951.)

ται ο. ἐς ἑτέρους δὲ οἷον ἐς κάτοπτρον βλέψαντες ἴδετε αὐτοὶ ἃ ποιέετε, καὶ ἐγὼ ἀληθέα λέγω. καὶ νέος δὲ νόμος ὅστις εὐτυχίῃ πεποιθὼς, μὴ καὶ ἐς τὰ δυσπετέα βλέπειν, οὐχ ὑμέτερον. πολλὰ γὰρ καὶ ὧδε δαίμονος πεπείρησθε. οὐδὲν ὑμέας ἀδικέομεν. εἰ δὲ καὶ ἀδικέομεν, μὴ ὅπλοις, ἀλλὰ λόγῳ κριθῶμεν. παραιτέομαι δὲ ὑμέας καὶ τοῦτο, μὴ ποιῆσαι χάριν ἑτέροις ὀφλῆσαι, ἐπικουρήσασιν ἡμῖν. ἐπικουρήσουσι γὰρ, ἢν ὀρθῶς ποιέωσιν, οἵ τε ἐντὸς Θεσσαλίης, Ἄργεος, Λακεδαίμονος, Μακεδονίης βασιλεῖς, εἴκου ἕτεροι Ἡρακλεῖδαι, ἢ Ἡρακλειδέων συγγενέες οἰκέουσι. κρεῖσσον ἄτερ βίης τὰ δίκαια ποιέειν ἢ βιασθέντας, οὐκ εἶπον δ' ἐπανάστασιν. τοῦτο δὲ φανερὸν ποιέω, ὅτι πολλοῖσι μελόμεθα ἢ μελησόμεθα, εἰ μὴ πανταχόθεν οἴχεται τὸ χρηστοὺς ἀνθρώπους ἔτι εἶναι. ἐγὼ μὲν οὖν, μικρὴ γάρ μοι δύναμις λόγου, ἅτε πρὸς ἑτέρων ἐπιμέλειαν ἡρμοσμένῳ, ἐν(951)ταῦθα καταπαύσω. [9] ἀξιῶ δὲ πρὸς ξένους ἡμετέρους καὶ τοὺς ἡμῖν

bibus quibusdam et gentibus exitio fuit. In alios autem tanquam in ſpeculum intuentes videte quae ipſi facitis et me vera dicere intelligite. Et nova lex eſt, quae eum qui ſibi rerum proſperum ſucceſſum perſuadet, vetat etiam ad difficilia reſpicere. Non hoc eſt veſtrum. Plerumque enim ſic etiam fortunam eſtis experti. Nulla vos laeſimus injuria, quod ſi laeſimus, non armis, ſed verbis judicium experiamur. Iſtud etiam a vobis peto, ne efficiatis ut aliis qui nobis auxilium ferent hoc beneficium debeamus. Auxilium enim ferent, ſi quidem recte faciant, qui intra Theſſaliam, Argo, Lacedaemona, Macedoniam ſunt reges et ſicubi alii Heraclidae aut Heraclidis cognatione conjuncti. Praeſtat citra vim quam vi coactos jura exercere. Nihil dico de his qui nos ad defectionem ſolicitant, verum hoc vobis aperio, nos multis curae eſſe aut certe fore, niſi hominum benevolentia de medio omnino ſublata eſt. Ego igitur, cum mihi ſit exilis dicendi facultas et me ad aliarum rerum ſtudium adjunxerim, hic finem dicendi faciam. Peto autem a vobis per hoſpites noſtros et eos qui nobis conſulere con-

συμβούλους εἰθισμένους εἶναι καὶ θεῶν καὶ ἡρώων ἕνεκα καὶ χαρίτων, αἳ ἀνθρώποις παρ᾽ ἀνθρώπων γίνονται, ἔχθρας μὲν εἴργειν τὰς ἡμῶν ἐς ἡμέας, εἰς δὲ φίλα προτρέπεσθαι. εἰ γὰρ μὴ ἐν τῇ ὑμετέρῃ πόλει τουτέων ἐπιτευξόμεθα, οὐκ οἶδ᾽ ὅκου ἐλθόντες ὧν ἱμείρομεν ἐγκυρήσομεν.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΓΕΝΟΣ ΚΑΙ ΒΙΟΣ ΚΑΤΑ ΣΩΡΑΝΟΝ.

[1] (951) Ἱπποκράτης γένει μὲν ἦν Κῶος, υἱὸς Ἡρακλείδου καὶ Φαιναρέτης, εἰς Ἡρακλέα καὶ Ἀσκληπιὸν τὸ γένος ἀναφέρων, ἀφ᾽ οὗ μὲν εἰκοστὸς, ἀφ᾽ οὗ δὲ ἐννεακαιδέκατος. μνημονεύει δὲ τῆς γενεαλογίας αὐτοῦ Ἐρατοσθένης καὶ Φερεκύδης καὶ Ἀπολλόδωρος καὶ Ἄρειος ὁ Ταρσεύς. μαθητὴς δὲ γέγονεν Ἡρακλείδου τοῦ ἰδίου πατρὸς, εἶτα Ἡροδίκου, κατά δέ τινας καὶ Γοργίου τοῦ Λεοντίνου ῥήτορος, φιλοσόφου δὲ Δημοκρίτου Ἀβδηρίτου. κατὰ δὲ τοὺς Πελοποννησιακοὺς ἤκμασε χρόνους γεννηθεὶς, ὥς φησιν Ἰστόμα-

ſueverunt, deorum et heroum gratia et beneficiorum quae homines inter ſe conferunt, ut depoſitis inimicitiis, quas adverſus nos geritis, vos ad amicitiam convertatis. Quae ſi in hac civitate veſtra nobis non ſucceſſerint, haud ſcio undenam quae cupimus conſequamur.

HIPPOCRATIS GENVS ET VITA EX SORANO.

1 Hippocrates genere quidem Cous fuit, Heraclidae et Phaenaretes filius, ab Hercule et Aeſculapio ortum ducens, ab uno quidem vigeſimus, ab altero vero decimusnonus. Ejus autem generis ſeriem commemorant Eratoſthenes et Pherecydes et Apollodorus et Arius Tarſenſis. Heraclidae vero parentis ſui diſcipulus extitit, deinde Herodici et ex quorundam opinione etiam Gorgiae Leontini oratoris et Democriti philoſophi Abderitani. Peloponneſiacis temporibus viguit, natus, ut tradit Iſtomachus in primo de Hippo-

χος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῆς Ἱπποκράτους (952) αἱρέσεως κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ὀγδοηκοστῆς Ὀλυμπιάδος, ὡς δὲ Σωρανὸς ὁ Κῶος ἐρευνήσας τὰ ἐν Κῷ γραμματοφυλακεῖα προστίθησι, μοναρχοῦντος Ἀβριάδα, μηνὸς Ἀγριανοῦ ἕκτη καὶ εἰκοστῇ, παρ᾽ ὃ καὶ ἐναγίζειν ἐν αὐτῇ μέχρι νῦν Ἱπποκράτει φησὶ τοὺς Κώους. συνασκηθεὶς δὲ ἐν τῇ ἰατρικῇ καὶ τοῖς ἐγκυκλίοις μαθήμασι τῶν γονέων αὐτοῦ || τελευτησάντων, μετέστη τῆς ἰδίας πατρίδος, ὡς μὲν κακοήθως Ἀνδρέας φησὶν ἐν τῷ περὶ τῆς ἰητρικῆς γενεαλογίας, διὰ τὸ ἐμπρῆσαι τὸ ἐν Κνίδῳ γραμματοφυλακεῖον· ἄλλοι δὲ φασὶν ὅτι προθέσει τοῦ τὰ κατὰ τόπους ἀποτελούμενα θεάσασθαι καὶ συγγυμνασθῆναι ποικιλώτερον. ὡς δὲ Σωρανὸς ὁ Κῶος ἱστορεῖ, ὄνειρος αὐτῷ παρέστη κελεύων τὴν Θεσσαλῶν γῆν κατοικεῖν. τὴν δὲ σύμπασαν Ἑλλάδα θεραπεύων ἐθαυμάσθη, ὥστε καὶ ὑπὸ Περδίκκα τοῦ Μακεδόνων βασιλέως φθισικοῦ νομισθέντος παρακληθέντα δημοσίᾳ πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν μετ᾽ Εὐρυφῶντος, ὃς καθ᾽ ἡλικίαν πρεσβύτερος ἦν αὐτοῦ, καὶ σημειώσασθαι ψυχῆς εἶναι τὸ πάθος. ἤρα γὰρ μετὰ τὸν τοῦ

cratis secta, primo octogesimae Olympiadis anno, ut vero Soranus Cous literarum monimenta in Co perscrutatus addit, regnante Abriada, mensis Agriani sexto et vigesimo die, quo etiam in hunc usque diem Coos Hippocrati parentare ait. Arte autem medica et vulgaribus disciplinis excultus, vita functis parentibus patria excessit, quod tabularium in Cnido incendisset, ut eum quidem contumeliose criminatur Andreas in suo de artis medicae origine libro. Alii vero id eo proposito fecisse dicunt, ut quae in pluribus locis conficiebantur spectaret, et in ea varietate se magis exerceret: ut vero Soranus Cous narrat, per somnum admonitus ut Thessaliam incoleret. Per totam autem Graeciam medicinam faciens admirationi fuit, adeo ut ad Perdiccam Macedonum regem, qui tabe laborare existimabatur, publice vocatus cum Euryphonte, qui eum aetate excedebat, pervenerit, et animi morbum esse indicarit. Cum enim post

πατρὸς Ἀλεξάνδρου θάνατον Φίλας τῆς παλλακίδος αὐτοῦ, πρὸς ἣν δηλώσαντα τὸ γεγονὸς, ἐπειδὴ παρεφύλαξεν ταύτης βλεπομένης παντελῶς ἐκεῖνον τρέπεσθαι, λῦσαι μὲν τὴν νόσον, ἀνακτήσασθαι δὲ τὸν βασιλέα. παρεκλήθη δὲ ὑπὸ τῶν Ἀβδηριτῶν πρὸς αὐτοὺς ἀπελ(953)θεῖν καὶ Δημόκριτον μὲν ὡς ἐν μανίᾳ θεραπεῦσαι, ῥύσασθαι δὲ λοιμοῦ τὴν πόλιν ὅλην. ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν Ἰλλυριῶν καὶ Παιόνων βαρβάρων γῆν λοιμοῦ κατασκήψαντος καὶ δεομένων τῶν ἐκεῖ βασιλέων πρὸς αὐτοὺς ἐλθεῖν, παρὰ τῶν πρεσβέων τίνα ἦν ἐκεῖ [2] τὰ πολλὰ τῶν πνευμάτων μαθὼν, ἐκείνους μὲν ἀπράκτους ἀπέπεμψε, συλλογισάμενος δὲ τὴν νόσον ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν ἥξειν, προειπὼν τὸ γενησόμενον καὶ τῶν πόλεων καὶ τῶν μαθητῶν ἐπεμελήθη. τοσοῦτον δὲ φιλέλλην ὑπῆρξεν, ὥστε τῆς δόξης αὐτοῦ μέχρι Περσῶν διαπτύστου γενομένης, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοῦ Ἀρταξέρξου διὰ Ἱστάνιδος τοῦ Ἑλλησποντίων ὑπάρχου ἐπὶ μεγάλαις δωρεαῖς δεομένου πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν, διὰ τὸ σεμνὸν καὶ ἀφιλάργυρον καὶ φιλοικεῖον ἀρνή-

Alexandri patris mortem, Philam ejus pellicem amore deperiret, ad eamque re delata, postquam ex ejus conspectu illum prorsus immutari animadvertit, propulsato quidem morbo, regem sanitati restituit. Ab Abderitanis etiam vocatus est, ut eo se conferret et Democritum quidem insania laborantem curaret, totam vero urbem peste liberaret. Quin etiam cum in Illyrios, Paeonas et barbarorum regionem pestis ingrueret, earum gentium regibus rogantibus uti sese ad illos conferret, a legatis edoctus quinam illic venti ut plurimum perflarent, illos re infecta dimisit. Cum vero recta conjectura indicasset morbum in Atticam perventurum, id quod futurum erat praevidens, tum urbium tum discipulorum curam suscepit, in tantumque Graecos dilexit, ut cum ejus nominis gloria ad Persas fama pervenisset, eaque de causa Artaxerxes per Histanidem Hellesponti praefectum cum magnis muneribus ab eo peteret, uti ad sese veniret, id ob gravitatem, pecuniae contemptum et propinquorum

σασθαι, ὡς καὶ τοῦτο διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν ἐπιστολῆς δηλοῦται. ἐῤῥύσατο δὲ τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα πολεμεῖσθαι μέλλουσαν ὑπὸ Ἀθηναίων, Θεσσαλῶν δεηθεὶς ἐπιβοηθῆσαι. διὸ καὶ λαμπρῶν ἔτυχε τιμῶν παρὰ Κῴοις, ἀλλὰ καὶ Θεσσαλοῖς καὶ Ἀργείοις καὶ Ἀθηναίοις, οἵτινες καὶ δεύτερον αὐτὸν ἀφ' Ἡρακλέους δημοσίᾳ τοῖς Ἐλευσινίοις ἐμύησαν καὶ πολίτην ἔγραψαν καὶ τὴν ἐν Πρυτανείῳ σίτησιν ἔδοσαν εἰς ἐκγόνους. ἀφθόνως δὲ τοὺς ἐπιτηδείους ἐδίδασκε τὴν τέχνην μετὰ τοῦ προσήκοντος ὅρκου. ἐτελεύτα δὲ παρὰ Λαρισσαίοις, ὅτε καὶ Δημόκριτος φέρεται τελευτήσας, καὶ οἱ μὲν (954) ἐνενήκοντα ἐτῶν, οἱ δὲ πε' φασὶν, ἄλλοι ρδ', τινὲς ρθ'. τέθαπται δὲ μεταξὺ Γυρτῶνος καὶ Λαρίσσης, καὶ δείκνυται ἄχρι δεῦρό τὸ μνῆμα, ἐν ᾧ μέχρι πολλοῦ σμῆνος ἦν ἐργαζόμενον μέλι, ἀφ' οὗ τὰ ἀφθῶντα παιδάρια χρίουσαι παρὰ τῷ τάφῳ ῥαδίως ἀπήλλαττον αἱ τίτθαι. ἐν δὲ ταῖς πολλαῖς εἰκόσιν ἐσκεπασμένος τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ γράφεται, ὡς μὲν

amorem recuſarit, velut per epiſtolam ad eum ſcriptam oſtenditur. Patriam etiam a bello quod ei inferre parabant Athenienſes liberavit, Theſſalis in auxilium vocatis, ideoque ſplendidos honores apud Coos conſecutus eſt. Quin etiam a Theſſalis, Argivis et Athenienſibus honorifice acceptus eſt, qui eum ab Hercule ſecundum publice ſacris Eleuſiniis initiarunt, civitate donarunt, victumque ei publicum in Prytaneo ejusque poſteris dederunt. Candide et liberaliter ſtudioſos artem docuit, debito addito jurejurando. Obiit apud Lariſſaeos, quo tempore Democritus mortuus eſſe fertur, ut quidam tradunt, aetatis anno nonageſimo, ut alii vero octuageſimo quinto, alii centeſimo quarto, quidam etiam centeſimo nono. Inter Gyrtonem et Lariſſam ſepultus eſt. Et in hunc usque diem monumentum oſtenditur, in quo multo tempore examen fuit, quod mel conficiebat, quo nutrices infantes ſuperficiariis oris ulceribus, aphthas dicunt, laborantes apud tumulum illinebant et facile liberabant. In multis autem ejus imaginibus capite velato pingitur, cum

Ed. Chart. I. [2.] Foes. II. 1298. 1299. Ed. Lind. II. (954. 955.)
τινες λέγουσι, ἐν πίλῳ παράσημον εὐγενείας, καθάπερ Ὀδυσσεὺς, ἄλλοι δὲ τῷ ἱματίῳ· καὶ τούτων οἱ μὲν δι' εὐπρεπείην, ἐπεὶ φαλακρὸς ἦν, οἱ δὲ διὰ τὸ ἀσθενὲς τῆς κεφαλῆς, οἱ δὲ δὴ ἔμφασιν τοῦ δεῖν τὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ χωρίον φρουρεῖν, οἱ δὲ τοῦ φιλαποδήμου τεκμήριον, οἱ δὲ τῆς ἐν τοῖς συγγράμμασιν ἀσαφείας, οἱ δὲ πρὸς παράστασιν τοῦ δεῖν κἂν τῷ ὑγιαίνειν φυλάσσεσθαι τὰ βλάπτοντα, τινὲς δὲ ὅτι χειρίζων πρὸς τὸ τῶν χειρῶν ἀπαραπόδιστον, συμπεριλαμβάνων τὸ τοῦ ἱματίου περικεχυμένον ἐπετίθει τῇ κεφαλῇ. || περὶ δὲ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ πολλὴ γέγονε διαφωνία ἄλλων ἄλλα δοξασάντων. ὅθεν οὐκ εὐμαρὲς τὸ περὶ αὐτῶν ἀποφήνασθαι, διὰ τὸ πολλὰς αἰτίας ἐπισκοτεῖν τῇ (955) κρίσει, πρῶτον τὴν ἐπωνυμίαν. δεύτερον τὸ δύνασθαι τὸν χαρακτῆρα τῆς φράσεως τηρῆσαι, τρίτον διὰ τὸ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ποτὲ μὲν ῥωμαλεώτερον, ἄλλοτε ἀσθενέστερον διὰ τὴν ἡλικίαν συγγράφειν. καὶ ἄλλας δὲ μετὰ τούτων αἰτίας ἔστιν εἰπεῖν. ἀφιλάργυρος δὲ καὶ τρόποις σεμνὸς καὶ

pileo, ut quidam dicunt, velut Ulyſſes, quod eſt nobilitatis inſigne, alii vero cum pallio; et ex his alii quidem id fieri propter decorum volunt, quod calvus eſſet, alii vero propter capitis imbecillitatem, alii autem expreſſa ſane ſignificatione, quod principis animae ſedem probe munitam eſſe oporteat, alii peregrinationis amorem indicare iſtud dicunt, alii ſcriptorum obſcuritatem, alii vero, ut demonſtretur etiam ſanitatis tempore quae nocent vitari oportere. Quidam vero, quod ne manuum adminiſtratio impediretur, comprehenſam circumſluentem veſtimenti laciniam in caput rejiciebat. De ipſius autem ſcriptis magna eſt diſſenſio, cum alii alia ſentiant. Unde cum variae cauſae judicio tenebras offundant, de his non eſt facile certum quid ſtatuere. Primum quidem agnominatio. Secundum dicendi ſtilum ſervare poſſe. Tertium quod unus et idem quandoque robuſtius, alias remiſſius per aetatem ſcribat, aliasque praeter haec cauſas recenſere liceat. Pecunias neglexit, morum gravitate excelluit, Graecos maxime dilexit, quare etiam

φιλέλλην ὑπῆρχεν, ὅτι καὶ τοὺς ὁμοεθνεῖς ἐθεράπευσε συμπάσῃ σπουδῇ, ὡς καὶ λοιμῶν ὅλας ῥύσασθαι πόλεις καθάπερ εἴρηται. ὅθεν καὶ λαμπρῶν ἔτυχε τιμῶν οὐ παρὰ Κώοις μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἀργείοις καὶ Ἀθηναίοις. παῖδας δὲ κατέλιπε θανὼν δύο, Θεσσαλὸν καὶ Δράκοντα, καὶ μαθητὰς παμπληθεῖς. ἐπιφανεστάτους δὲ τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας λέγεται καταλιπών.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΦΑΡΜΑΚΩΝ.

Τὰ περὶ φαρμάκων πρήγματα οὐχ οἷα νομίζεταί ἐστι.

Τῷ γὰρ αὐτῷ φαρμάκῳ καθαίρονται καὶ οὐ καθαίρονται. ἔσθ᾽ ὅτε δὲ ἄλλα καθαίρει ἢ οἷα εἴωθε καθαίρειν, ἔσθ᾽ ὅτε δὲ ὑπερκαθαίρει· ἔστι δὲ ὅτε καὶ τὰ δέοντα ἐποίησεν.

Ὥστε οὐχ οἷόν τε πεποιθότα τοῖσι φαρμάκοισι εἰκῆ διδόναι.

Ὑπολαμβάνειν γὰρ χρὴ καὶ τὰ σιτία τὰ τρέφοντα ἡμᾶς φάρμακα εἶναι, ἧσσον δὲ ἐκείνων.

gentiles ſuos omni ſtudio coluit, adeo ut totas civitates, quemadmodum dictum eſt, peſtilentia liberaverit. Ex quo et praeclaros honores non apud Coo tantum, ſed et Argivos et Athenienſes adeptus eſt. Mortuus duos reliquit filios, Theſſalum et Draconem, at diſcipulorum magnum numerum. Clariſſimos autem ſuos filios reliquiſſe dicitur.

HIPPOCRATIS DE PVRGANTIBVS.

Medicamentorum purgantium res non ita ſe habet quemadmodum vulgo putatur.

Eodem enim medicamento purgantur et non purgantur. Quandoque vero alia purgat quam quae purgare ſolet, aliquando nimium purgat: aliquando ea quae debet facit.

Quare fieri non poteſt ut quis medicamentis confiſus ea temere exhibeat.

Nam et cibos nos alentes medicamenta eſſe putandum eſt, verum minus quem illa.

Οἱ γὰρ ἄνθρωποι ταῦτ' ὀρθῶς μὲν σιτευόμενοι ὑγιαίνουσι, μὴ ὀρθῶς δὲ, κάμνουσιν.

Ὑπερβαλλόντως δὲ καθαίρονται μὲν ὥσπερ ἀπὸ τῶν εἰλικρινέων φαρμάκων, ἧσσον δὲ καὶ βραδύτερον τῶν εἰλικρινέων φαρμάκων.

Δῆλον οὖν ὅτι ἐστὶ καὶ ταῦτα φάρμακα.

Ὅμως δὲ ταῦτα βραδύτερα καὶ ξυνήθη ἐόντα ἡμῖν, ἑκάστην ἡμέραν ἐσιόντα ἐς τὸ σῶμα, εἰκῆ (608) *καὶ ἀμελῶς διδόμενα, εἰκῆ ταράσσει τοὺς ἀνθρώπους, καὶ νοσοποιεῖ πως.*

Καὶ τὰ εἰλικρινέα καὶ τὰ ὀξέα, ἢν ἀπαθῶς καὶ ἀπερισκέπτως διδῷ τις, οὐ μέλλει διαπράξεσθαί τι σύμφορον.

Χρὴ οὖν πρῶτον διδόναι τοῖσι μὲν χολώδεσιν ὅ τι χολὴν καθαίρει, τοῖσι δὲ φλεγματώδεσιν ὅ τι φλέγμα, τοῖσι δὲ ὑδρωπώδεσιν ὅ τι ὕδωρ, τοῖσι δὲ μελαγχολώδεσιν ὅ τι μέλαιναν χολήν.

Ἢν δὲ τούτων ἔξω καθαίρῃς, τὰ μὲν δέοντα οὐ καθαι-

Homines enim qui his recte in cibo utuntur ſani ſunt, qui non recte, aegrotant.

Qui vero modum excedunt purgantur quidem velut a ſinceris medicamentis, verum minus et tardius quam a ſinceris medicamentis.

Clarum igitur eſt quod et cibi medicamenta exiſtunt.

At vero hi tardiores, qui et familiares nobis ſunt, et quotidie in corpus ingrediuntur, ſi temere et negligenter exhibeantur, temere homines turbant, et quodammodo morbos inducunt.

Quin et ſinceros et acidos cibos ſi quis citra delectum et inconſiderate exhibeat, nihil commodi perficient.

Oportet igitur primum bilioſis dare quod bilem purgat, pituitoſis quod pituitam, hydropicis quod aquam, atrabiliariis quod bilem atram.

Si vero extra haec purgaveris, quae quidem purgari

ρεῖς· τὰ δὲ μὴ δέοντα κενώσεις· ὥστ᾽ ἐς ἀμφότερα ἁμαρτάνειν.

Ὅταν οὖν μέλλεις τινὶ φάρμακον διδόναι, ἤν τε κάτω ἤν τε ἄνω, ἐπερωτᾷν αὐτὸν χρὴ, εἰ δή τι ἔπιε φάρμακον, καὶ πότερον ἡ κοιλίη ἐν τοῖσι καταστερικοῖσι φαρμάκοισιν ὀξεῖα καὶ ὑπακούει ταχέως, ἢ σκληρή.

Καὶ ἢν φῇ ὀξεῖαν καὶ εὔλυτον εἶναι, μαλακωτέρων τε καὶ ἐλασσόνων τῶν φαρμάκων δεῖται· ἢν δὲ σκληρὴ ἔῃ, ἰσχυροτέρων.

Ὁ αὐτὸς δὲ τρόπος καὶ πρὸς τὰ ἀνωτερικά.

Ἢν δὲ μηδέποτε φῇ μήτε ἄνω μήτε κάτω κεκαθάρθαι, ἢ πεπωκέναι φάρμακον, ἐγνωκέναι χρὴ, εἰ πρὸς τὰ ἐνιόντα ὑγιαίνοντι εὔλυτος ἡ κοιλίη πρὸς τὰ κάτω, ἢ εὐήμετος πρὸς τὰ ἄνω, καὶ εἰ πρὸς πλησμονήν τινα γενόμενος ἡ διάῤῥοια ἐπεγένετο αὐτῷ.

Ταῦτα πάντα ἀνερέσθαι χρὴ, ὡς ἂν δυνηθῇς ὀρθῶς

debent, non purgabis: quae vero non debent, ea evacuabis. Quare in utramque partem peccabis.

Quum itaque pharmacum alicui dare voles, ſive deorſum ſive ſurſum purgans, interrogare ipſum oportet, an biberit medicamentum, et an alvus ex deorſum purgantibus cita ſiat et celeriter obediat; ſi vero dura fuerit, fortioribus indiget.

Idem modus in ſurſum purgantibus requiritur.

At ſi nunquam neque ſurſum, neque deorſum ſe purgatum eſſe dixerit, neque medicamentum bibiſſe: cognoſcere oportet, an ad ea quae ſanus in corpus ingeſſit, alvus deorſum ſolutu facilis fuerit, aut ſurſum verſus appoſita ad vomitionem, et an ad repletionem aliquam alvi profluvium ipſi ſucceſſerit.

Haec omnia interrogare oportet, quo recte conſulere poſſis. Turpis enim eſt calamitas, medicamento purgante dato hominem occidere.

Quicunque igitur a febribus magnis corripiuntur, his

βουλεύεσθαι. αἰσχρὰ γὰρ ξυμφορὰ φάρμακον δόντα ἀνθρώπῳ ἀποκτεῖναι.

Ὁκόσοι μὲν οὖν ὑπὸ πυρετῶν ἰσχυρῶν λαμβάνονται, οὐ χρὴ (609) τούτοισι φάρμακα διδόναι καθαρτήρια, ἔστ᾽ ἂν μεθῇ ὁ πυρετός. εἰ δὲ μὴ, μὴ ἐντὸς τεσσάρων καὶ δέκα ἡμερῶν.

Θερμαὶ γὰρ αἵ τε σάρκες ἐοῦσαι αὐτέων καὶ αἱ κοιλίαι ἀναλαμβάνουσι τὸ φάρμακον καὶ ἀποκαθαίρονται οὐδέν.

Καὶ τότε πυρετὸς γίνεται πλείων, καὶ τὸ χρῶμα ἐκτρέπεται, καὶ ἰκτερώδεις γίνονται. κινηθείσης γὰρ τῆς χολῆς καὶ μὴ καθαρθείσης οὔτε ῥοφέειν θέλει οὔτε πίνειν, ἀλλὰ πάντα βδελύσσεται καὶ ὡς τὰ πολλὰ ἀπόλλυται.

Ἢν δὲ κατάσχῃ τὸ φάρμακον, τὸ μὲν πρὸ μέσου ἡμέρης καθαιρόμενος, ὑπέῤῥινος γίνεται, καὶ ἅμα τῇ καθάρσει μεθῇ ὁ πυρετὸς, ὑγιὴς γίνεται. οὔκουν οὐ χρὴ τοῖς ἰσχυροῖς τῶν πυρετῶν φάρμακα καθαρτήρια προσφέρειν· ἀλλ᾽ ἄν τινα δέῃ, ὑποκλύζειν χρὴ, ὁποσάκις ἂν βούλῃ· ἀκινδυνότερον γάρ. κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ ἐν τῇ θερινῇ ὥρᾳ

medicamenta purgantia dare non oportet, donec remiſerit febris, ſin minus, ſaltem non intra quatuordecim dies.

Carnes enim ipſorum et ventres cum calidi ſunt, medicamentum aſſumunt et nihil depurgantur.

Tunc magis incandeſcit, et color evertitur, et morbi regii ſpeciem prae ſe ferunt. Commota enim bile et non purgata non ſorbere vult aegrotus neque bibere, ſed omnia abominatur, et plerumque perit.

Caeterum ſi pharmacum ſuperarit, ante meridiem nulla fiet purgatio; a meridie vero nimium purgatur et perit. At ſi hac die ſuperſtes maneat, et una cum purgatione remittat febris, ſanus fit. Quapropter in febribus vehementibus medicamenta purgatoria exhibere non oportet. Verum ſi alicui opus fuerit, infuſum per clyſterem adhibere potes, quotiescunque volueris. Hoc enim minoris periculi eſt. Juxta eandem rationem etiam tempore aeſtatis, [maxime] a canis

Ed. Lind. I. (609.)

[μάλιστα] ἀπὸ κυνὸς ἀνατολῆς ἡμέρας πεντήκοντα φυλάσσεσθαι χρὴ, καὶ μὴ διδόναι φάρμακον, ἀλλὰ κλυσμοῖσι χρέεσθαι. ὁ γὰρ αὐτὸς κίνδυνος.

ortu, per dies quinquaginta vitare oportet, et non dare medicamentum, fed infufis per clyfterem uti. Idem enim periculum imminet.

INDEX.

A

B.

D.

I.